

ADAMS 210.1

Digitized by the Internet Archive
in 2009

http://www.archive.org/details/lexicongraecolat00scap

John Adams

LEXICON GRÆCOLATINVM,

ſeu,

EPITOME THESAVRI GRÆCÆ linguæ ab HENRICO STEPHANO conſtructi, quæ hactenus ſub nomine IOH. SCAPVLÆ prodiit: Lexicon ſanè vltra præcedentes editiones, innumeris dictionibus, è probatis autoribus petitis, locupletatum:

Duplici Methodo conſtans: vna Naturali, eáq; ditiſſimis Græcæ linguæ theſauris breui facilèque comparandis aptiſſima, qua ex Primitiuorum & Simplicium fontibus Deriuata atque Compoſita dilucidè deducuntur: altera merè Alphabetica adſcriptis numeris, qua, tanquam Indice, minùs exercitatis oſtenditur, vbi in illa Naturali methodo ſingulæ voces inueniantur: vt Epiſtola ad Lectorem declarat.

Acceſſerunt opuſcula perquàm neceſſaria, de dialectis, de inueſtigatione thematum, & alia.

Acceſſit & INDEX earum vocum quibus hæc editio vltra præcedentes locupletata fuit.

COLONIÆ ALLOBROGVM,
APVD PETRVM AVBERTVM.
M DC XVI.

ADAMS 210.1

TYPOGRAPHVS LECTORI LINGVAE GRÆCÆ STVDIOSO, S.

LONGA te oratione ad Græcæ linguæ ſtudiũ hortarer, LECTOR; ſed ſuperuacanea lectione tenere legentem nolo. Pauca tamen & breuiter excerpta virorum doctorum teſtimonia afferre, nec inconſultum nec abs re erit: ſeu, vt iam currentibus, calcar; ſeu, vt tyrunculis animos addam. Latini autores quoties aliquid efferre cogitant quo nil venuſtius, nil elegantius intelligi velint, Atticos lepôres, Atticos ſales, Atticam Venerem, Atticam eloquentiam, aut Atticum demum aliquid id eſſe dicunt. Quamobrem quod de Platone inquit Cicero, Iouem, ſi loqui velit, non aliter locuturum, quàm ſcripſerit Plato: ſi idem, aut ſimile quiddam de Grȩca lingua pronuntiemus, non abſurdè dicturos nos arbitror, Naturam, ſi loqui velit, non aliter quàm Græcè loquuturam. Cæterùm vt eius antiquitatem & nobilitatem, qua nulli (niſi Hebrææ) cedit, omittamus: hæc lingua cæteras omnes in tradenda rerum cognitione antecellit. Non modò enim diſciplinas omnes quotquot vnquam fuerunt, & meliùs & copioſiùs tradit. ſed & ſi alio ſermone hæc exprimere ſtudeas, plurimum neceſſarię lucis ac propè veritatis ipſius abſtuleris. Ideóque veluti mancum meritò credi poteſt quicquid aliis literis ſcriptum legitur, ſi cum eo conferatur quod à Græcis proditum ſit. Quod Latini ſermonis argumento intelligere licet: qui cum elegantiſſimus & ſit & habeatur, à Græco tamen longè ſuperatur. Quintil. quippe, Videtur mihi (inquit) ſermo ipſe Romanus non recipere illam ſolis conceſſam Atticis Venerem. Gellius, Adieci ſæpe animum ad vocabula rerum non pauciſſima, quæ neque ſingulis verbis, vt à Græcis, neque ſi maximè pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucidè támque aptè demonſtrari Latina oratione poſſunt, quam Græci ea dicunt tribus vocibus. Lucretius multa ſe Græcè dicere affirmat propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem. Proinde non tantùm qui honeſtas artes & ſcientias amãt, verùm etiam ſolius Latinæ linguæ ſtudioſi debent mediocrem ſaltem Græcæ cognitionẽ ſibi comparare, quum certũ ſit Latinũ idioma à Græco & incrementũ & ornamentum accepiſſe. De huius linguæ vtilitate (dicet aliquis) nemo dubitat, ſed multis longa, ſalebroſa, & difficilis ad diſcendũ videtur. Certè videtur, ſed reuera non eſt: contrà facillima & cõpendioſiſſima fuerit, ſi quis hoc Lexico vti ſedulò voluerit. Omnes.n. eiuſdẽ originis voces, quæ in aliis Lexicis, merè Alphabetico ordine ſcriptis, ſparſim leguntur, in vnum veluti

faſciculum congeſſimus: primariæ, tãquam baſi & radici cæterarum, primum locum aſſignauimus: huic reliquas inde ortas, primò ſimplices, deinde compoſitas certo ordine digeſtas ſubiũximus. Hoc enim pacto futurũ ſperauimus non ſolùm vt ſingulis (quæ tanquã membra hinc inde diſperſa atque diſſipata cernebantur) ſuo loco collocatis, integrum corpus repræſentaretur, quod vno intuitu cerni poſſet, ſed etiam vt primitiuorũ, in quibus intelligendis omnis aut certè præcipua verſatur difficultas, exiguũ eſſe numerum cuiuis pateret. Primitiuorum enim propria & natiua ſignificatione cognita, deriuatorum (quantocunque fuerint numero) ſignificationes aſſequi quàm non ſit difficile, nemo ignorat: ſiquidem deriuata ſuorum primitiuorũ vim ſequi compoſita ſuorum ſimplicium ſignificationẽ retinere ſolẽt: nõ ſecus ac liberi parentum ex quibus progeniti ſunt ingenium referre, riui fontium ex quibus ſcaturiunt proprietatem reſipere, ſurculi ſtirpium & radicum ex quibus pullulant, naturam ſeruare conſueuerũt.

Etyma autem ex optimis quibuſque ſcriptoribus deſumpta adſcripſimus, non quidem quæcũque inueniri potuerunt (quum ex iis non pauca ſine dubio ſint futilia & ridicula) ſed quæ rationi magis conſentanea viſa ſunt.

Primam ſedem interdum nomini, interdum verbo minus ſcrupuloſè aſſignauimus: ſequuti ordinem qui in quaque claſſe viſus eſt commodior & facilior.

Nonnunquam deriuata in duas pluréſve claſſes pro diuerſa primitiui ſignificatione diſtinximus: vbi tamen obſeruandum eſt vnum idémque deriuatum aliquando in ſingulis claſſibus adſcribi, prout ad diuerſas ſignificationes extenditur: vt videre licet in Ἀγρεά, in Ἄῖος, in Αἰτία, in Ἄλς, in Ἅπτω, in Ἀρχὴ, in Κῆδος, in Κλείω, & aliis nonnullis.

Compoſita à ſuis ſimplicibus ſeiuncta iuxta ſeriẽ alphabeti collocauimus, eáque pro variis formis in varias itidẽ claſſes diſtribuimus.

Inter compoſita ea tantùm adſcribere placuit, in quibus primitiuum, cuius tractatio præceſſit vltimum locum occupat: ne eadem ſæpius iterarentur.

Multa ſuperflua, multa νόθα καὶ κίβδηλα quæ in lexica irrepſerunt, perperámque intruſa ſunt, reſcindimus: peregrina & barbara nõ pauca (qualia ſunt Hebraica aut Syriaca) ἀδὰρ, ἀῤῥαβὼν, γέννα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον: item Latina, vt ἀρτέμων artemo, ἀσσάριον aſſarius, ἄλιξ alica, δήκοκτα decocta, δηνάριον denarium, δικτάτωρ dictator, ἔγεστα egeſta, εἰδοὶ idus, ἰοῦστος iuſtus, κάγκελλος cancellus κεντυρίων centurio, κῆνσος cenſus, κοδράντης quadrans, κολονία colonia, κουστωδία cuſtodia, λεγεὼν legio, λέντιον linteum, λιβερτῖνος libertinus, μάκελλον macellum, μέλκα melca, μεμβράνα mẽbrana, μόδιος modius, μοῦστον muſtũ, νοτάριος notarius, νοῦμμος nummus, ξέστης ξεστὸς ſextarius, vnde ἡμιξέστης ſe-

της, ſemiſextarius, ὀξύγγιον axungia, οὐγκία vncia, πραικόκκια præcocia, πραιτώριον vel πραιτώριον prætorium, πωμήριον pomerium, ῥῆμος remus, ῥέδα, rheda, σαξίφραγον ſaxifragum, σικάριος ſicarius, σιμικίνθιον ſemicinctium σουδάριον ſudarium, σπεκουλάτωρ ſpeculator, σοῦβλα ſubula, ταβελλιὼν tabellio, ταβέρνη ταβερνεῖον taberna, τραβέα trabea, τρακτὸς tractus, τίτλος, titulus, τέσσαρα teſſera, φέκλη fæx, φενεστέλλα feneſtella, φενόλης penula, φόρον forum, φραγγέλλιον ſeu φραγγέλιον flagellum, φραγγελλοῦν flagellare) hæc, inquam, nonniſi à recentioribus Græcis vſurpata, qui ea à Romanis ſumpſerunt, excluſimus, Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis non à Græcis petenda eſſe duximus. Ex his tamen nonnulla in ſuam ſeriem irrepſiſſe deprehendentur.

Hominum & locorum propria (niſi quum fiunt appellatiua) non adſcripſimus, quòd peculiares de iis eſſent libri.

Verbalia à præteritis paſſiuis formata (quorum quæ à prima ſingulari fiunt, vel in μα, uel in μων, vel in μος deſinunt: quæ à ſecunda, vel in τος, vel in τήριον, vel in τρον finiunt) verbis paſſiuis proximè ſubiunxi, vt formationis ratio meliùs appareret.

Cæterùm vt tyronibus plenè ſatisfieret, Indicem alphabeticum conſtruximus, hoc modo: Dictionibus alphabetica ſerie diſpoſitis, primitiuas maiuſculis literis deſcripſimus: Deriuatas idem literarum initium habentes & primitiuum ſuum proximè vel præcedentes vel ſequ. in ſuo primitiuo quærendas eſſe oſtendimus, adiectis his vocibus *cum deriuatis*, vel *cum d.* Exempli gratia: quum ἀγγαρεία, ἀγγαρεῖον, ἀγγαρευτής, ἀγγαρεύω, ἄγγαρος ſeſe in ſua ſerie proximè ſequantur, eorum primitiuum ἌΓΓΑΡΟΣ ſolum adſcripſimus, addito *cum deriuatis.* reliqua ibidem quærenda eſſe indicantes. Sic φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικός, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος, quæ initiales literas & ſyllabas ſimiles habent, in ſuo primitiuo φιλόσοφος ſimili ratione notato inueniri innuimus. Voces etiam non paucas in eodem Indice explicauimus, quæ fuerant prætermiſſæ. Paſſiuę verborum terminationes ſæpius in actiuis erant quærendæ. Quæ habent duplex σ aut duplex τ alterutro duntaxat modo ſcripta inuenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ ſcripta quærentur,

Hæc ſunt de quibus te, ſtudioſe lector, admonendum eſſe exiſtimauimus: vt & ſcopum nobis propoſitum & methodum hîc ſeruatam intelligeres, quo minore cum moleſtia in hoc opere verſari poſſes. Quum autem in hanc notam * incurres, vocem illam cui nota hæc præfixa eſt, ad præcedentes editiones acceſſiſſe ſcito. Vale, & labores noſtros ad rem literariam propagandam ſuſceptos, æqui boniq; pro humanitate tua conſule.

¶ iij

ENCOMIVM LINGVÆ GRÆCÆ.

Ἑβραΐα γλωσσῶν ἱερωτάτα εὔχεται ἔμμεν,
Ἀξία τοῦ δ' εὔχους, ὅτι ἔπλετο γλῶσσα Θεοῖο.
Ἀνδρῶν δ' εἰναρθρων, φωνάων ἔξοχός ἐστιν
Ἁ τῶν ἙΛΛΗΝΩΝ, μελιγλώττου ἔθνεος, αὐδά·
Αὐδὰ τῶν τε σοφῶν, σοφίης τε διδάσκαλος οἷα.
Ταύτε τί καὶ μακάρων ἔμμεναι φράσιν οὐκέ τις εἴποι;
Ταύδε γὰρ οὐρανίδας, τοὺς ὄλβια δώματ' ἔχοντας,
Νέκταρος ἡδίονα γλῶσσαν φάσκοντι λαλῆσαι.
Ἤρχεο μάρτυς Ἄπολλον (ὃν ἅζονται μέγ' Ἀχαιοί)
Ὃς παρὰ τοῖς μακάρεσσιν ἀείδεις Ἑλλάδας ᾠδάς·
Ὅς τε καλὰς μοίσας λέξιν Δαναῶν ἐδίδαξας,
Αἳ παρὰ πατρὶ θεῶν καὶ ἑῷ γεννήτορι Ζηνὶ
Συμφώνως μέλποντι μέλη Ἑλλήνια πᾶσαι.
Φαίνεο μαρτυρέοισα θεάων εἶπεν ἀρίστα
Παλλὰς Ἀθηναία, γλυκυφώνων καὶ μελιφθόγγων
Εὖ εἰδυῖα λόγων, ἀγορητύος ἁ γενέτειρα·
Ἃ ἐνὶ ἀθανάτων βουλαῖς δεινῶς ἀγορεύεις,
Χρησταμένα χρυσοῖσι λόγοις Ἑλληνίδος ὀμφᾶς.
Ζεὺς ἔτι παμβασιλεύς, τοῖς ἀνδράσιν οὓς ἐπιτέλλει
Ἢ θεοῖς μύθοις, μυθεῖται Ἀχαΐδι φωνᾷ.
Τί πλέον; οὐράνιοι ἑλληνίζουσιν ἅπαντες.
Θειοτάτα γλωσσῶν, ἃν ἀθάνατοι φιλέοντι,
Τίς ποτε τοί κ' ἄλλων καὶ ἀγλαὰ ἀντιφερίζοι;
Οὐκ ἀνθρωπογενὴς ἀλλ' ἐκ Διὸς οὖσα, ποτ' ἄνδρας
Οὐρανόθεν κατέβης. ἡρώων δ' ἐς στόμα πρῶτον
Ἔρρεες ἡμιθέων στέθεν μέλι οἶσι μεμήλει.
Ὦ Νέστορ, Πυλίων ῥῆτορ λιγύς, ἥμισυ θεῖον,
Ὃς κρατεροὺς βασιλεῖς Ἀγαμέμνονα ἠδ' Ἀχιλῆα
Οὐλομένης τ' ἔριδος, χαλεπῶν καὶ ἔπαυσας ὀνειδῶν·
Ὅς τ' ἔπεσιν δεινοῖσι μύθος καὶ θυμὸν Ἀχαιῶν
Ὤτρυνες, πλήθων σθένεος φρένας ἀμφιμελαίνας·
Ὧι τε μεθωμίλησαν κάρτιστοι ποιμένες ἀνδρῶν,

Οἷ

Οἳ γλυκεροῖσι τεοῖς χαῖρον πείθοντό τε μύθοις.
Εἰπὲ τίνος γλώσσης χάριτες τοῖαι δὲ γένοντο.
Τῆς Δαναῶν, ἂν ἔφης, εἰ ὕστερον ὥραις αὐγάν.
Τί χρὴ διογενεῖς ἄνδρας καταριθμέμεν ἄλλους,
Ἢ τὸν Πηλείδαν, Ὀδυσῆά τε καὶ Μενέλαον,
Ἢ μέγαν Ἀλκείδαν, καὶ λοιποὺς (οἳ ἀνάριθμοι)
Οἳ τὰν Ἑλλήνων ζαθέαν ὄπα πάντες ἐφώνευν;
Πρῶτον ἐν ἡμιθέοις, ἐνὶ δ᾽ εἶτα σοφοῖσιν ἐνάσθη
Θνατοῖς ἅδε καλὰ καλοῦ τε διδάσκαλος ὀμφά.
Αἶα γὰρ ἁ Ἕλληνος, ὃς οὔνομα τᾷδε τέθεικε
Σεμνοτάτᾳ γλώσσᾳ, ᾧ δαίμων μυρία πλήθη
Δῶκε σοφῶν μερόπων, οἳ λέξει τᾷδε δίδασκον
Τὰν σοφίαν, καὶ Ἑλλαδικοῖς γραφθεῖσαν ἔλειπον
Γράμμασι, τεχνέων τε γνῶσιν καὶ ἐπιστημάων.
Οὔτε γὰρ ἄλλο Πλάτων, ἢ Ἀριστοτέλης, Θεόφραστος,
Ἱπποκράτης, λοιποί τ᾽ ἀπερείσιοι, ὡμολόγησαν
Ἢ τὸ διδασκέμεναι σοφίαν καὶ γράμμασι καὐδᾷ,
Γράμμασιν Ἑλλαδικοῖς, καὶ ὁμοίως Ἑλλάδι φωνᾷ.
Γλωσσάων ὦ θαῦμα, τίη δέ σε κήρυκα εἷο
Ἔκλεξεν σοφίη, τελεωτάτα οὖσα ἐόντων;
Ὅττι τελειοτάτα γλωσσάων καὶ σὺ πέφυκας.

TH. G. A.

DE VETERI ET RECTA GRAECAE LINGVÆ PRONVNTIATIONE.

GRAECORVM literæ viginti quatuor, Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω Quarum omnium vim Latinos ſentire probéque exprimere teſtatur Plinius natur hiſt. lib. 7. Grammatici autem à literis tanquam à parte ſimpliciſſima exordiuntur. Orationem enim in qua verſantur, primùm omnium in vocabula, eáque rurſus in ſyllabas, niſi quum monoſyllaba ſunt: ſyllabas demum in literas diuidunt, niſi quum & ipſæ ex vna vocali conſtituuntur. Quamobrem etiam literæ à Græcis *ϛοιχεῖα*, id eſt elementa, vocantur, vt docet Plato in Cratylo, & Dionyſius. Eædem verò etiam *γράμματα* appellantur à ſcribendo, ſiue quòd ex lineis conſtent. Sunt enim inuenta ſimpliciſſimis articulatæ vocis ſonis certo linearum ductu exprimendis. Cæterùm diuini huius muneris quis primus inter mortales author fuerit, non liquet: de qua re, ſi libet, videte Plinium lib. 7. cap. 56. Ex Phœnicia quidem conſtat à Cadmo in Græciam illatas. Sed, quod ipſi Græci ignorarunt, Hebræis deberi earum inuentionem, ipſa nomina apertè declarant. Sexdecim autem initio fuiſſe, idem Plinius, Dionyſius & Plutarchus verè ſcribunt. Quum enim inuentæ ſint literæ ſimplicibus ſonis ſignificandis, neceſſe eſt profectò in omni lingua, vt quidem commodè ſcribi poſſit, totidem omnino literas exſtare, quot ſunt eius ſoni ſimplices. Alioquin ſiue plures, ſiue pauciores fuerint, & ſcriptioni & pronuntiationi magnas tenebras offundi neceſſe fuerit. Idque ſollicitè Græcos obſeruaſſe, vel hoc vnum ſatis oſtendit, quòd inter Elenchos Ariſtoteles nullam ex literis fallacem concluſionem numerat: quum nihil poſſit frequentius occurrere, niſi literæ duplicem ſonum, vel contrà vni ſono duas literas tribueris. Simplices igitur Græcæ linguæ ſonos ſexdecim, totidémque neceſſarias literas eſſe, ex eo apparet, quòd ex reliquis octo qui totidem literis ſcribuntur, alij ſint compoſiti, alij ſuapte natura iidem cum compoſitis.

Sexdecim antiquæ Cadmi literæ ex Phœnicia in Græciam illatæ & totidem ſonis ſimplicibus exprimendis repertæ ſunt hæ, *α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ*. Nam aliæ præterea octo illis additæ ſunt partim à Palamede, partim à Simonide, videlicet, *η ω ζ ξ ψ θ φ χ*: quod nulla quidem neceſſitate factum eſt, ſed maximo tamen cum fructu, vt ſcriptio minus eſſet laborioſa, magíſque compendioſa.

His ita ſe habentibus, hoc ſit pro certo poſitum & conſtitutum, quod nemo negare ſanè poteſt, haſce literas *α δ ε θ ι λ μ ν ξ ο π ρ σ τ φ χ ψ* ſonuiſſe olim quemadmodum nunc ſonant, & ab omnibus citra controuerſiam ferè rectè pronuntiari. Itaque breuiores erimus in earum pronuntiatione pertractanda. Illud ſolùm obiter admonendum, corruptam hanc qua vulgò vtimur pronuntiationem id nobis inuexiſſe, vt in earundem quibuſdam nomenclaturis & appellationibus potius quàm ſono turpiter peccetur, dum pro mu mi, pro tau taf dicitur: atque ita in nonnullis aliis. Porro has *β γ ζ η κ υ ω* non ſolùm vulgus, ſed & docti plerique recepto & pertrito vſu vel abuſu potius & peruerſa conſuetudine, ita abſurdè proferunt, vt non ſolùm nomen amiſerint, ſed etiam veræ & genuinæ pronuntiationis nihil planè referant, atque adeò alium prorſus iam ſonum induerint: quemadmodum ordine alphabetico ſuo loco infrà declarabimus.

A. α. a.

A Λ Φ A, Alpha, ex Hebræo nomine Aleph, deinde alepha, & per ſyncopen alpha, nomen habet. Sono reſpõdet A Latino: in id enim vertitur: debétque in imo gutture pronuntiari clarè, & ore prorſus hiante.

Ἀγρὸς, ager.

Ἀργὸς, quaſi *ἀεργὸς*, otioſus, iners.

B, β, b.

B H T A, Bẽta, vulgo laxius quàm b Latinum profertur, ita vt u conſonantem referat: ídque ineptè & contra vſum venerandæ antiquitatis. Nec enim *βίος* pronuntiant *νίος*: quo vitio perpetuò laborat in Hiſpania, Burgenſis diœceſis, enuntians *veſtia, vene*, pro *beſtia, bene*: quin eadem adhuc vitium geminat, quum præpoſterè profert *bita, bacca*: pro *vita, vacca*: & *vonum binum*, pro *bonum vinum*.

Sonanda eſt vt prior ſyllaba Gallicæ dictionis *beſte* ſeu *bête*, quæ beſtiam ſignificat.

Ab Hebræo Beth nomen habet, addita formali litera *α*.

Euſtathius in Homerum, β (inquit) *μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς*, & alio loco, *βῆ, βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν*. Citátque hunc Cratini verſum qui eſt apud Ælium Dionyſium.

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Quod ita proferendum eſt,

Ho d' elithios hoc ſper probaton bee bee legoon badizei.

Hoc eſt. Is autem fatuus tanquam ouis bee bee ſonans badizat, id eſt, incedit, vadit, iuxta illud Plauti in Aſin. Deman hercle iam de hordeo tollutim, ni badizat.

Quid multis? Ipſius literæ B figura, quæ Græcis & Latinis eadem eſt, ſatis indicat eam apud vtroſque eandem habere vim, poteſtatem, & ſonum.

Γ, γ, g, & ʒ ſiue F digamma Aeolicum.

Γ A M M A, ſiue, vt Iones appellant, Gema, de quo docti minus laborant. Sonat vt G Latinum: & ab omnibus ferè rectè pronuntiatur ante pleraſque conſonantes, vt *ὄγδοος, γλῶσσα, ἀγμὸς, γναφεὺς, ἄγγελος*: & ante vocales *ἄγω, γάμος, γονεὺς, ἐγὼ*: ſed ante reliquas vocales vulgò vitioſius & effœminatius profertur: tunc enim nouum huic literæ ſonum quendam tribuunt, cum i conſonante (vt quidem vulgò profertur) communem. Itaque pro *γενεαλογία*, legunt *Ienealoya*, quum vbique deberet maſculum illum, & per omnia ſimilem ſeruare ſonum, medium, inquam, inter tenuem & aſpiratum, quem perpetuò adhibent Germani: nec in coniugatione *λέγω, λέγεις, λέγει*, vel alibi, vllo modo variant, quaſcunque tandem contingat eam præcedere vel ſubſequi literas. Certum enim eſt i conſonantis ſonum à Græcis nunquam fuiſſe vſurpatum, ſicut in *ἰῶτα* dicemus. Deinde vni literæ duplicem ſonum tribuere non potes, quin Græcos fatearis litera-

rum

rum inopia laborare, quod ne veriſimile quidem eſſe poteſt. Eodem igitur ſono tam Græcis quàm Latinis hæc litera pronuntiari debet. quæcunque tandem vocalis ſequatur, eo ſcilicet quem integrum retinuit inter a & o.

Ab Hebræo nomine *Ghimel* longius Gamma receſſit: vnde digamma Æolicum appellatur, quòd duplicis Gamma imaginem referre videatur, de quo plura in φ.

Δ,δ,d.

ΔΕΛΤΑ, Delta, à nomine Hebræo Daleth, ſiue Deleth.

Sonat vt noſtrum d.

Ab eius figura aſtrum δελτωτὸν nuncupatum eſt, quod eſt ſignum in cœlo ſupra arietis caput poſitum, δελτοειδὲς, hoc eſt, triangulari figura, Δ literæ imaginem referens, à quo etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, vno breuiori, in vnoquoque angulo ſtellam habens.

Ε,ε,e breue.

ΕΨΙΛΟΝ, id eſt e exile ſeu tenue, peculiare nomen non habet. Nam Hebræis nulla eſt litera quæ huic reſpondeat.

Vna eſt ex iis quatuor quas Plato in Cratylo ſcribit à Græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, ſed tantùm ipſarum nomina, vt Alpha, Beta, & cæteræ omnes literæ, præter ο ω & υ. Ex his autem Platonis verbis liquet, epitheton illud quo pſilon vocatur, id eſt tenue, poſtea adiectum eſſe, quum inter ε & ει diſtingui, & illud quidem inter literas, hoc verò inter diphthongos numerari cœpiſſet. Veteres enim initio hanc literam ει vocabant, ſicut oſtendit Plutarchus in eo libello quem ſubſcripſit περὶ τοῦ εἰ ἐν Δελφοῖς, & poſt eum etiam Euſtathius Iliad. ε. Item Nigidius apud Gellium lib. 19. c. 14. meritò quidem in eo Græcos reprehendens.

Pierius dicit η graui eſſe ſono: ac tum demum exaudiri, quum ſpiritus aliquanto inferius contrahi videtur, & ſuppreſſo quodammodo ſono enuntiatur: ψιλὸν verò acutum habere ſonum, quum ad aperta vſque labra porrigitur, & vocaliore ſono ſe prodit.

Cauendum autem in primis ne η literam vel αι diphthongum pronuntiemus vt ε: neque incidamus in vitium orationis effœminatæ, quod vocant Grammatici πολύψελον: vt inferius in η & αι oſtendemus

Ζ,ζ,z.

ΖΗΤΑ zeta, non zita: id autem oppoſuimus Tſade Hebræorum, non Zain. Neque enim pronuntiari debet ſicut Hodie à Gallis ſ litera effertur, quum eſt inter duas vocales media, neque etiam vt duplex ſſ, ſed vt d ſ, qui ſonus eſt ſuauiſſimus, & à Latinis nunquam ſatis rectè exprimi potuit.

Quintilianus lib. 12. iucundiſſimas eſſe teſtatur apud Græcos ζ & υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcius ſpirant. & ſubdit, quas mutuari ſolemus quoties illorum nominibus vtimur. Quod cùm contingit, neſcio quomodo hilarior protinus renidet oratio. vt in zephyris zopiriſque: quæ ſi noſtris literis ſcribantur, ſurdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridæ, quibus Græcia caret. Hæc Quintilianus. Contrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc literam reformidaſſe, quòd dum exprimitur, morientis dentes imitetur: hinc factum vt quidam non omninò malè eam cum ſtridore quodam pronuntiandam cenſeant. Cæterùm quod omnes aſſerunt Græci Grammatici, nimirum non dſ (vt diximus) ſed ſd valere, hoc mihi quidem probari non poteſt. Nam primùm omnium debet inter tres duplices eadem eſſe analogia. Cæteræ autem non valent σπ vel σκ, ſed πσ, vel κσ. Deinde vbi illa eſſet huius literæ ſuauitas, quã Fabius teſtatur nullam dulcius ſpirare?

Romani qui peregrinam ζ inter ſuas adſciuerunt, eam aliquando duplici ſſ reddunt: πατρίζω patriſſo, μάζα, maſſa.

Η,η,ee, ſiue e longum.

ΗΤΑ, Eeta, ab Heth denſiſſima Hebræorum conconſonante nomen traxit, ſuítque olim nota aſpirationis, vt declarat Athenæus lib. 9. his verbis, Οἴομαι δὲ καὶ διὰ τοῦ η στοιχείου τετάχθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ρωμαῖοι περὶ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ η προγράφουσι, id eſt, veteres arbitror H elemento aſpirationem formaſſe: quamobrem etiam Romani omnibus aſpiratis nominibus η præſcribunt.

Ideóque in notis numerorum antiquitùs apud Græcos H, ἑκατὸν, id eſt centum, deſignabat, quòd prima eſſet eius vocis litera, quam tunc ſic ſcribebant, HΕΚΑΤΟΝ. Quia verò Græci hanc aſpirationem non ſupraponebant, ſed ipſi lineæ inſerebant, hinc ortus eſt magnus error. Quo factum eſt vt cœperint eam ſupraponere, ac tandem illam diſſecuerint, hoc pacto H ita vt anterior pars ſignificaret ſpiritum aſperum, poſterior lenem, quibus adhuc vtimur in literis grandiuſculis. In antiquiſſimis Heracleenſium numiſmatis, legitur ⊢ΗΡΑΚΛΕΩΝ & ⊢ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ, præpoſito in ipſo contextu ſpiritu aſpero.

Eam autem notam poſtea pro ε longo Græcia vſurpauit, vt diſertè teſtatur Plato in Cratylo his verbis, οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν, id eſt, η enim non vſurpabamus olim, ſed ε. Idipſum Auſonius poeta de literis Græcis & Latinis, hiſce verſibus, qui ſubmutili videntur, confirmat.

Ητα quod Æolicum, quódque valet hoc Latiar E:
Præſto quod E Latinum ſemper breue Dorica vox E.

H igitur nullo modo exiliter pronuntiandum vt ἰῶτα, qui cum nihil commune habet, ſed e, obliquo vaſtóque quodam ſono medio inter α & ε rictu minus diducto quàm α, hiantiore tamen ac minus in ima depreſſo ſono, quàm ε. Hinc fit vt Græci Δημοσθένεα, τείχεα, in Δημοσθένη, τείχη contraxerint: & vbicunque ferè εα incidit, in η contrahunt.

Legatum Iuriſconſulti Græci λῆγατον: quod quàm abſurdè *ligaton* proferretur, quis non videt?

Caius Iuriſc. de verb. ſignif. Telum, inquit, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur quod mittitur manu. Ita ſequitur vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur: dictúmque ab eo quòd in longiquum mittitur. Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id eſt ab eo quod eſt longè: quam etiam etymologiam Iuſtinianus in ſuas Inſtitutiones retulit.

Franciſcus Vergara noſtri ſeculi doctiſſimus Grammaticus, de vi & prolatione literarum ſic ſcribit η perinde nunc profertur ac ſi eſſet ι longum, quum ſit e longum: ex H per virgulam tranſuerſam interſecta duæ propemodum EE fiunt, ſic, H, quas geminas continere dicitur H tam figura quàm etiam tempore, nimirum ſemper longa duas ſemper breues. Atque ita transfertur à Latinis per e longum, vt Δημοσθένης Demoſthenes, κρατὴρ crater.

Ex quibus apparet, perperam eos facere qui η cum iota confundunt.

Θ,θ,th.

ΘΗΤΑ, ab Hebræo nomine Theth ideóque vocatur theta, non vt nunc thita, quia in priore ſyllaba eſt η ſiue e longum, quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocantur *beta zeta eta theta.* Perſius ſatyr 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Et Martial. lib. 7.

Noſtri mortiferum quæſtoris caſtrice ſignum.

Eſt operæpretium diſcere Theta nouum.

Θ enim funeſta illa in capitalibus Iudiciis litera (quòd dictionem Θάνατος inchoet) nota erat condemnationis.

I, ι, i.

ΙΩΤΑ. Iota triſyllabam ab Hebræo Iod, t pro d vſurpato, reſpondet i Latino.

Gæcilius hanc literam vocat pumilionem, quòd omnium & figura & ſono tenuiſſima ſit & minima: & ſi quidem μονόγραμμος Plato indicat accommodam eſſe ad exprimendas res ſubtiles & penetrabiles, quod declarant vt ait ἰέναι, ἱέσθαι, ac ſimilia. Itaq; planè aliter ſunt proferenda η υ ει οι υι, quàm ι: ne inter legendum incidamus in ἰωτακισμὸν & πολυίωτα, quæ orationem faciunt exilem, eneruem, pipientem & confuſam. Neque enim Χριστὸς ſonandum vt Χρηστὸς: neque κιὼν vt κυὼν, μικρὸν longum vt μακρὸν paruum.

K, κ, K, q, q.

ΚΑΠΠΑ, Kappa ſine Cappa, ab Hebræo Cap ſeu Caph, valet c noſtrum, item K ſeu q. Ab omnibus ferè incorruptè & rectè pronuntiatur, ſcilicet vt K non ſolùm ante conſonantes, vt κλέπτω, ἀκμὴ, κνίσσα, κράτος, κραιπάλη, crapula, χαρακτὴρ: ſed etiam ante vocales α ε ω καλὸς, κόμη coma, κώμη vicus, pagus, & in fine dictionis ἐκ ex.

Priſcianus author eſt, K & q, quamuis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c, tamen eandem tam in ſono vocum quàm in metro continere poteſtatem, & K penitus in Latina lingua ſuperuacuum eſſe: quod ante Priſcianum teſtati ſunt etiam Fabius, Terentianus, & Fl. Soſipater Cariſius. Vnde & in antiquiſſimis marmoribus legimus PEQVNIAM pro *pecuniam*.

Certum eſt igitur κ eodem fuiſſe ſono quacunque litera ſequente. & Κικέρων pronuntiandum eſſe kikeroon.

Veteres quoque Græci quod Latini per q efferunt, per κ reddunt.

Quirites Κυιρίται.

Quintus Κοΐντος: alij κύιντος, numiſmata quædam ΚΟΥΙΝΤΟΣ.

Λ, λ, l.

ΛΑΜΒΔΑ, Lambda, non lamſda, ex Hebræo nomine Lamed, & ſyncope interpoſito β λάμβδα. Valet l noſtrum.

Græci aliquando n ſequente l per λ tranſtulerunt: Manlius Μάλλιος ſcribentes. Inuenitur tamen & Μάλιος, apud Plutarchum.

Ab huius literæ forma λαμβδοειδὴς figura dicta eſt.

M μ, m.

ΜΥ my hoc eſt mu per u exile, non mi, longius receſſit ab Hebræo nomine Mem: Iones vocant μῶ: idem valet quod Latinum m. Μάμμη auia: hoc etiam infantuli matrem vel nutricem appellant, ſicut patrem Tatam Mart lib. I.

Mammas atque Tatas habet Afra, ſed ipſa Tatarum
Dici & mammarum maxima mamma poteſt.

Cato, qui cibum ac potionem Buas & Pappas vocant, & patrem Tatam & matrem Mammam.

Græcis nulla dictio in eam terminatur, quod & ait Fabius, à quo etiam *mugiens* vocatur, quia mugitum edere videtur.

N, ν, n.

ΝΥ, Ny, hoc eſt Nu per u exile, ab Hebræo Nun, abiecto vltimo n. Sonat n Latinum, debétque linguæ mucrone intimos dentes & palatum feriente enuntiari, ſiue ſyllabam inchoet ſiue claudat, apud Græcos præſertim.

Ξ, ξ, x.

ΞΙ, ab Hebræo Schin ductum videtur, Latini nomen inuertimus, ix dicentes. Valet cs vel gs, quod ex obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοῖνιξ φοίνικος, & ἄντυξ, ἄντυγος. Interdum tamen κ in obliquis aſpiratur, ſed præter recti naturam. Nam inter κ & σ locus aſpirationi nullus eſſe poteſt. Itaque quanuis dicamus θρὶξ τριχὸς, minimè tamen exiſtimandum eſt ξ in θρὶξ valere χ σ.

O, ο, o, breue.

ΟΜΙΚΡΟΝ, o paruum & ipſum quoque, vt ait Plato, à Græcis pronuntiatur, peculiaréque nomen non habet. Nam Hebræorum nulla litera eſt huic reſpondens.

Latini ο Græcorum ſuo u expreſſerunt, vt ὀδυσσεὺς Vlyſſes. Talis eſt etiam apud Romanos cognatio u cum o, vpilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunenſis pars ſic o pronuntiant vt ou intelligas. Narbonenſis contrà ou mutat in o. Sed rectius omnino fecerunt recentiores qui o ab ου diphthongo & appellatione & ſcriptione diſtinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod & ipſa figura indicat, vt o breue.

Π, π, p.

ΠΙ, Pi, ab Hebræo Pe nomen habet. ſonat P. Latinum.

Πατὴρ, pater, German. *vatter* ſeu *Fatter*, per digamma Aeolicum.

P, ρ, rh, r.

ΡΩ Rhoo per o longum, ab Hebræo Res longiùs remotum nomen habet Valet r noſtrum.

Apud Græcos perpetuò initio aſpiratur.

ῥυτὴρ defenſor, Belgis *ruiter*, id eſt, eques, miles.

Et in medio dictionis geminatum prius tenue eſt, poſterius aſpiratur, vt Πύῤῥος purrhos.

Σ, σ, ſ.

ΣΙΓΜΑ, Sigma, à Samech Hebræo.

Dores San vocant, ſicut Herodotus, & alij teſtantur Sonat ſ Latinum.

Σίγμα, apud Lucianum actionem inſtituit aduerſus ταῦ conſtitutis iudicibus ſeptem vocalibus, conquerens ſeſe abs ταῦ pluribus dictionibus ſpoliari.

Pindaro κίβδηλον vocatur, hoc eſt, adulterina & non vera litera.

Meſſala Coruinus vocat ſibilum.

Malè autem infracto ſono & ſicut zain Hebræorum pronuntiari ſolet, quoties vel in eadem vel in diuerſis dictionibus reperitur media inter duas vocales. Sic enim Cauſa pronuntiant acſi Cauza ſcriptum eſſet.

Priſcianus: S ſæpe pro aſpiratione ponitur in his dictionibus quas à Græcis ſumſimus, vt ſemis, ſex, ſeptem, ſe, ſal. Nam ἥμισυ, ἕξ, ἑπτὰ, ἓ, ἅλς apud illos aſpirationem habent in principio.

T, τ, t.

ΤΑΥ, non taf, ſed tau, quomodo nautæ litoris Belgici ſonant *tau*, quod denotat funem nauticum. Apud Hebræos idem nomen habet. Valet t Latinum.

Τάνταλος, Tantalos. Ἀντώνιος, Antonios πάντα, panta.

Non (vt habent neotericorum Grammaticorum inuenta) Tandalos, Andonios, panda. quum t ante n, ne Latini quidem reſpuant.

Υ, υ, y, ſiue u tenue.

ΥΨΙΛΟΝ, y, hoc eſt u tenue, gracile, ſiue exile, (Vergilius literam Pythagoræ vocat) ſimplex nomen non habet, nec Hebræis littera eſt quæ huic reſpondeat.

Valet y, quod à Græcis mutuati ſunt Latini.

Cuius ſonus medius eſt inter ι & ου, & tam Græcè quàm Latinè vt u Gallicum enuntiandum eſt, non vt ι.

Q. Terentius Scaurus ait, Υ litteram ſuperuacuam Latino ſermoni putauerunt, quoniam pro illa V cederet: ſed quum quædam in noſtrum ſermonem Græca nomina admiſſa ſint, in quibus euidenter ſonus huius literæ exprimitur vt hyperbaton, vt hymnus, vt hyacinthus, & ſimilia, in eiſdem hac litera neceſſariò vtimur.

Teren-

Terentius dixit, *An in aſtu venit,* pro ἄςυ hoc eſt ciuitatem.

Iuriſconſulti noſtri Senatuſconſultum Tertullianum & Tertyllianum dicunt: quod inde accidiſſe veriſimile eſt, quia quum Romani deſtituerentur voce *υ*, nec haberent literam quæ omni ex parte ei reſponderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro *υ* ſonantes u. quod etiamnum hodie euenit Italis & Hiſpanis Belgicè & Gallicè loquentibus. Nam pro *buten*, id eſt foris dicunt, *bouten*, pro *muraille*, *mouraille*: hoc eſt pro βυτ & μυρ, βυτ & μουρ.

Φ, φ, ph, f, u conſonans, digamma Æolicum.

Φ I, Phi, nomen habet ex Hebræo P phe, quod & Pe dicitur: reſpondet f Latino, id eſt τῷ δίγαμμα Æolico, vt nunc quidem effertur.

Priſcianus: F verò τῦ δίγαμμα ſono enuntiabatur, ita ſcilicet vt nunc u conſonans, erátque is ſonus ſolis inter Græcos Æolibus peculiaris. Sed poſtea in eius locum ſucceſſit u conſonans, ipſum verò digamma f in locum p aſpirati: quod tamen in vocabulis Græcis ſeruatum eſt, vt in Philoſophia, Philomela, Sophiſta, & multis eiuſmodi. Pauca tamen excipiuntur, vt fama φήμη, fuga, φυγὴ, fagus φηγὸς, fur Φὼρ, & alia præterea nonnulla quæ vſus obtinuit vt per f ſcriberentur, quamuis Græca ſint. Hæc igitur cauſa eſt cur Cicero pro Fundanio (ſicut annotat Fabius) teſtem irriſerit qui primam eius litteram dicere non poſſet. Quum enim eſſet digamma, Græcus ille teſtis vel eius literæ ſonum ignorabat, à ſolis ſcilicet Æolibus inter Græcos vſurpatum, vel certè pronuntiabat vt etiamnum hodie Germani ſolent per u conſonantem.

Idem ad Atticum lib. ix. fundum ſuum Formianum vocat digamma quod nomen eius ab F litera initium ſumeret, cuius figuram & ſonum repræſentat: eóque Græci vtebantur initio dictionum à vocali aſpirata incipientium, ἑνετοὶ Fενετοὶ, Heneti, Veneti itémque in medio, ſi vocalium concurſus erat, Ω Ο Ν ΩFΟΝ dicentes, vnde noſtrum Ouum: & Ο Ι Σ Ο F Ι Σ, vnde Ouis. Β Ο Ο Σ Β Ο Φ Ο Σ Bouis. Sed præſtat Terentiani Mauri Grammatici antiquiſſimi & grauiſſimi verſus huc adferre.

Nominum multa inchoata litteris vocalibus
Æolicus vſus vertit, & digammon præficit:
Æolica dialectos autem miſta fermè eſt Italæ:
Heſperum quum dico Græcè, Veſperum cognominat.
Ἑςία ſic, Veſta facta, Veſtis ἐσθὴς dicitur,
Ἶνα quem Græci vocamus, Vim iubet me dicere.
Ἔαρ eſt multis in vſu, & magis poeticum eſt,
Ἦρ enim natiua vox eſt: ille Ver hoc dictitat.
Quos Homerus dixit Ἐνετοὺς ille Venetos autumat,
Et viola flos nuncupatur, quem Graij vocant ἴον.
Et Iolaus ille Violeus, credo Marco Tullio.
Quamq́ ἴτλω dicunt Achai, hanc Vitym gens Æoli.
Plura Sappho comprobauit Æoles & cæteri.

X, χ, ch.

X I, Chi, apud Hebræos nihil habet cui reſpondeat. Nomen formatum eſt ad modum πῖ φῖ, &c. valet ch. ſeu c aſpiratum: profertur enim aere è gutture erumpente.

χάλυβες Chalybes: χάος chaos, & huiuſmodi alia.

Ψ, ψ, pſ, bſ.

Ψ I, pſi, ab Hebræo etiam nomen non habet, ſed ad formam ξῖ, πῖ, χῖ, nominatiuum eſt. Sonat vt pſ, & aliquando vt bſ.

αἰθίοψ αἰθίοπος, æthiops, ψαλμὸς, pſalmus, ἄραψ ἄραβος, Arabs.

Ω, ω, o o, ſiue o longum.

Ω μέγα, id eſt o magnum, ita vocatum eſt ex collatione cum altero quod μικρὸν dicitur. Eſt enim re vera magnum, ſiue quantitatem ſpectes, quum ſit natura longum, ſiue figuram, quum ſit veluti ex duobus ο ο, conflatum ex veterum conſuetudine, qui (vt inquit Fabius) ante repertam temporis longi notam vocalis productas in ſcribendo geminabant. Valet autem o longum, proferendúmque vt ο ο duplicatum, non ictu vocis ſed productione, eodémque planè modo pronuntiandum βρῶτος, id eſt, cibus, vt Belgis *broot*, hoc eſt panis, à Græco deductum.

Ex his xxiij. literis, Vocales ſunt ſeptem, id eſt quæ per ſe poſſunt plenam vocem edere: α ε η ι ο υ ω, Breues duæ ε ο: quibus reſpondent totidem longæ η ω contractæ ex duabus breuibus, ſoláque quantitate ab iis differentes: & tres ancipites ſiue communes, id eſt in quibuſdam vocabulis longæ, in quibuſdam breues, in paucis indifferentes. Priſcianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes ancipites vel liquidæ, hoc eſt quæ facilè modò produci, modò corripi poſſunt. Sicut etiam apud antiquiſſimos erant Græcorum ante inuentionem η & ω quibus inuentis quæ ancipites erant, remanſerunt perpetuò breues, quum earum productarum loca poſſeſſa ſint à prædictis vocalibus ſemper longis. Hæc Priſcianus. Quod hac ratione factum eſſe aiunt, quia vetuſtiſſimi illi ſi quando ſyllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, Δ Ε Ε Μ Ο Σ pro Δ Η Μ Ο Σ, Α Ν Θ Ρ Ο Ο Π Ο Σ pro Α Ν Θ Ρ Ω Π Ο Σ. Poſtea Simonides Melicus ex duobus Ε Ε, inuertit alterum, hoc modo Ε Ǝ, deinde ea coniunxit ac effecit vnum H, quam etiam notam adſpirationis fuiſſe oſtendimus. Hinc à Βεὴλ (vnde in Euangelio Βεελζεβοὺλ ὁ ἄρχων δαιμονίων) Belus, Græcis Βῆλος, primus Aſſyriorum rex, Nini pater: cui vita functo templum erexerunt Babilonij, diuiníſque eum honoribus ſunt proſequuti. Sic etiam duplex ω vniuit Simonides, hoc modo ω.

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iiſdem dictionibus interdum varient: iuxta illud Martialis.

Et quos ἆρες, ἄρες decet ſonare.

Et illud Theocriti, ἦ γὰρ ἔρωτι,

πολλάκις ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Id eſt *O Polypheme,*

Quæ minimè ſunt pulchra ea pulchra videntur amanti.

Sed præſtat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis verſibus illuſtriorem reddere.

Ergo Græcis eſſe ſeptem ſcimus è vocalibus
H & Ω, quæ bina pedibus ſubminiſtrant tempora.
E & O breues vocari ſingularis temporis.
Cæteras tres quæ ſuperſunt διχρόνοις cognominant.
Corripi quòd ſæpe eadem, ſæpe produci valent.
Ἄλφα primum eſt, inde ἰῶτα, tertium quod υ vocant.

Et paulò poſt.

Literam namque E videmus eſſe ad H T A proximam
Sicut O & Ω videntur eſſe vicina ſibi.
Temporum momenta diſtant, non ſoni natiuitas.
Inde vertunt hanc in H T A ſæpe diphthongum Graij:
Quando quos ἱππεῖς ſolebant aut ἀχαρνεῖς dicere.
Leuigant, ἱππῆς quæ potius aut ἀχαρνῆς nominant.
Néſque Medeam Latinè ſic in vſum vertimus,
Nomen & Regina geſſit quod furens Amazonum.
Sic & αἰνείαν Achæus, noſter ÆNeam vocat.

Sed & Martianus Capella dicit e Latinarum duarum literarum Græcarum vim poſſidere: quum breuis eſt, τῦ ε, vt hoſte quum longa eſt, τῦ η, vt die: eodémque modo de ω ſtatuendum eſſe. Et in hoc Virgilij *Conticuêre* κοντικυῆρε, dicunt eſſe tum η tum ε. primum namque e, η eſt, alterum verò, ε eſt. In illo autem *rapti Canymedis honores.*

ὀνώρης dicunt prius eſſe ο, poſteriùs verò ω eſſe.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideóque à Platone in Cratilo & Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id eſt vocis expertes: à Grammaticis verò σύμφωνα, id eſt Conſonantes, quòd cum vocalibus adiunctis ſonos ſuos communicent. Sunt autem numero xvij. β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus ſunt ἡμίφωνα, id eſt Semiuocales octo: ſic dictæ, quod, vt nullas habeant vocales adiunctas, quandam tamen ſtrepitus & ſoni ſpeciem adant, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Ex his ſunt διπλᾶ id eſt duplices tres, quod duarum literarum ſint compendia ζ ξ ψ.

Ὑγρὰ, id eſt liquidæ quatuor, quòd ita ſint lubricæ, vt quaſi liqueſcant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eædem etiam ἀμετάβολα dicuntur, i. immutabiles, quòd in formationibus caſuum vel temporum non mutentur.

Μοναδικὸν, id eſt ſolitarium, vnum σ, quod ab aliis ἄσημον, hoc eſt ſigne ſigno, vel ignobile vocatur.

Cæteræ nouem, appellantur ἄφωνα, id eſt Mutæ, quod per ſe neque vocem vt vocales, neque ſtrepitum edant vt ſemiuocales β γ δ κ π τ θ φ χ.

In aſpiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli iampridem has literas pro aſpiratis aſperas nominant, quum potius denſas & craſſas vocare oporteat. Neque enim à Græcis τραχέα γράμματα, ſed δασέα dicuntur, quòd copioſiorem ſpiritum requirant, vt ſit earum opima & quaſi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam literas illas appoſitas non lenes, ſed ψιλὰ, id eſt, tenues & exiles appellant. R potius litera eſt aſpera; & l contrà admodum lenis, ſicut Ouidius his verſiculis optimè declarat de Remutiis loquens, quæ poſtea Lemuria dicta ſunt:

Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera, quæ toto nomine prima fuit.

Itaque à Græcis initio dictionum, & ſi quando geminata occurrerit, addito ſpiritui denſo lenitur: tantum abeſt vt rectè faciant qui denſum cum aſpero confundunt.

Hoc loco obiter adnotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inueniuntur ζ θ υ φ χ, Græca eſſe, aut à Græcis deriuata, ſaltem non Latina, vt gaza, baptizo, thalamus, ocius ab ὠκὺς, lacrymæ, philtrum, Chriſtus. Quocirca vulgò peccatur in ortographia dictionum charus, ſepulchrum, ſimulachrum, & ſimilium: quum ſcribenda ſint ſine aſpiratione, carus, ſepulcrum, & ſimulacrum. fiunt enim duo ſuperiora à ſupinis ſepultum & ſimulatum, vt ab inuolutum inuolucrum, à fultum fulcrum, à lauatum lauacrum, ab ambulatum ambulacrum, mutata t in c, & addita r. Teſtatur Seruius in iii. Gregor. veteres ſcripſiſſe ſepulchrum: pòſt abiectam eſſe aſpirationem: eius verba ſunt hæc. Tria veteres habebant nomina in quibus c literam ſequeretur aſpiratio, ſepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit aſpirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inſcriptionibus, & numiſmatis ſæpius inuenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de literis & germana earum pronunciatione diceremus. Libuit autem quoſdam Euripidis valde artificioſos & feſtiuos verſus ex Athenæo ſubiicere, ex quibus cognoſcere liceat [illegible] quarundam literarum formas. Apud Euripid. [illegible] in Theſeo paſtor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Theſei nomen ſcribitur, ſic depingit.

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
Μορφὰς δὲ λέξω, καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος, θ
Οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές,
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο, η
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. σ
Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία.
Λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι ε
Εἰσίν. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι, υ
Γραμμαὶ γὰρ εἰσὶν ἐκ διεστώτων δύο.
Αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές. σ

Quos verſus ita reddidit Natalis Venetus:

Quum literarum non peritus ipſe ſim,
Dicam figuras ſignaq́ue euidentia.
Eſt circulus torno velut factus bene,
Signûmque habens in ventre quod clarè patet.
Binas ſecunda forma lineas tenet:
Diſpeſcit has medio incidens mox altera.
Cincinnus inde tortus ipſa tertia.
Subit figura quarta, recta linea.
Tres incidentes diuidunt hanc lineam.
Quintam minùs promptum ſit ipſam dicere,
Sunt differentes lineæ inter ſe duæ.
Quæ conueniunt ambæ ſimul in vnam baſim.
Extrema differt ni figura tertia.

De literis quidem Latinis acutè admodum & breuiter, his verſibus luſit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus.

A ſub directo memorabilis oris hiatu eſt.
B ſimul incluſis profertur vtrimque labellis.
C linguam adpulſos compellit ad vſque molares.
D cogit ſuperos linguam contingere dentes.
E paulùm preſſa profertur gutture lingua.
F labrum inferius ſuperis cum dentibus vrget.
G damus, extremum cum tangit lingua palatum.
H oritur tractis quum ventus faucibus halat.
I linguam impellit collidit dentibus imis.
K fauces formant media cum parte palati.
L facit extremum contingens lingua palatum.
M quum fit, preſſum premitur per vtrumque labellum.
N lingua adpulſa collidit littera dentes.
O venit, exoritur quum ſpiritus ore rotundo.
P datur eruptis ter littera quinta labellis.
Q fit, in adpulſu quam ſtringimus ora palati.
R facit vt ſupero criſpetur lingua repulſa.
S quum fit, peragit colliſo ſibila dente.
T linguam impulſu contactis dentibus exit.
V facit os ſtrictum ſit promula labra fatigat.
X reddit quidquid c atque ſ formare videmus.
Y pſilon apprenſis labris procedere iuſtum eſt.
Z eta ſepulcrales imitatur concita dentes.

Hactenus de literis.

De ſyllabis: deinde diphthongis.

Ex literis conſtituuntur ſyllabæ. Syllabam autem vocamus, docendi cauſa, ſpiritus comprehenſionem ad vnam vocem exprimendam. Eſt autem in triplici differentia. Conſtat enim vel ex vna vocali: vel ex duabus vocalibus in mixtam vnam vocem coeuntibus. vel ex conſonante vna vel pluribus cum vna vocali, aut duabus ad ſummum.

Primi generis ſyllabæ quinque ſunt. quot ſcilicet vocalium ſoni: nam η & ω non voce, ſed vocis quantitate differunt ab ε & ο.

Secundi generis diphthongi, id eſt geminiſonæ appellantur, quòd ex duabus vocibus tertiam vnam efficientibus componantur.

Tertij generis ſyllabæ ex conſonantium & vocalium multiplici connexione penè ſunt infinitæ, quas enumerare minimè neceſſe eſt.

Diphthongus autem ita ſolet definiri à Grammaticis, vt ſit ſyllaba ex duabus vocalibus ſonum ſuum retinentibus conflata, ita dicta quòd duos φθόγγους, id eſt ſonos efficiat. Sic Terentianus Maurus,

vnde diphthongos eas
Græciæ dicunt magiſtri: quòd duæ iunctæ ſimul
Syllabam ſonant in vnam, vſque gemina præditæ.

Ego verò malim dicere, In vnam mixtam vocem coeuntibus (nam alioqui quando diſtinctæ ſunt vocalium voces, duæ ſyllabæ naſcantur neceſſe eſt) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim & vno ſpiritu proferri poſſunt.

Diphthongi

Diphthongi ſunt duodecim: nouem propriæ, tres impropriæ: quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot improprias numerant.

Propriæ dicuntur quòd poſtulet eas naturalis prolatio, hoc eſt, quòd duæ vocales, vt integrè ſcribantur, ita integrè pronuntiantur: vel quòd vna eadémque ſyllaba geminæ vocalis ſonum edat αι ai, non e, αυ au non af, ει ei, non i, ευ, eu, non ef, οι, oi, non i ου, ou, υι vel ῃ vi, non i, ηυ vel eeu, non if, ωυ, oou, non of.

Ex quibus hodie vulgo ſola ου rectè pronuntiatur cęteræ omnes deprauatè. Tres verò poſteriores hactenus inter improprias numerantur.

Impropriæ ſiue abuſiuæ diphthongi ſunt, quæ contra veram rationem & definitionem diphthongi & ſcribuntur & proferuntur: hoc eſt, quando prior ſolùm vocalis integrè pingitur & enuntiatur, & i ſubſcriptum non exauditur: ſic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipſas non requirat. Nam vt ſimplices vocales efferuntur, nec compoſitam vocem edunt ᾳ α, ῃ ee, non e, ῳ oo, non o.

De diphthongorum propriarum ſono in genere.

Qui duos ſonos in diphthongis non agnoſcunt, quomodo illas diphthongos exiſtimare poſſunt? quomodo, n. à vocalibus ſono diſtant, ſi ſimplicem aliquem ſonum adferunt? diphthongus n. non ſcriptura, ſed voce cernitur: aliàs non diphthongus ſed digraphus eſt. Cur autem quum diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum continentur, quædam duos ſonos, vt αυ ευ ου ηυ ωυ, quædam ſimplicem habent, vt αι ει οι υι, At id ſanè, ſi diphthongus aliquid ſit, & ſi quid diphthongus à vocali diſtet, verum eſſe non poteſt. Et quum vſus in diphthongorum numerum iſtas retulerit, cur abuſus dimidiam & meliorem ſoni partem ab illis auferret? Detur hoc vſui vt diphthongos faciat, vocales faciat, ſyllabas faciat: ſed hoc dare vſui nemo poteſt vt quandiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus ſit. Eximantur igitur è numero diphthongorum ſi nihil in ſono cum diphthongis habent commune. At Quintilianus quærendum putauit: quomodo duabus demum vocalibus in ſeipſas coeundi natura ſit, quum conſonantium nulla niſi alteram frangat. Sed hoc eſt pati illas minimè in ſeipſas coire, ſi alteram extra has, & ora torto collo illam à ſonando rapias, ne ſonus è duabus vocalibus in ſeipſas coeuntibus collectus efferatur. Sin in ſonando nihil altera vocalis adiuuet, tum non modò tota frangitur, ſed etiam conſumitur. Igitur vt diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, ſed ſonorum fieri debet, ne videlicet quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua deſtituatur.

Diphthongi autem quum minimè ſimplices voces ſed compoſitæ & diuiſibiles ſint, in varios ſonos tribui poſſunt, Quomodo enim διαίρεσις talis diphthongorum eſſet, niſi diphthongus cortionem illorum ſonorum antea habuiſſet: vt παῖς, πάϊς aut quomodo συναίρεσις fieri aliquorum poteſt quæ non antea ſeiuncta ſeparatáque voce erant? vt βασιλέϊ βασιλεῖ, ὄϊς οἶς. Videmus autem vt Iones ſæpe ex αι reiiciant ι, α relinquant: ſæpe ει & οι in εϊ & οϊ diuidant. Sequitur ergo vocalem præpoſitiuam æquè proferendam vt ſubiunctiuam. nam ſi res diuiſas vocéſque diphthongorum ſeparatas pronuntiamus, quidni eaſdem coniunctas? Quid? Itáne illarum natura diſſentiens eſt, vt ad ſocietatem ſoni adduci non poſſint? At quare tantopere in Græca lingua diſſentirent, quum in omnibus iam aliis linguis cum ſuauitate vſurpentur? Non igitur rei natura hoc fit, neque aurium cauſa: quia ſi in re conſiſteret, in nulla lingua hoc fieri poſſet. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, vbi aures omnium & peritiſſimæ & delicatiſſimæ ſunt? Et quoniam in Græcis diphthongorum ſonis vel ι ſubiungi neceſſe eſt vel υ, vt verè Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus, vt iſtarum literarum ſonus ſubiungatur, non dominetur. Non enim ibi quicquam ſubiung mus vbi nihil antecedit: ſed vt ſubiungatur quod ſequitur, neceſſe eſt aliquid conſtituatur, quod præponitur. At ι literæ quatuor vocales præponuntur in propriis diphthongis, & υ quoque quinque vocales quaſi duces ſoni anteeunt, quibus illa vt ſcriptura ſic ſono ſubiungitur: quod quemadmodum in diphthongis quibus υ ſubiicitur eſt perſpicuum, ſic in diphthongis quibus poſtponitur, eſſe quoque debet manifeſtum. Nam in iis quæ ι ſubiectum habent vitium in prioribus literis eſt: in iis quibus υ ſubditur, vitium in ipſo υ eſt. Nam vna tantùm diphthongus ου nobis pura puta in ſono hactenus relicta eſt.

AI.

AI igitur diphthongus nullo modo ſonat vt e, ſed planè Latinorum ai reſpondet, raptim ſcilicet & vno ſpiritu pronuntiato, vt poſt a non reſpires, ne duæ ſyllabæ pro vna audiantur. Hinc Plutarchus in Sympoſiacis α, literam ſemper præeſſe cæteris vocalibus, nunquam ſubiici, & eam in dicendo, quidquid conſequatur, ſonum ſuum retinere dicit, ac cæteris ſimul cum eo ſonantibus vti. Neque enim vel poſt ι vel υ ſi ponatur α cum illis conueniet, aut illorum ſic ductum ſequetur vt ex iis vna fiat ſyllaba, ſed quaſi indignabunda litera & ſeſe admodum efferens dominatum quæret ſemper. Et ſi altera illarum præponatur, tum ſubſequente illa & ſimul ſonante vtitur, & ſyllabas etiam verborum facit, vt in αὔλειον, αὐλεῖν, αἶας αἰδεῖσθαι, & ſexcentis aliis. Hæc ille, Quòd ſi ἀσυμφωνοῦντι καὶ ἀκολουθοῦντι χρῆται, vt Plutarchus dicit, quis negabit α in eo & ι ſimul ſonare? An eæ literæ dominatum non amittunt, quæ in ſono non minuuntur modò & quaſi de gradu deiiciuntur, ſed prorſus extinguuntur, vt ne minimus quidem eius ſenſus in auribus remaneat? At non idem accidit quum α litera τῷ ι nullo modo conſonat, ſi neutra harum ſonum habeat, ſed quoddam peregrinum pro vtroque reponatur? Itaque ſimul iſtæ ſic ſonent, vt conſonare & conſentire poſſint. Nunc autem quaſi neutra digna ſono ſit, tertium aliquid, nempe ε pro vtroque adhibetur.

Perdet igitur α dominatum ſuum, & magiſtratu ſuo abibit, ſi in αἶας, in αἰδεῖσθαι, & ſexcentis aliis, nihil ſonet: ſed hoc eſt impetum facere in magiſtratum, non pati vt munus ſuum vbi debet, opportunè adminiſtret. Ex hoc igitur ſatis probetur α in αι relinquiſque locis vbi ponitur ſonum ſuum retinere, & ι cum illo conſonare.

Quintilianus etiam αι diphthongum Græcos ſemper per ai extuliſſe memorat. Nos ergo nequaquam Græci ſumus, qui diphthongum non efferimus.

Et Terentius Scaurus de Orthographia teſtatur priſcos Latinos diphthongum æ Græcis literis αι ſcribere ſolitos, quam poſtea mutarint in æ, ſed ita pronuntiarint, vt vtraque vocalis exaudiretur: quemadmodum etiam hoc tempore pronuntiari deberet. Hinc in quibuſdam numiſmatis antiquis in auro & argento ſculptis, videre eſt ab altera parte caput Veſtæ, & ab altera baſilicam Aemiliam cum hac inſcriptione, AIMILIA REF. S. C. M. LEPIDVS, Vnde multa diu. iis ſyllabis remanſeſerunt. Perſius Satyra vj. citat hoc carmen Ennij,

Lunai portum (eſt operæ) cognoſcite ciues.

Idem Ennius, *Albai rex longai.*

Lucretius,

Ignoratur enim quæ ſit natura animai.

Idem,

Gelidai ſtridor aquai.

Martialis,

Attonitúſque legis terrai frugiferai.

Vergilius etiam vetuſtatis amantiſſimus,

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et,
Diues equûm, diues pictai veſtis & auri.

In hoc nempe imitati ſunt Græcos, qui ex παῖς, hoc eſt pais, faciunt πάϊς.

Decomp. Ἀντιχόρηγος, antichoragus, æmulus alterius choragi, qui ἐν τῇ χορηγίᾳ certat cum alio chorago ſplendore & magnificentia choragij. Exp. &, qui contrà ſuppeditat.

Ἀντιχορηγέω, ῶ, ſum antichoragus, & in choragia certo. Dem.

Ἀχορήγητος, cui non χορηγεῖται & ſuppeditatur, cui non ſubminiſtratur, cui non ſuppetit. vt apud Ariſtot. Polit. 4. ἀχορήγητόν τε εἶναι καὶ τῶν ἀναγκαίων, rebúſque etiam neceſſariis non ſuppeditari, id eſt carere ſeu egere rebus neceſſ. Ponitur & ſine caſu, Ethic. lib. 1. Ἀχορηγία, ἡ, aff. pro inopia commeatus, ex Polyb.

Ἐπιχορηγέω, inſuper præbeo, inſuper ſubminiſtro & ſuppedito, inſuper ſufficio & ſuggero. Exp. &, ſuppedito, ſubminiſtro. Ad Coloſſ. cap. 2. ἐπιχορηγεῖσθαι. Paulus tranſitiuè vſurpat pro, ſuppeditari, id eſt rebus ſuppeditatis ſubminiſtratíſque inſtrui.

Ἐπιχορήγημα, τὸ, quod inſuper ſuppeditatur. additamentum ad priorem vel legitimam ſuppeditationem, ſuppeditationis corollarium. Budæus ſignificare ait etiam corollarium legitimi & conſtituti cibi: poſſéque etiam ἐπιχορηγήματα vocari ea quę poſtremo loco prębentur ſodalibus, vt τὰ ἐπεδόσιμα quę vltimo loco eduntur. Athen. lib 4. Ἐπιχορηγία eiuſmodi ſuppeditatio qua aliquis ſuppeditatur inſtruitúrque re aliqua, ad Epheſ. cap. 4.

Καταχορηγέω, abſumo ſuppeditando, abſumo in choragia, conſumo in magnificentia & apparatu ludorum choricorum, item ſuppedito, largior, erogo: vel etiam effundo & largè contribuo, teſte Budęo Plut.

Παραχορηγέω, idem cum χορηγέω, ſuppedito, ſubminiſtro, prębeo. Athen. lib. 4. Παραχορήγημα, Poll. lib. 4. cap. 15. dicit fuiſſe εἰ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, vt in Æſchyli Agamemnone.

Συγχορηγέω, ῶ, ſimul prębeo ſeu ſubminiſtro, confero. Vel ſimul choragus ſum. confero & ipſe aliquid in choragium.

Deriuata ab ἄγω, i. frango.

Ἀγνύω, ἄγνυμι, frango, rumpo. Vſurpatur potius quàm ἄγω, ſed tempora ſumit ab ἄγω, F. ἄξω. P. ἦχα Aor. 1 ἦξα, & Atticè ἔαξα. Euſt. th. ait apud Hom. ὕλην ἀγῆν, exponi poſſe κλᾶν, id eſt frangere. Il. ρ Τῆς δ' ἐξαυχέν' ἔαξε.

Ἄγνυμαι, frangor, rūpor. Od κ. Præt med. ἦγα, inuſit. pro quo Atticè ἔαγα in vſu eſt. Il. δὴ πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι, pro ἐάγησαν fracti ſunt.

Ἀγὴ, ἡ, fractio, ruptio. fractio fluctus, inquit Suid. ἀγαὶ ἁρμάτων, curruum fractiones, Eurip.

¶ Ἀγὴ, littus, quoniam fluctus ibi infringuntur. ¶ Item vulnus, quaſi fractura cutis, Heſych. Vide & in Ἀγάω.

Ἄγμα τὸ, fractio vel potius fragmentum. Exp. & κάταγμα.

Ἀγμὸς, ὁ, idem quod ἄγμα, fractio, vnde Hippocratis

47 cratis libri, περὶ ἀγμῶν. ¶ Αγμοὶ, loca montoſa & præcipitium habentia ſiue prærupta. Nic. ¶ Apud eundem in Alexiph. Κνώδαλα φυκιόεντας ἀεὶ περιβόσκεται ἀγμούς. exp. αἰγιαλοὺς, littora.

Αγαλέος, ου, ὁ, pro quo dicitur ἠγαλέως, exp. mutilus, fractus, cauus, qui facilè frangi poteſt. Etym.

Αγανος, fractus. Suidæ ξύλον ἄγανον vocatur lignum fractum, vel virgulta quæ facilè franguntur.

Compoſita.

Ααγής, έος, ὁ, καὶ ἡ, infragilis, validiſſimus. Od. λ. Ab Ety. exp. & πολύθραυστον, vt α vim augendi habeat.

* Επάγω, frango, Heſiod.

Επωγαὶ, loca in quibus ſtantes naues à ventorum iniuria tutæ eſſe poſſunt. vbi ἰωὴ, i. πνοὴ ἄγνυται, quòd ventus non poſſit illuc peruenire, inquit Euſtat.

Κατάγω, (pro quo dicitur κατηγνύω, & κατάγνυμι) confringo, perfringo, diffringo: vel ſimpl. frango. Xen. καὶ τὰς ψυχὰς κατηγνύουσι, frangũt animos, metaphoricè pro, eneruãt. Καταγῦ ὀστοῦ & κατεαγῦ ὀστοῦ apud Gal. os fractum.

Κατεαγὼς τὰ ὦτα, apud Philoſtrat. in Heroicis, aures fractus pro, fractas habens aures. Dicitur & κατέαγμαι, vnde κατεαγμένος apud Lucian. in Timone.

Κάταγμα, fractura Dioſc. ὀστῶν κατάγματα.

Κατακτὸς, οῦ ὁ, fragilis. Dioſc.

Decomp. Αμυγδαλοκατάκτης, ου, ὁ, amygdalarum ſeu amygdalorum fractor. Athen. lib. 2.

Καρυοκατάκτης, q. d. nuci frangibulum. inſtrumentum quo franguntur nuces. Athen. lib. 2.

Δυσκάτακτος, difficilis fractu. apud Dioſc.

Επικατάγνυμι, aff. pro inſuper frango. ex Ariſtot.

Περικατάγνυμι, circunquaque frango. vel in circuitu. Et pro κατάγνυμι, aut ἄγνυμι. Theophr.

Ὠοκάταξις, ouorum fractio. Lucian.

Ὠτοκάταξις, εως, ἡ, aurium fractio. Poll. lib. 2. Exponitur & aurium contuſio ex ictu & plaga. Ὠτοκάταξις, ιδος, ὁ, dicitur is cui aures fractæ ſunt, vt ὠτοθλαδίας, Heſych. Suid. Euſt.

Κυματωγὴ, dicitur pro ἀκτὴ, vbi τὰ κύματα ἄγνυνται Herodot.

Ναυαγὸς, οῦ ὁ, naufragus, Xen. Hell. 1.

Ναυαγία, & ναυάγιον, naufragium. Lucian. ναυαγία χρηστὸν ἀμένος, naufragium paſſus. Ponitur & metaph Plut. in lib. περὶ πολυπρ. ναυάγια οἴκων, ἐκπτώσεις ἡγεμόνων. ¶ Sed ναυάγιον frequentius accipitur pro fragmento nauis, aut iis quæ fracto naufragio reperiuntur & colliguntur, vt ſunt tabulæ ex naufragio. Thuc. τά τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο. Metaphoricè in hac quoque ſignif. capitur. Plut. in Polit. præc. Δημάδης τὰ ναυάγια λέγων πολιτεύεσθαι.

Ναυαγέω, naufragium facio. Dem. Et metaph. pro, iacturam facio, vel naufragio amitto. Gregor. ἐν ὀλίγῳ ναυαγήσας τὴν σωτηρίαν.

Ναυηγὸς, οῦ ὁ, Ionicè pro ναυαγὸς, naufragus in epig. ναυαγὸς ναῦς, & ναυηγοὶ ἄνεμοι. & ναυηγὸς μόρος. Vide & in compoſ. ex Αγω, i. duco. Ναυηγίη & ναυήγιον naufragium, poeticè pro ναυαγία & ναυάγιον Ναυηγέω pro ναυαγέω. Reperitur & apud Polyb.

Περιάγνυμι, vel περιαγνύω, confringo torquendo, contorqueo. Chion. in epiſt. ad Matridem.

Περιαγὴς, pro circunfracto citatur ex Anth. ep.

ΑΓΩΝ, ῶνος, ὁ, certamen, ſolennes ludi vel certamina ludorum. Exp & ſimpl. ludi. Varia autem ἀγώνων genera diſtinguuntur additis adiectiuis vt apud Xen. ἀγὼν ἱππικὸς καὶ γυμνικὸς, certamen equeſtre & gymnicum. Interdum per ἀγῶνας intelliguntur peculiariter ἀγῶνες, cognominati ἱεροὶ, i. certamina ſacra, quæ quatuor erant, Nemea, Pythia, Iſthmia, Olympia. Apud Lucia. in Anach. metaphoricè ἔξω τοῦ ἀγῶνος, aliena à re & inſtituto: pro quo idem di-

cit ἔξω τοῦ πράγματος. ¶ Significat & ipſam ſpectantium certamen multitudinem: vt Il. ω. Αὐτὸ δ' ἀγὼν, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι Εσκίδναντ' ἰέναι. ibi annotat Euſt. ἀγῶνα eſſe τὸ πλῆθος. Dicitur & de congregatarum nauium multitudine. Il. π. ¶ Significat & locum in quo certamen ipſum editur, itidem apud Hom. ſæpe. Aff. & ex Thuc. ¶ Ponitur & pro templo. Il. η (vt volunt Etym. & Euſth.) Αἴ τέ μοι ἀγχόμεναι θεῖον δύσοντα ἀγῶνα Aff. ex vet. gramm. & 48
pro κύκλος, & κυκλοτερὴς τόπος. ¶ Item certamen, bellum. Dem. pro cor. ¶ Eſt & generaliter concertatio quæuis ſeu contentio, ſtudium & contentiô vehemens circa rem quampiam. Qua in ſignif. Iſocrates pluralem etiam numerum vſurpat, ſiue pro conatibus qui ſumma contentione fiunt. Apud Plut. εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περί τινος, quod Cic. in contentionem venire de re aliqua. Dicitur & ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι. ¶ Item actio fabulæ in ſcena. videlicet de qua certatur in theatro. Ariſtot. de poetica. ¶ Item actio forenſis. Iſocr. ¶ Item periculum, iudicium, reatus. vt εἰς ἀγῶνα καθιστάναι, periculum creare, in diſcrimen vocare, accuſare. & καταστὰς εἰς ἀγῶνα, poſtulatus, reus, qui in reatu eſt. Demoſth. Interdum coniunguntur ἀγὼν & κρίσις, ab Iſocrat. & Demoſth. ¶ Item periculum, diſcrimen: vt ὁ περὶ ψυχῆς ἀγὼν, vitæ diſcrimen. Xen.

Αγῶνα παρέχειν aff. ex Eſa. cap. 7. pro, moleſtiam exhibere. Grammatici hanc vocem deductam putant ex γωνία & α priuat. vt ſit ὁ γωνίαν οὐκ ἔχων τόπος, & proinde κυκλοτερής. vel à verbo ἄγω, i. φέρω, quòd afferat moleſtiam.

Αγωνίζομαι, F. ίσομαι (& Atticè ἀγωνιοῦμαι) P. ισμαι, κ certo, certamen ineo, dimico. ἀγωνίζομαι μάχην apud Plut. ἀγωνίζομαι τὰ ὀλύμπια. Philoſtr. Dicitur & ἀγωνίζομαι τοῦτο πρὸς σε, apud Xen. Pæd. 1. pro, hac de re tecum certo. Et ἀγωνίζομαι περὶ vel ὑπέρ τινος, de re aliqua Dem. ¶ Item prælior, prælium ineo, πολεμῶ. apud Xen. in Apomn. & Thuc. lib. 1. ¶ Item ago fabulam. Dem. Ariſtot. ¶ Item certo iudicio. Dem. & Plut. Apud Lucianum autem ἀγωνίζεσθαι ἔφεσιν, prouocationis cauſam iudicio perſequi. ¶ Item cauſam dico, periclitor iudicio, vt ἀγωνίζεσθαι ψευδομαρτυριῶν, Demoſth. falſi cauſam dicere, reum falſi eſſe. Et generaliter pro, periclitor.

Αγώνισμα, τὸ, certatio, certamen. Plut. ¶ Item palma, id eſt præmium certaminis, vt tradunt Suid. & Heſych. ¶ Item à Suida exp. ſtudium, diligentia, Ariſtid. ¶ Item oſtentatio quæ fit in turba ſiue apud turbam, ab eo videlicet qui ſpecimen ingenij ſui vult edere. Ab Heſych. exp. ὀχλικὴ ἐπίδειξις. ¶ Item actio fabulæ. Apud Ariſtot. ἀγώνισμα ποιεῖν fabulam agere. Item recitatio ab Ariſtot. ita dicitur, vt Bud. ait.

Αγωνισμὸς, οῦ ὁ, certatio, vt ἀγώνισμα. Dion.

Αγώνισις certatio, concertatio. Thuc. l. 5.

Αγωνιστὴς, οῦ, ὁ, certator, qui certat gymnica certamina, athleta, pugil. Apud Plut. ἵπποι ἀγωνισταὶ, equi certatores, id eſt, ad certamina exerciti. Et cum genit. apud eundem, ἀγωνιστὴς ἀληθείας, propugnator veritatis. ¶ Item actor ſcenicus, ludio, hiſtrio. Dem. & Athen.

Αγωνιστήριον, ου, τὸ, locus certaminis, i. in quo certamen committitur Ariſtid. in Panath. Item quod datur certatoribus. Heſych.

Αγωνιστικὸς, οῦ ὁ, certatorius, ad ἀγωνιστὰς pertinens. vel aptus ad certamina. Ariſtot. Αγωνιστικῶς, certatoriè. certatorum more.

Αγωνία, ἡ, certamen, ἀγὼν Iſocr. ¶ Heſychius ait ſignificare palæſtram, item bellum, apud Eurip. in Troadibus. ¶ Item angor, trepidatio, animi æſtuatio. Propriè eſt timor quo corripitur is qui in-

certamen deſcenſurus eſt : ſed per catachreſin ponitur pro quouis tim ore. Ariſtot. in Probl. ait eſſe timorem quendam quo percellimur opus aliquod aggreſſuri. Laertius exponit timorem rei incertæ ac dubiæ. Damaſcenus eſſe dicit φόβον ἀποτυχίας.

Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad certamen pertinens. Pind. in Iſth. hym. 4. ἀγωνίους ἀέθλους vocat labores qui ſunt circa certamina. Ἀγώνια ἀγαθὰ vocat Gregor. Naz. bona contentione ſumma comparanda, Bud. interpr. ¶ Sic etiam dicitur Mercurius, certaminum præſes, à Pind in Iſth. hymn. 2. Euſtathius autem ἀγωνίους θεοὺς vult eſſe apud Æſchylum τοὺς ἀγοραίους, id eſt fori præſides, aut (vt & Suid.) qui in foro coluntur. ¶ Item trepidationem aut angorem afferens ſeu habens, ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐμποιῶν, Soph. in Aiace. ¶ Item angulo carens. vide in compoſitis ex Γωνία.

Ἀγωνιάω, ῶ, certo ἀγωνίζομαι, apud Iſocr. teſte Suida. ¶ Item anxius ſum, doleo vel angor metu, vt ſcribit Bud Item vereor, timeo. Polyb. ἀγωνιῶν τὴν τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. Dicitur etiam ἀγωνιᾶν

49 is qui alioqui metu vacuus ſit, quum nimirum aut ſperato bono excidit, aut in ipſo periculo quòd metuebat, eſt conſtitutus. Item ab Heſych. exp. periclitor.

Ἀγωνιῶμαι, aff. pro ἀγωνιῶ, ex Ariſt. Rhet. 1.

Ἀγωνιάτης, ου, ὁ, trepidator, formidator, apud Diog. Laert.

Ἀγωνιάζω pro ἀγωνιῶ, itidem ἀγωνιάζομαι pro ἀγωνίζομαι, aff. ex Philoſtrato.

Προαγών, (comp.) præludium certaminis. Plut. Item præluſio actionis oratoriæ, inquit Bud. Sic δίκης προαγῶνες Plut.

Εὐάγων, pulchri certaminis. ἡ εὐάγων τιμὴ, honor ob certamina bene certata Pind.

Compoſita, ac primùm ex ἀγωνίζομαι & verbalibus.

Ἀναγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non certat, iners. Xen.

Ἀνταγωνίζομαι, in certamine oppono me alicui. prælio aliquem excipio, Cum dat. Xen. Pæd. 2. idem *pro*, aduerſor, id eſt refragor, apud Thuc.

Ἀνταγωνιστὴς, οῦ, ὁ, aduerſarius. Plut. exponitur etiam æmulus. vt apud Iſocr. τῶν μειζόνων ἀνταγωνιστής, ſuperiorum æmulus.

Decomp. Ἀνανταγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui nullus in certamine ſe opponit, vel ſe opponere poteſt. Vnde pro inexpugnabili & inuicto ponitur. Thuc.

Δυσανταγωνιστὴς, exp. moleſtus, aduerſarius.

Δευτεραγωνιστὴς, qui ſecundas fabulæ partes agit. ¶ Et metaph. *pro*, ſecundarius. qui ſecundas partes agit. Dem. & Luc.

Δευτεραγωνιστῶ, ſecundas fabulę partes ago. Item ſecundam orationem habeo in iudicio. δευτερολογῶ. Bud.

Διαγωνίζομαι, decerto, dimico, pręlior, vt διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους apud Xen. Pæd. 1. Dicitur & διαγωνίζομαί σοι τοῦτο, apud eundem. ¶ Item certo ad finem ſiue ad extremam dimicationem. Bud. ex Aeſchine. ¶ Et pro conari, apud Gazam.

Εναγωνίζομαι, vt ἐναγωνίζομαι τούτῳ τῷ τόπῳ, hoc in loco certo. Plut.

Ἐπαγωνίζομαι, poſt alium certo. Greg. Et ἐπαγωνίζεσθαι, ſecundo loco cauſam orare, vel perorare, vt inquit Budæus, ex Libanio in argum. orat. in Andro. apud Plutarchum in Fabio, ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, expon. certamen cum Annibale repetens.

Καταγωνίζομαι, certamine vinco, expugno, debello. Cum accuſ. apud Plut. & ad Heb. 11. cap.

Καταγωνισμὸς, expugnatio, ſubactio. Thuc.

Decomp. Ακαταγώνιστος, inexpugnabilis. Chryſoſt.

Δυσκαταγώνιστος, expugnatu difficilis. Thuc.

Εὐκαταγώνιστος, expugnatu facilis.

Προαγωνίζομαι, ante alium certo, aut pugno. Item antea pugno. Herodian. & Thucyd. Item certo pro aliquo, ſiue pugno, propugno. Philo, ὢν ὑπερμαχεῖν καὶ προαγωνίζεσθαι, κουφότατος πόνος.

Προαγωνιστὴς, propugnator, defenſor. Luc.

Προαγωνιστικὸν, præiudicialis cauſa, vt vulgò exp.

Πρωταγωνιστὴς, hiſtrio qui primas partes fabulę agit: qui primas partes in ſcena agit. Plut. Interdum additur genitiuus δράματος, vt apud Lucianũ de cal. Exp. & actus princeps & quaſi prę ſultor Item anteſignanus, ab Oecumenio in Acta. Transfertur & ad quemlibet qui primum in quouis certamine atque adeo in quouis negotio locũ tenet, princépſque eſt.

Πρωταγωνιστέω, ῶ, id eſt, πρωταγωνιστής εἰμι, primas partes in ſcena ago. Non ſolum autem de actoribus ſcenicis dicitur, (inquit Bud.) ſed etiam de oratoribus, ἐπὶ τῶν τὴν πρωτολογίαν λαχόντων, primam orationem habeo in iudicio. Liban. apud Dem.

Συναγωνίζομαι, vnà cum alio certo, q. d. concerto, certamen adiuuo, certaminis ſocius ſum. Ponitur *pro*, opem fero, auxilior. apud Thuc. ſępe. Συναγωνίζομαι τούτοις, apud Demoſth. ad hæc conficienda operam meam vnà impendo. ¶ Item pro, patrocinor, inquit Bud. Citatur ex Platone in Epiſt. πολλοῖς συνηγωνισάμην, multos meo patrocinio iuui.

Συναγωνιστὴς, certaminis ſocius, certanti opitulans.

Τριταγωνιστὴς, qui tertias fabulæ partes agit & vltimas. vt in vita Æſchinis legitur vnde hoc ille Demoſthenes pro Cor. probroſè obiicit. Item de vili & contempto dicitur.

Τριταγωνιστῶ, tertias fabulę partes ago Demoſt. pro Cor.

Ὑπεραγωνίζομαι, cum genit. vt ὑπεραγωνίζομαι τῆς πόλεως propugno ſeu defendo vrbem.

Alia compoſita facta ex ἀγωνία & ἀγώνιος.

Διαγωνιάω, ῶ, valde anxius ſum. Citatur ex lib. 2. Macchab. c. 3 ἀγωνιῶντες *pro* trepidantes. Item διαγωνιάω μὴ, vereor ne, apud Suid.

Εναγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad certamina pertinens, certaminibus ſeu ludis aut ſpectaculis conueniens. Plut. Lucianus autẽ ἐναγώνιον νόμον dixit legem athleticã. Sic & ἐναγώνιος appellatur Mercurius ab Ariſtophan. in Pluto tanquam certaminũ prȩfectus & ἀγωνοθέτης, vel ἀγῶνας ποιῶν. ¶ Item qui in certamine verſatur. Bud ex Chryſoſt. ¶ Item ad certamen compoſitus & cõparatus, certamini accinctus. Syneſ. A Plut ἐναγώνιος ἐσθὴς appellatur quę in prȩlio geſtabatur. Lat. paludamentum. ¶ Ponitur interdum & pro forenſi. vt à Dionyſ. Halic ¶ Item pauidus, apud Baſil. 50

Ἐξαγώνιος, ου, ὁ, ad certamen non pertinens, qui eſt extra certamẽ, ἔξω τοῦ ἀγῶνος. Metaphoricè, ἐξαγώνια vocantur quę ad cauſam non pertinent, vel ad ipſam quaſi concertationem cauſæ : aut *generalius* quæ ad rem de qua agitur non pertinent. Luc.

Συναγωνιάω, vnà cum alio anxius ſum. Plut.

ΑΔΑΡΚΗΣ, ου, ὁ, adarces. quædam quaſi concreta ſalſilago. Vide Dioſ l. 5. c. 137.

ΑΔΕΛΦΟΣ, οῦ, ὁ, frater, propriè frater vterinus. fit enim à dictione δελφύς (i. vterus) & α ſignificante ὁμοῦ, *pro*, ὁμόδελφος. Quod etymon traditur ab Ariſtot. & aliis. apud Plut. de leg. ὁμοπάτριοι ἀδελφοί, fratres ex eodẽ patre progeniti. Et ἀδελφοὶ ὁμομήτριοι, fratres ex eodem matre nati. ¶ Item adiect. *pro*, geminus. Xenoph. χεῖρε τε καὶ πόδε καὶ ὀφθαλμὼ καὶ τἄλλα ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις, quęcũque gemina hominibus creauit. ¶ Itidem adiectiuè, ſimilis, congruẽs, germanus. Iſocr. in Buſir. ἀδελφὰ τῶν εἰρημένων. Et cum

Et cum dat. Baſil ἀδελφὰ τύτοις.

Αδελφὴ, ſoror germana ὁμομητεία ἀδελφὴ, ſoror ex eadem matre, Ariſtoph. in Nubibus. ¶ Item ſimilis, congrua. Plato epiſt. 7. προσφάτην ἀδελφὴν τῆς προσθεν.

Αδελφότης, ητος, ἡ, fraternitas. Apud Eccleſiaſt. ſcr.

Αδελφικὸς, fraternus, Chryſoſt.

Αδελφικῶς, fraternè, Ioſeph.

Αδελφίζω, F. ίσω, fratrem meum appello, fratris appellatione voco, Iſocr. ¶ Αδελφίζεσθαι, eſt etiam οἰκειῶσθαι apud Hippocr. vt Gal. & Erot. Exp.

Αδελφιξις, fraterna communio, ſeu fraternitas, germanitas, apud Hippoc.

Αδελφειὸς, οῦ, ὁ, poetis idem quod ἀδελφός. Il. β. κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν. Vtitur & Herodot. Dicitur & Αδελφειὸς ab iiſdem. Αδελφεὰ, ſoror, Soph.

Αδελφίδιον, τὸ diminut. fraterculus, Ariſtoph.

Αδελφιδοῦς, οῦ, ὁ, nepos ex fratre vel ſorore aut ſororis filius, inquit Poll. Exponitur à Suida ἀνεψιός. Plut. fit per contractionem ex ἀδελφιδέως, vt docet Etym. Legitur autem ἀδελφιδέος apud Herodot. l. 6.

* Αδελφιδὸς, Cant. cant.

Αδελφιδῆ, neptis ex fratre vel ſorore.

Compoſita.

Ανάδελφος, ου, ὁ καὶ ἡ, fratre carens ſeu fratribus, Xen.

Ανδράδελφος, leuir, matris frater.

Αντάδελφος, qui eſt loco fratris, vicem pręſtans fratris.

Αὐτάδελφος, frater germanus, ex vtroq; parente, Soph.

Εξάδελφος, patruelis. Pro quo Atticè ἀνεψιὸς dici ſcribit Phrynicus. Εξαδέλφη ἡ θυγάτηρ τοῦ θείου, ἢ τῆς θείας, in Pand.

Δυσεξάδελφος dicti filij τῶν ἐξαδέλφων, Bud.

* Ισάδελφος, fratri æqualis.

Μητράδελφος, matris frater, auunculus.

Μισάδελφος, fratris ſeu fratrum oſor.

Μισαδελφία, fratris aut fratrum odium, Plut.

Πατράδελφος, patris frater, patruus.

Συνάδελφος, qui fratrem ſeu fratres habet. cui opponitur ἀνάδελφος, apud Xen.

Φιλάδελφος, fratris ſeu fratrum amans. Φιλαδελφία, amor erga fratrem, fraterna charitas, animus in fratrem ſeu fratres propenſus. Plut. apud Chriſtianos ſic vocatur amor quo ſeſe proſequuntur ceu fratres, Greg.

Ψευδάδελφος, falſus frater qui fraternitatem Chriſtianam mentitur. 2. Cor. 11. & Gal. 2.

---

51 ΑΔΕΩ, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, placeo. Item gratificor. Iliad. ψ. Ως ὄφελον θάνατός μοι ἀδεῖν κακός. Et apud Hipponact. ἄδηκε βουλὴ, placuit conſilium. Et Herodot. *pro*, aſſentior, *in Calliope*, ἐγὼ δὲ οὐ τούτου ἕνεκα μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκονται. Vbi obſeruandum ἅδοιμι tanquam ab ἅδω barytono. ¶ At ἀδέω cum tenui. vide in Αδω.

Αδος, ου, ὁ, lætitia gaudium, exp. & ἀρέσκεια, Etym.

Αδοσύνη, ἡ, voluptas, Heſych.

Αὐθάδης, (*comp.*) εος, ὁ καὶ ἡ, arrogans ſuperbus. Exp. & peruicax. Sed dicitur quaſi αὐτοάδης, id eſt, ἀπὸ τοῦ ἁδεῖν, ex eo quod ſibi placeat, & quidem ita vt etiam congreſſus aliorum vitet, & cum nemine commercium habeat, vt ſcribit Ariſtot. eth. lib. 1.

Αὐθαδῶς, arroganter, ſuperbè.

Αὐθάδεια, & αὐθαδία, ἡ, arrogantia, ſuperbia, peruicacia, Plat. in Epiſt. ἡ αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος. ¶ Opponitur comitati à Theophr. inquit Bud.

Αὐθαδιάζομαι, arroganter me gero, ſuperbè me gero. A Bud. exp. pertinaci ſuperbia vtor & contumacia, vt qui ſupplicare iudicibus non ſuſtinet. ex Plat. in Apoll.

Αὐθαδίζομαι, idem Bud. ex Greg. vbi exp. pertinaciter reſiſto.

Αὐθάδισμα, τὸ, arrogantia: vel potius arrogans dictum ſeu factum, Æſchyl. in Prom.

Compoſita.

Απαυθαδιάζομαι, idem quod αὐθαδιάζομαι: Plat.

* Απαυθαδίζομαι, idem quod αὐθαδίζομαι, contumaciter recuſo, Plut.

Επαυθαδίζομαι, idem quod αὐθαδίζομαι.

* Καταυθαδιάζομαι, idem quod αὐθαδιάζομαι.

Περιαυθαδίζομαι, idem apud Suid.

Υπαυθαδίζομαι, q. d. ſubarroganter me gero.

ΑΔΗΜΟΝΕΩ, ῶ, F. ήσω, grauiſſimè angor & præ mœrore concido animo. penè exanimor ac deficio præ dolore. ¶ A Bud. exp. etiam terreor ſeu terreſio, paueſco. Xen. Hell. 4. dixit ἀδημονῆσαι ταῖς ψυχαῖς. Et Matth. 26. cap. de Chriſto dixit: ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Sic & Paulus ad Philip. cap. 2. ¶ Quidam exp. ſum externus & extra populi conſortium viuo. tanquam ſit compoſitum ex α & δῆμος.

Αδημονία, ἡ, anxietas animi, mœror ingens, Plut.

Αδημονιάω, ῶ, idem quod ἀδημονέω ſeu ἀδημονίᾳ κατέχομαι, Heſych.

ΑΔΗΝ, & Αδδην, (*aduerb*) affatim, abundè, largiter. Ponitur interdum abſolutè: vt Il. ε. ἀνδρῶν εἰλομένων εἰωθότες ἴδμεναι ἄδδην. Sic & in proſa ſæpe. Interdum cum genit. vt Il. τ. ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο. Et Plato in Charmide τοιούτων ἄδην ἔχομεν, de iis ſatis ſuperque. Sic dicitur & ἄδην ἔχω τοῦ φαγεῖν. Ab Heſych. exp. etiam & ἀθρόως & ἀδεῶς. Euſtathius dicit, fortaſſe ab ἀδέω deriuatum eſſe ἄδην. Idem annotat geminari δ propter metrum. Alio loco idem refert ἄδην eſſe Atticam vocem, pro δαψιλῶς. Reperitur etiam aſpirata prima huius aduerbij litera.

ΑΔΗΝ, ένος, ὁ, glandula: pars corporis ſimplex, ſpongiæ modo mollis, rara & friabilis. Autoris definit. med. eſt. συστροφή τις ἕνεκα καὶ σαρκώδης. vide & Alex. Aphrod. Probl 12. lib. 12. & Poll. l. 12.

Αδενώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, glanduloſus, Gal.

ΑΔΙΝΟΣ, οῦ, ὁ, confertus, denſus, multus, frequens, Hom. Etym. deriuat ab ἄδην ſignificante ἀδιαλείπτως, i. ſemper, indefinenter. Αδινὸς γόος. Il. ψ. confertim veniens gemitus. Αδινὸν κῆρ. Odyſſ. τ. Heſychius vult eſſe animum qui aſſiduè contriſtatur. Αδινὰ δάκρυα, Apoll. Arg. 3. confertæ & denſæ lacrymæ. Exp. & miſerabiles lacrymę. ¶ Αδινὰ μῆλα Od. α. ab Etym. exp. oues non magnę. A Didymo expon. graciles. Etym. ἀδινὸν vult ſignificare etiam ἁπαλὸν, i. molle.

Αδινῶς, confertim. vnde comparat. ἀδινώτερον. Od. π. ¶ Euſtath. Vult ſignificare etiam ἠρέμα. Il. τ. ἀδινῶς ἀνενείκατο. vbi tamen quidam exp. confertim & miſerabiliter. 52

ΑΔΡΑΧΝΗ, ἡ, adrachne: arbor quædam, de qua Plin. & Theophr.

ΑΔΡΟΣ, οῦ, ὁ, à Suida & Heſychio exp. multus, magnus, abundans, opulentus, craſſus. Apud Herodotū lib. 1. καρπὸς ἁδρὸς exp. fruges adultæ, ἁδρὸν δένδρον, apud Dioſc. lib. 1. craſſa arbor, dura arbor, ſpecioſa & fortis. Et apud Athenæum copulantur μέγας & ἁδρὸς lib. 6. Plutarchus in Solone, πῦρ ἁδρὸν appellat ignem validum. Αδρότερος explicatur etiam habitior, & ἁδρότερον διαιτᾶν, liberalius & largius cibare, apud Gal. ¶ Metaphoricè transfertur ad res ad animum pertinentes. Athen. 6. μέγας καὶ ἁδρὸς τὴν

ψυχῶ. χαρακτὴρ ἁδρὸς, character vber. Gell. interpr.

Αδρότης, ητος, ἡ, magnitudo, robur, proceritas. Exp. & craſſitudo, abundantia, Hom.

Αδροτῆτι, ἡ, idem, *ſed magis poeticum*, Heſiod.

Αδρύνω, Fut. υνῶ, craſſum reddo: Theocr. de cauſis pl. 4. ἁδρύνει τοὺς ὄγκους. exp. craſſiores reddit. Aliquando neutraliter ponitur pro ἁδρύνομαι, apud eundem.

Αδρύνομαι, craſſeſco, craſſus fio, ad iuſtam craſſitudinem peruenio, turgeſco, grandeſco, Herodot.

Εξαδρύνεσθαι (*comp.*) ad perfectam venire granditatem ſeu maturitatem, Hippocr.

Αδρυνσις, εως, ἡ, craſſatio, maturitas, perfectio fructuum, apud Ariſtot. & Theophr.

Αδρόω, ῶ, F. ώσω, ad maturitatem vigorémque perduco: Αδρόομαι, οῦμαι, ad maturitatem peruenio, adoleſco, Plat. Pol. 6.

Αδρέω, ῶ, F. ήσω, idem quod ἁδρόω. Nonnunquam & neutraliter ponitur, ſicut ἁδρύνω, vnde ἡδρηκὼς, adultus, apud Dioſc. lib 2.

Αδρησις, εως, ἡ, maturitas, apud Baſil.

Α Δ Ω, F. άσω, ſatio, expleo. Cum genit. Hom. in paſſ. voce idem ſignificat. Il. τ. Μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος Ασασθαι φίλον ἦτορ At ᾄδω cum ᾳ diphthongo impropria, vide in Αείδω.

Αση, ης, ἡ, faſtidium (*quod ſæpe conſequitur ſatietatem*) item nauſea, Dioſc. De animi etiam moleſtia dicitur apud Platonem. λύπας καὶ ἄσας παρέχει.

Ασηρὸς, οῦ, ὁ, faſtidium afferens, moleſtus. Ασηρῶς, moleſtè.

Ασώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, faſtidio & nauſea laborans, ex repletione cibum faſtidiens, Gal. Nauſeoſa etiam res ἀσώδης dicitur, vt κρόμμυον ἀσῶδες, apud Dioſ.

* Ασώδης, etiam pro πηλώδης, limoſus, Æſchyl.

Ασάομαι, ῶμαι, F. ήσομαι, nauſeo, faſtidio, laboro, Hippocr. Dicitur etiam de animi moleſtia. vnde apud Herodot. ἀσηθείη τὴν ψυχὴν.

Αδος, εος, τὸ, (vel Αδος, ἄδου, ὁ, iuxta Etym.) ſatietas, defatigatio (*quæ eſt laboris velut ſatietas*) tædium ſatietatem ſequens, id eſt, faſtidium. Il. λ. Nonnulli deriuant ab ἄδω, quidam & ab ἀδέω. ¶ Ab Heſychio exponitur quoque ὄξος, i. acetum, citante Dinolochum.

Αδαῖος, ου, ὁ, abundans, largus, ſatietatem adducens. Aff. ex Sophrone.

Αδέω (tenuato α, F. ήσω, tædio afficior, *propriè præ defatigatione*. Hom. Quidam ab ἄδω deduxerunt. Nam ἀδηκότες, Heſychio ſunt ἄδω ἔχοντες καὶ πεπληρωμένοι. Dicitur & ἀδδηκότες pro ἀδηκότες. vt Il. κ. καμάτῳ ἀδδηκότες. At Αδέω cum aſpero, vide ſuo loco.

Ατος, ου, ὁ καὶ ἡ, inſatiabilis: per craſin pro ἄατος, ex α priuat. & ἆσαι. Il. ε. τόσσον ἐέργαχ' Αρης ἆτος πολέμοιο.

53 At ἄατος, vide in Ααάω.

ΑΕΘΛΟΣ, ου, ὁ, certamen, Herodot. Hom. Etym. ait ſignificare etiam locum certaminis. ¶ Item labor, vt ἄεθλοι Vlyſſis, Od. α. Etym. dicit à τλῶ, (*tolero*) factum eſſe τλὸν, & α præfixo ἄτλον: mutato τ in (θ) ἄθλον.

Αεθλον ου, τὸ, præmium certaminis de quo reportata eſt victoria. Hom. Theocr. ¶ Item ἄεθλα, *pro* ἄεθλοι, i. labores. in Anth. Epigr.

Αεθλοσύνη, ης, ἡ, certamen, certatio. Item κακοπάθεια, miſeria. Ab Heſychio exp. ἀγωνία.

Αέθλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, præmium reportans, ἀθλοφόρος, de homine & de equo dicitur. Callim. Poteſt & ἀέθλιος ἵππος intelligi ſimpliciter ἀγωνιστὴς, certator equus, aptus ad certamen.

Αέθλιον ου, τὸ, idem quod ἄεθλον, certaminis præmium. Il. χ. ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν.

Αεθλεύω, F. σω, certo, dimico, pugno. Il. ψ. ¶ Item, mala perfero, mala tolero, malis exerceor. Il. ω.

Αεθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου.

Αεθλευτὴρ, ῆρος, ὁ, certator, ἀθλητὴς in proſa.

Αεθλέω, F. ήσω, P. ηκα, idem quod ἀεθλεύω, Herodot. 1. συνεχέως ἀεὶ νικῶς ἄεθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας.

Αεθλετὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod ἀεθλευτήρ.

Αθλος, ου, ὁ certamen. idem in oratione ſoluta, quod in carmine ἄεθλος, ex quo etiam fit, craſi literarum, α & ε. Αθλοι Πυθικοὶ, Sophoc. in Electra: certamina Pythica. Αθλοι Ηρακλέους, Herculis labores, apud Iſocr. Dicitur & de quouis labore ſeu laborioſo negotio. vt Pl. in Cam. ἐὰν ὑπέρσχῃ τὸν ἆθλον ἑκουσίως.

Αθλον, ου, τὸ, certaminis præmium, *quod victori datur*. idem quod νικητήριον, apud Xen. Hell. δ. Vſurpatur & pro cuiuſuis egregij facinoris præmio, Thu. lib. 2. οἷς γὰρ ἀγαθοὶ πυνθάνονται τοῖς προσήκουσιν ἆθλοις ἀρετῆς. In malam partem etiam vſurpatur pro mercede alicuius ſceleris, i. pœna, apud Lyſiam. Item pro ἆθλος, i. labor, ærumna. in Epig.

Αθλεύω, certo, certamen ineo: (vt ἀθλεύω) apud Apol. lib. 2. Aliquando ſignificat κακοπαθῶ, i. mala tolero, exerceor malis.

Αθλέω, F. ήσω, P. ηκα, idem in proſa quod ἀεθλέω. In carmine.

Αθλημα, τὸ, certatio, certamen. Aliquando ipſum certamen athleticum quod certatur. Plut. in Symp. Aliquando ipſa certandi actio, i. ἄθλησις.

Αθλησις, ipſa certandi actio, certatio athletarum, ſiue exercitatio athletica. Aliquando & de quauis certatione ſiue exercitatione, *pro* ἄσκησις.

Αθλητὴς, οῦ, ὁ, certator, athleta, propriè certator gymnicus, inquit Poll. ¶ Item qui in quolibet certaminis genere exercitatus eſt. vt ἀθλητὴς πολέμων, apud Suid.

Αθλητὴρ, ῆρος, ὁ, idem. *ſed poeticum eſt.*

Αθλητικὸς, οῦ, ὁ, athleticus, ad athletas pertinens, athletis conueniens. vt ἀθλητικοὶ ἀγῶνες, apud Plut. ¶ Αθλητικὴ ἕξις, athletica corporis habitudo, infirma, Ariſt. Pol 8.

Αθλητικῶς, athleticè, athletarum more. Plut. in Apophth.

Αθλιος, ου, ὁ, miſer, ærumnoſus, malis exercitus. vt ἄθλιος ὁ Αρχέλαος, apud Plat. Apud Iſoc. ad Nic. copulantur ἀθλιώτατος & δυστυχέστατος. Αθλίως, miſerè, ærumnoſè, vt ἀθλίως διάκειμαι, miſerè me habeo. Dem. Αθλιότης, ητος, ἡ, miſeria, ærumna.

Compoſita.

Αναθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, imbellis, certaminibus inhabilis.

Αρίσταθλος, præſtantiſſimus in certaminibus, in Epig.

διαθλέω, ῶ, certo ſeu concerto: aut laboro. Suid. Heſyc. cum accuſ.

* Εναθλέω, certo, contendo, Ioſeph.

Επαθλον, ου, τὸ, idem quod ἆθλον præmium certaminis. Et generaliter pro quouis pręmio ſeu mercede, Herodot, lib. 1.

Καταθλέω, ῶ, athleticis certaminib. aut exercitationib. operam do, aut me exerceo, Plutarc. Aff. & pro vincere.

παμπάθλος. omnium certaminum peritus.

πανάθλιος, omnino miſer, miſerrimus. Soph. in Philo. Et in fœm. πανάθλία, Eur.

πεντάεθλον, ſiue πένταθλον, quinquertium, quinque certamina, πυγμὴ, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, πάλη, Herod. πένταθλον ἐπασκήσας.

πένταθλος, ου, ὁ, quinquertio, qui illis quinque certaminibus victor euaſit, vel victor quinque gymnaſticorum certaminum. Plut. Item qui ſe illis quinque certaminib. exercet. Pauſ. Eliacῶν 2. Metaphoricè apud Laer. Democr. ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ πένταθλος, qui omnes philoſophię partes complexus eſt. B 54

πενταθλέω,

Πενταθλέω,ῶ, quinque certaminibus me exerceo, quinque generib. certaminū certo. Pauſ. Eliακῶν 2.

Πολύαθλος, qui multa vicit certamina.

Συνάεθλος, certaminis ſocius, certaminis adiutor.

Συναθλέω,ῶ, ſimul certo, ſum particeps certaminis aut adiutor. Ex Chryſoſt. de ſacerdot.

Φίλαθλος, amans certaminum aut etiam laborum.

* Φιλαθλητὴς, amator certaminum, amans athleticam exercitationem. Plutarch.

ΑΕΙ, *aduerb.* ſemper, perpetuò. Demoſth. ¶ Ponitur aliquando cum articulo præpoſitiuo: vt ὁ ἀεὶ χρόνος, ſub. ὤν, æternum tempus. ¶ Nonnunquam dicitur ἀείποτε, *pro* ἀεὶ, apud Thucyd. Dicitur & ἐς ἀεὶ itidem pro ἀεὶ, & *aliquando pro*, in perpetuum. Scribitur & εἰσαεὶ coniunctim. ¶ Item ἀεὶ *pro* συνεχὲς, ſine vlla intermiſſione. Od. β. δύο δ' αἰὲν ἔχεν πατρώϊα ἔργα. ¶ Dicitur ἀεὶ etiam de breui tempore, vt docet Suid. ex Hom. ἔχων κότον ἐμμενὲς ἀεί. Idem annotat & Euſt. Il. ψ. & alibi. Sic & εἰσαεὶ apud Soph. τὸν εἰσαεὶ λειλατήσει χρόνον. ¶ In compoſitis interdum amittit ι. vt in ἀέναος. quod vide in Νάω.

Αἰεὶ apud poetas pro ἀεὶ dicitur. Il. β. σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί.

Αἰὲν, idem apud poetas quod αἰεί. Il. α.

Αΐδιος, ου, ὁ, καὶ ἡ, ſempiternus, perpetuus, æternus, vt ἀΐδιος πόνος. Heſiod. & ἀΐδιος δόξα, immortalis gloria, Plut. in Pericle. ¶ Τὸ ἀΐδιον ſubſtantiuè ponitur pro, æternitas. Hinc ἐξ ἀϊδίου, ab æterno, ab æuo. ἐς ἀΐδιον, in æternum, in æuum. Ab ἀεὶ deriuat H. Stephanus, ſicut à ſemper fit ſempiternus.

Αϊδίως, ſempiternè, in perpetuum.

Αϊδιότης, ητος ἡ, æternitas, perpetuitas. vt apud Ariſt. 2. de mundo ἀϊδιότης τῆς ψυχῆς, æternitas animę.

Συναΐδιος, (*comp.*) coæternus, vnà æternus: vt Chriſtus à theologis dicitur patri συναΐδιος.

ΑΕΙΔΩ, F. σω, P. κα, cano, canto, carmine celebro apud poetas: Hom. cum accuſ. vt Il. initio. Μῆνιν ἄειδε θεά. Et cum dat. vt ἀείδω σοι, cano tibi, id eſt, in tuam gratiam. Od. χ. Fit ex α epitatico & verbo εἴδω, cognoſco: quòd rerum multarum cognitio poetis tribueretur.

Ἄεισμα, τὸ, idem quod ᾆσμα, τὸ, cantilena ſeu canticum. vt οἰκτρὸν ἄεισμα apud Greg.

Ἀοιδὴ, ἡ, cantio, cantilena, carmen. Hom. ¶ Exp. & fama. Od. γ. καὶ οἱ Ἀχαιοὶ οἴσουσι κλέος εὐρὺ καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδήν.

Ἀοιδὸς, οῦ, ὁ, cantor. Homer. & Heſiod. ¶ Item poeta. Apoll. Argon. 1. οἱ πρόσθεν ἀοιδοὶ antiqui poetæ. ¶ Item adiect. οῦ, ὁ καὶ ἡ, canorus. Callim. Μουσέων ὄρνιθες ἀοιδότατοι. Item celeber, magni nominis, idem quod ἀοίδιμος, vt ἀοιδοτάτη πόλις, in Epigr. vrbs decantatiſſima.

Ἀοιδοσύνη, ἡ, idem quod ἀοιδή.

Ἀοίδιμος, ου, ὁ, καὶ ἡ, decantatus, carminibus celebratus vel celeber. Et generaliter pro eo qui quouis modo celebratur, & cuius clarum eſt nomen. Tam de re quàm de perſona dicitur, vt apud Plut. ἀοιδιμώτατον ἔργον. ¶ Apud Hom. in malam etiam partem vſurpatur, vt & famoſus & nobilis Lat. Il. ζ. Ἀνθρώποισι πελόμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι, i. famoſi.

Ἀοιδιάω, idem quod ἀείδω. Od. κ. Καλὸν ἀοιδιάει.

Ἀΐδω, idem quod ἀείδω ſeu ᾄδω. Annotat Heſych. Atticos peculiariter de gallinaceis dicere.

Ἄδω (cum ᾳ) F. ᾄσω, & ᾄσομαι, P. ᾖκα, idem quod ἀείδω, & ex eo factum, vnde & α habet ι ſubſcriptum: ᾄδω, cano, canto: ᾄδειν πρὸς αὐλὸν, canere ad tibiam, apud Athen. lib. 4. ¶ Item cum accuſ. nonnunquam *pro*, cano: interdum *pro*, decanto, celebro. ᾄδειν τὰ ἐλεγεία, apud Dem. Pro, celebro, in paſſiua pręſertim voce ponitur. vt Luc. in Somn. ὁρᾷς τὸν Σωκράτην ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται. Propriè autem ᾄδεσθαι dicitur quod verſibus decantatur.

Ἆσμα, τὸ, canticum, cantio, cantilena, carmen. vt ᾆσμα ἐρωτικὸν, Luc. Et ᾄδειν ᾆσμα. Plut.

Ἀσμάτιον, ου, τὸ, cantiuncula. Ἀσμὸς, οῦ, ὁ, idem quod ᾆσμα. Poll. l. 4. c. 9.

Ὠδὴ ἡ, idem quod ᾆσμα. Xen. Pęd. 1.

Ὠδὸς, οῦ, ὁ, cantor. Plat. Sic etiam dicebatur poculum quod pro ſcolio (*id eſt cantilenæ genus*) dabatur. apud Athen.

Ὠδικὸς, οῦ, ὁ, canorus. apud Luc. ¶ Item cantandi peritus, muſices peritus, Athen. 12. Ὠδικῶς, canorè. Ariſtot.

* Ὠδοποιὸς, poeta propriè qui odas facit. In epigr. in Anacreontis ſtatuam.

Ὠδεῖον, ου, τὸ, q. d. cantilenarium. Locus (inquit Heſych.) in quo rapſodorum commiſſiones fiebant: i- 55
tem citharœdorum priuſquam theatrum eſſet conſtructum. Vel locus (vt alij exponunt) formam theatri habens, in quo ſolent poetę ſua poemata recitare antequam in theatro recitent. Vide Suidam & ſchol. Ariſtoph. in Veſp.

Compoſita ac primùm cum præpoſitione.

Ἀντᾴδω, contrà cano, occino. Et *pro*, compono carmen aduerſus aliquem, apud Luc. teſte B.

Ἀντῳδὴ, cantus alteri reſpondens. Apud comicos ſic vocatur ἀντιστροφὴ, inquit Suid.

Ἀντῳδὸς, qui cantu mutuò reſpondet, Suid.

Ἀπᾴδω, in cātu diſcrepo, diſſono, ſum abſonus. Ariſt. Plat. ¶ Et metaph. *pro*, diſcrepo, diſſentio. cum dat. apud Dionyſ. Areop. Et cū genit. apud Iuſtin. Mart. Et cum πρὸς, vt Plut. ἀπᾴδουσας πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ὥσπερ ἁρμονίαν.

Ἀπῳδὸς οῦ, ὁ καὶ ἡ, abſonus, diſſonus. Item abhorrens. Item non placens. Item qui malum ſonum edit.

Ἀπῳδέω, ῶ, idem quod ἀπᾴδω.

Διᾴδω, itidem pro ἀπᾴδω, diſſono. vt Heracl. apud Ariſtot. συνάψειας συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον.

Ἐξᾴδω, excanto, i. incantatione libero. carmine obligatum alio carmine ſoluo. *Cui ſignif. opponitur* ἐπᾴδω. Item incantationibus ſiue cantibus eiicio aut expello. Luc. Item percanto, decanto, vt exp. Bud. ex Plut. in Symp.

Ἐπαείδω poeticè, & ἐπᾴδω in proſa, accingo. Cum dat. Xen. ἃ μὲν αἱ Σειρῆνες ἐπῇδον τῷ Ὀδυσσεῖ ἤκουσας Ὁμήρου. Et apud eundem, ἐπῳδὰς ἐπᾴδειν τινί. ¶ Item incanto. Chryſoſt. κἂν μυριάκις ἡμεῖς ἐπᾴδωσι τὰς ἀκοάς. ¶ Ἐπᾴδω σοι τοῦτο, *pro*, inculco tibi hoc. Bud. ex Plat. Et *pro* admoneo frequenter & inſto adhortando, *vt vult idem.* Ἐπᾴδομαι, incantor, carmine illicior. Et pro actiuo, vt ἐπᾴσομαι ὑμῖν, apud Luc.

Ἐπᾷσμα *pro*, ἐπῳδὴ, incantamentum. Greg. vocantur item ἐπᾴσματα cantilenę quales pueris nutrices canunt, vt vulgò annotatur.

Ἐπαοιδὴ & ἐπαοιδία apud poetas, & ἐπῳδὴ in proſa, incantatio. Cicer. cantio, & Gell. incentio, incantamentum, carmen ad amoliendum aliquid noxium. vel *ſimpl.* carmen. Od. τ. ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον. Polyb. apud Suid. πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ παραδείγματος πεῖραν ἐλάμβανον. ¶ Item verſus intercalaris, qui & ἐπιμελῴδημα, & προάσμα, vt ſcribit ſchol. Theocr.

Ἐπῴδιον, quod odæ accinitur, vulgò verſiculum vocant. Bud. annotat. in epiſt.

Ἐπῳδὸς, incantator. Eurip. in Hippol. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε: Item Lyrici carminis pars, apud Pind. inquit Bud. Ἐπῳδῶν librum veteres gramma-

tici ab Horatio appellatum putant, quòd ſingulis longioribus verſibus ſinguli breuiores accinantur, qui ἐπῳδοὶ vocantur. Docent enim carminis vnum genus eſſe in quo verſus ita inter ſe connexi ſint vt alter ſine altero audiri non poſſit: quorum prior προῳδικός, i. præcinens, poſterior ἐπῳδικός quaſi ſuccinens vocatur: vt in elegiis hexameter eſt προῳδικός: pentameter, ἐπῳδικός.

Decomp. Ἐξεπᾴδειν, excantare, ſeu incantationibus permulcere & delinire. Soph. in OEd. Colon. φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδοντες.

Κατεπᾴδω, incanto, Plat. Item mulceo, vt incantatores ſolent, *ſic tamen vt in bonam partem nonnunquam accipiatur.* vt apud Greg. κατεπᾴδειν λογισμοῖς, rationibus mulcere: tanquam carminibus. Dicitur & κατεπᾴδω σου, pro, cantu te oppugno. vel cantu expello apud eundem. Greg.

Συνεπᾴδω, ſimul incanto, vnà cum alio incanto. Et τούτῳ συνεπᾴδω, hoc ſimul accino.

Καταείδω, poeticè & κατᾴδω in proſa, occino, cantu obſtrepo. Eurip. Et pro, incanto. vt apud Herodot. καταείδειν ἀνέμῳ. Vide Bud.

Παραείδω, vt παραείδω σοι, cano apud te Od. χ.

Παρῳδέω ῶ, canticum vel carmen ad alterius imitationem compono, Parodias ſcribo. Laert. in Bione. ¶ Ab Heſych. exp. etiam χλευάζω.

Παρῳδή, canticum vel carmen ad alterius ſimilitudinem compoſitum. Apud Athen. l. 14. ¶ Abuſiuè etiam in verſificationis ac ſermonum imitatione ſeruatur. Vide Quint. l. 9. c. 2.

Παρῳδός, parodiarum ſcriptor, vt Sopater, apud Ath.

Παρῳδία, idem quod παρῳδή. vnde παρῳδιῶν ποιηταί, Athen. l. 15. Eſt (inquit Camer.) quum alterius poetæ verſus iocosè in aliud argumentum transferuntur. Eſt etiam παρῳδία Hermogeni, quum quis vbi partem aliquam verſus protulit, reliquum à ſe *(id eſt de ſuo)* oratione ſoluta eloquitur.

56 Παρῳδικός, *adiect.* ad parodian pertinens, parodiæ formam habens.

Περιᾴδω circumquaque cano. Plut. κωνώπων χορῷ περιᾳδόμενον, culicum turba perſtrepens.

Περίασις, q. d. circũcentus, vel circumſonantia. Plut.

Περιάοιδος exp. ἐγκύκλιος ᾠδή, ab Heſych. & Suid.

Περιῳδέω, ῶ, incantamentis & magica arte circumuenio & obtundo. Bud. & Lucian.

Προᾴδω, vnde προᾴσμα, τὸ, præcentio, *hoc eſt* cantus præludium, quod in tibiarum inflatione προαύλιον dicitur.

Προῳδικός, vide ſuprà cum ἐπῳδικός, in ἐπῳδός.

Προσᾴδω, accino, vt προσᾴδω ταῖς μούσαις apud Ariſt.

Προσῳδός, qui muſicis inſtrumentis accinit. Προσῳδὰ ὄργανα. Polluci inſtrumenta muſica quæ pulſantur, quia ſolet illis vox accinere. ¶ Item conſonus, congruens, quaſi cantu congruens. Pro quo frequentius dicitur συνῳδός.

Προσῳδία, accentus, apud gramm. Modulatio quæ ſyllabis adhibetur. Vide Gell. ¶ Item cantus ad citharam, apud Critiam teſte Polluce.

Προσῳδιακός, ad accentus pertinens.

Προσόδιον, canticum quod diis canitur. A Suid. exp. ὕμνος. vide & προσόδιον in comp ex Ὁδός.

Συνᾴδω, concino, conſono. Metaph conſentio, aſtipulor. Cum dat. Ariſtot.

Συνῳδός, concinens, conſonus, cantus ſocius. Luc. Apud Ariſt. συνῳδά σοι φρονῶ, *pro*, συνᾴδω σοι, tibi adſtipulor.

Συνῳδία, concentus Luc.

Ὑπᾴδω ſuccino. Luc. ὑπᾴδειν & τερετίζειν copulat.

Alia compoſita ex ᾠδή & ᾠδός facta ſine præpoſit.

Ἀρνῳδοί, dicti rapſodi, vtpote quibus agnus proponeretur præmium recitationis verſuum. Euſt.

Αὐλῳδός, οῦ, ὁ, tibicen. Athen. lib. 12.

Αὐλῳδία, ἡ, tibiarum cantus.

Αὐλῳδικός, ad tibiarum cantum pertinens. vt αὐλῳδικὸς νόμος. Item tibiarum cantus peritus. vt αὐλῳδικὸς ποιητής.

Θεσπιῳδός, & poeticè θεσπιαοιδός, vates, fatidicus. idem quod θέσπις ἀοιδός, apud Hom. Poetarum & vatum epith.

Θεσπιῳδέω, ῶ, vaticinor, oracula cano ſeu fundo. In Axiocho, οἱ ποιήμασι θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, carminibus vitæ miſerias canunt.

Θεσμῳδῶ, leges & inſtituta ſacra cano ſeu do. Areth.

Θρηνῳδός, qui carmen lugubre ſeu carmina lugubria canit. *Et peculiariter* qui conductus plorat in funere, vt ait Horat. Alij θρηνῳδοὺς propriè dictos putant quos Hom. vocat ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους, qui lugubria carmina aliis præcinunt.

Θρηνῳδία, lugubris cantus, lugubre carmen, lamentum.

Θρηνῳδέω, ῶ, lugubre carmen cano, lugeo, deploro, Areth in Apoc.

Κιθαρῳδός & κιθαραοιδός, οῦ, ὁ, citharœdus, qui cithara canit. vel qui citharam pulſans ſimul etiam voce accinit. Item qui cithara canendi peritus eſt, citharæ pulſandæ eique accinendi peritus. Ariſtophan. in Veſp. & Plut.

Κιθαρῳδία, ἡ, citharœdica modulatio, citharæ cantus. Plut.

Κιθαρῳδικός, οῦ, ὁ, citharœdicus Ariſtoph. in Ran.

Κιθαρῳδέω, ῶ, cithara cano. vel citharam pulſo eique accino. Plut.

Κωμῳδός, q. d. ὁ κατὰ κώμας ᾄδων, qui per pagos cantat carmina, comœdus, comœdiæ actor.

Κωμῳδία ἡ, comœdia. Vide Ariſt. in li. de poet. ſcholiaſten. Ariſtoph. item Euſt. & Etym. necnon Donat. Suidas κωμῳδίας ait dici etiam ὕβρεις & διασυρμοὺς & ἐμπαίγματα, itidémque Euſt. tradit κωμῳδίαν veteres definiſſe ψόγον & διάσυρμα.

Κωμῳδικός *pro*, comicus, ad comœdiam pertinens. Ariſtoph. aut comœdiæ conueniens, Demetr. Phal. Ab Euſt. exp. etiam ψογερός.

Κωμῳδέω, mordacibus dictis inceſſo, mordeo, noto, taxo, ſubſanno, irrideo: *vt videlicet in vetere comœdia fiebat.* idem quod σκώπτω, cum quo etiam copulatur apud Ariſtoph. in Pluto. & apud Athen.

Κωμῴδημα, τὸ, quod dicitur mordendi cauſa ſeu notandi aut ſubſannandi. Dicitur de omni ludicra muſica & ridicula. Bud.

Decomp. Ἀνακωμῳδέω, ῶ, comicè decanto vel dico: vel etiam comicè taxo. Baſil.

Διακωμῳδέω, idem quod κωμῳδέω.

Ἐπικωμῳδῶ, pro eodem. vel etiam, inſuper irrideo. Plat. in Apoll.

Παρακωμῳδεῖν, obiter ſeu aliquo modo taxare & perſtringere, idque comico more.

Ὑποκωμῳδέω, ῶ, ſubrideo more comico, tacitè mordeo dicterio comico ſeu ſcommate. 57

Λυρῳδός & Λυραοιδός, οῦ, ὁ, ἡ, lyricen, qui lyra canit. In Epigr.

Λυρῳδῶς, lyricè, ſeu more eorum qui lyra canunt.

Λυρῳδία, ἡ, lyræ cantus, lyrica modulatio.

Μελῳδός, cantor ſeu modulator carminum quæ mele vocantur. vel *generalius*, modulator Luc. in Alcyone. A Cam exp. etiam modorum artifex.

Μελῳδία, modulatio, item harmonia. apud Athen.

Μελῳδέω, ῶ, modulor, Athen.

Μελῳδητός, qui canitur cum modulatione. Plut.

Dec. Ἐμμελῳδέω, modulando pronuntio, modis muſicis mando. Bud. ex Greg.

Προσμελῳδέω, ῶ, admodulor.

Μυσῳ-

Μονῳδὸς, poeta qui ſub vna tantùm perſona argumentum aliquod exponit. vt Lycophron in ſua Alexandra, vnde μονῳδικὸν ποίημα, poema eo modo compoſitum. Item μονῳδοὶ, qui ſoli cantant aliquid ſine choro, vt Electra Sophoclea in luctu & dolore. Μονῳδεῖν & μονῳδία, eſt quum vnus tantùm in ſcena canticum recitat & non totus ſimul chorus. Id quia in tragicis ſcenis fieri ſolebat ἐν τοῖς θρήνοις, factum inde eſt vt μονῳδεῖν vſurpatum fuerit pro θρηνεῖν, & μονῳδία pro θρῆνος, nænia, carmen funebre.

Παλινῳδέω, ῶ, recanto. Pro quo dicitur *prouerbialiter*, palinodiam cano, retexo orationem. ¶ Item metaph. apud Luc. καὶ παλινῳδῶν πρὸς τὸ χεῖρον, de iis qui à virtutibus ad vitia prolabuntur, velut vitam bene actam retractantes vitiis ſe dedendo. Παλινῳδία, recantatio, vel cantus priori contrarius, inquit Heſ. vel ſententia priori contraria. ᾄδειν παλινῳδίαν, apud Suid. canere palinodiam. Apud Iſocr. in Helenę encomio παλινῳδία vocatur Steſichori recantatio de vituperatione Helenę, vel eius liber qua illa continebatur.

Ποικιλῳδὸς, ὁ καὶ ἡ, vario modulamine canens. cantum variare peritus ποικιλῳδὸς σφίγξ Soph.

Ῥαψῳδὸς, carminum contextor & quaſi conſutor, qui ea poemata quę rhapſodię appellantur componit. Hoc nomine appellatur Heſiodus à Luciano. Sphinx quoque appellata eſt ῥαψῳδὸς à Sophocle. Frequentiùs *pro* rhapſodiarum recitatore. Budæus ῥαψῳδοὺς interpretatur carminis heroici recitatores. apud Plat. de Rep. Vocabantur ῥαψῳδοὶ, etiam Ὁμηρισταὶ, vt ſcribit Athenæus lib. 14.

Ῥαψῳδία, contextura carminum (*hexametrorum præſertim*) & quaſi conſarcinatio. de qua lege in Ῥαψῳδῶ, Ariſtot. Sunt qui ῥαψῳδίαν propriè dictam putent Homeri poeſin, in vnum quaſi corpus conſutam, quum antea eius membra diuulſa à quibuſdam circulatoribus poetis recitarentur, ſed ita inſcribuntur ſinguli etiam libri. ¶ Eſt etiam inanis loquacitas. Vide Suid. & Heſ.

Ῥαψῳδέω, ῶ, carmina contexo, & quaſi conſuo aut conſarcino. παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδάς. ¶ Accipitur & *pro*, carminibus decanto, ſiue celebro, propriè autem, carminibus heroicis & quidem ita contextis. Ariſtoph. ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοις τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ ¶ Interdum etiam ſignificat, carmine heroico perſcribo, vel trado, vt apud Lucianum, εἰπὲ οὖν μοι εἰ ἀληθῆ ἐστὶν ἃ περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου περὶ εἱμαρμένης ἐῤῥαψῳδήκασιν. ¶ Frequentiſſimè vſurpatur, *pro*, rhapſodias recito, vel carmina recito alicuius poetæ, *ex eorum videlicet numero qui rhapſodi vocantur*. Iſocr. in Panath. ῥαψῳδοῦντας τὰ ἐκείνων, de Homeri & aliorum poeſi loquens. Et apud Luc. Alexander dicitur Ὅμηρον ῥαψῳδεῖν. Ipſimet quoque autores ſua poemata ῥαψῳδεῖν dicuntur, vt apud Platonem Homerus & Heſiodus, Politic. 10. Lucianus autem quendam Homeri verſus ſermoni ſuo accommodantem, ῥαψῳδεῖν itidem dicit. Inuenitur dictum & de recitatione ſcriptorum hiſtoricorum. vt apud Lucianum περὶ τῶν ἐπὶ τὸ μ. &c. ἢν δὲ ποιητικὸς αὐτὸς ἢ συγγραφικὸς πλέον ἢ, παρὰ τὸ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ ῥαψῳδῶν ποτε, &c. ¶ Item Ῥαψῳδεῖν, loquaciter aliquid recenſere, oratione redundanti, vt inquit Bud. ex Greg. epiſt. Ῥαψῴδημα, mendacium, nugæ, Heſychio & Suidæ.

Decomp. Ἀποῤῥαψῳδῶ, verba fundito: inaniter multa loquor, Xen. Pæd. 3.

Ἐπιῤῥαψῳδῶ, recito more eorum qui ῥαψῳδοὶ appellantur, Luc.

Καταῤῥαψῳδεῖν nugari.

Ῥαβδῳδοὶ pro ῥαψῳδοὶ, & ῥαβδῳδία, pro ῥαψῳδία, quidam ſcribendum putauerunt, quòd in componendis vel recitandis rhapſodiis virgam lauri manu tenerent. Vide Euſt.

Στιχῳδοὶ, iidem qui & ῥαβδῳδοὶ, per στίχον intelligendo ῥάβδον, Euſt.

Τραγῳδὸς, qui cantando caprum meretur. Erat enim tragœdiæ præmium caper, qui τράγος dicitur. Nonnulli ex amurca, *olei fæce*, tragœdiam vocari maluerunt, ideóque primùm vocatam fuiſſe τρυγῳδίαν. Vide Athen. lib. 2. & Euſtath. Porrò τραγῳδοὺς propriè aiunt nominari actores tragœdiarum. Vſurpatū reperitur tam de poet. quàm de actore tragœdię. Τραγῳδία dicitur ἡ ἐπὶ τράγῳ ᾠδή. Paſſim pro fabula ponitur quę à tragœdo conſcripta eſt Plat. Ariſtot. Vt plurimùm circa res graues & atroces verſabatur id fabulę genus, ideóque interdum *pro*, δυσπάθεια, accipitur, teſte Suida ex Ariſtoph.

Τραγῳδάριον, q. d. tragœdiola, i. parua vel leuis tragœdia.

Τραγῳδικὸς, pertinens ad tragœdum, ſeu tragœdorum proprius. Ariſtoph. in Ran. Pro quo dicitur ſæpius τραγικός.

Τραγῳδέω, ῶ, tragœdia decanto. Plut. Exp. & tragicè decanto apud Luc. & Dem.

Decomp. Ἀτραγῴδητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tragicè decantatus aut exaggeratus non eſt, Luc.

Ἐκτραγῳδέω, tragicè decanto vel exaggero. vt τραγῳδέω. A Bud. exp. cum ingenti commiſeratione narro, ex Greg. Item interpr. tragicè aliquid narro, apud Theoph. Idem poni ait & *pro*, admirationem cieo, vel ita narro vt in admirationem euadere rem velim, ex Polyb. Idem B exp. tragicè augeo & amplifico apud Polyb. τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγεμόνων ἐκτραγῳδῆσαι καὶ συναυξῆσαι.

Ἐπιτραγῳδῶ, idem quod præcedens. Plutarl. Προσεπιτραγῳδεῖν pro eodem.

Παρεκτραγῳδέω, tragicè exaggero vel exclamo. Παρεκτραγῳδὸς exp tragicus.

Προσεκτραγῳδῶ, tragicè exaggerans addo. vt Strabo, προσεκτραγῳδῶν δὲ τούτοις Καλλισθένης. Exp. etiam, tragicè alloquor.

Τρυγῳδὸς, aff. ex Ariſtot. de arte poet. *pro*, tragicus, qui nimirum ob muſti vtrem certat carmine. ſeu qui poemata agit canítque perunctus fęcibus ora, vt loquitur Horat.

Τρυγῳδέω ῶ, exp. κωμῳδῶ. Sunt qui dicant eſſe conuitiis & dicteriis inceſſere perunctum fæcibus ora, quoniam olim plauſtris inſidentes & perúncti fæcibus ora inuehi ſolebant in obuios quoſque. vide & prouerb. ex plauſtro loqui.

Τρυγῳδία, olim dicta fuit quæ poſtea τραγῳδία, διὰ τὸ μὴ ὄντων προσωπείων τὴν ἀρχὴν, τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις. vel quoniam τρύγα ἔπαθλον ἐλάμβανον id eſt νέον οἶνον. ſunt enim & qui muſti vtrem eis præmij vice datum fuiſſe dicant. Vide Athen. lib. 2.

Ὑμνῳδὸς, hymnorum cantor. Greg. Naz. ὑμνῳδὸς θείας δόξης hymnos de diuina maieſtate canens.

Ὑμνῳδία, hymnorum decantatio, vel etiam hymnus qui decantatur, apud Phalar. in epiſt 53.

Ὑμνῳδέω, ῶ hymnos canto, carmina decanto, Plat. de leg. lib. 3. Interdum *pro*, oracula edo, reſponſa do. vt Euſt. apud Dion. de ſitu orbis annot. Et pro ἀμέτρως ᾄδειν, Euſt.

Φιλῳδὸς, ſtudioſus cantus. Ariſtoph. Max. Tyrius. Φιλαοιδὸς, idem.

Χορῳδία, chori cantus, Plat. de leg.

Χρησμῳδὸς, q. d. oraculorum cantor. ſortilegus, fatidicus, Plat. in Apol. Socr.

Χρησμῳδία, vaticinium, vel vaticinatio, Poll.

Χρησμῳδέω, ῶ, oraculum edo, vaticinor, diuino, Xen.

in Apol.Socr. βύλομαι ϗ ἐγὼ χρησμῳδῆσαί τι. Χρησμῳδεῖσθαι dicitur quod oraculo editur ſeu reſpondetur, Plat. apud Aretham χρησμῳδοῦμαι,Bud. exp. oraculum mihi datur,diuinitus mihi reuelatur.

Χρησμῴδημα,oraculum,vaticinium,Suid.

Ψαλμῳδὸς,qui pſalmos canit,pſaltes.

Ψαλμῳδία pſalmorum cantatio, decantatio carminum ſeu cantilenarum, *earum peculiariter quas Dauid cecinit olim pſallens ſeu lyram pulſans*,Greg.

Ψαλτῳδὸς, videtur eſſe ὁ τὰ ψαλτὰ ᾄδων, & idem cum ψαλμῳδὸς, qui canit carmina ſeu cantilenas quæ fidibus ſeu pſalteriis adhiberi ſolent. Vel etiam qui voce ſimul canit & pſallit,vt ſit ex ψάλτης. Paralip.lib.2.c.5.

Ψαλτῳδέω, ῶ, cano ſimul voce & pſallo, Paral.lib. 2.c.6.

Ψαλτῳδία,idem cum ψαλμῳδία.

ΑΕΙΡΩ, F. ἀερῶ, tollo, attollo, erigo, eueho, κουφίζω,quaſi εἰς ἀέρα αἴρω,inquit Euſtath.Ilia.η.ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. Θάρσος ἀείρειν. metaphor. dicitur, vt Lat. animos attollere. ¶Item pro afferre,præbere:vt Il.ζ. Μή μοι οἶνον ἄειρε. ¶Item ſimul necto.de qua ſignif.vide in compoſitis ex Εἴρω, i.necto.

59 Ἀείρομαι, in ſignificatione actiua *pro* ἀείρω. vt Iliad.ζ. Τῶν ἕν' ἀειραμένη. Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ. ¶Apud Herodot. lib.7. ἀειράμενοι πόλεμον τῷ βαρβάρῳ, bellum barbaro inferentes. Alij exp. bellum aduerſus barbarum ſuſcipientes. Item paſſ. tollor, attollor,erigor,euehor, apud Hippocrat.Hom. & alios.

Ἀέρδην,*aduerb*.cum portatione,vel portando.

Ἀερέθω, idem quod ἀείρω,& ab eo formatum: vt ἀγερέθω ab ἀγείρω. ¶Interdum etiam *pro* κρεμῶ, i. ſuſpendo,vt vult Euſt.

Ἀερέθομαι *pro* ἀείρομαι vnde ἠερέθοντο. Iliad. β. pro eodem reperitur & ἠερέθομαι, in præſenti, formatum ex præterito imperfecto, ſecundum quoſdam. vt Il. γ. φρένες ἠερέθονται. Exponitur autem interdum, εἰς ἀέρα αἴρομαι, in aërem attollor. vt Il. φ. ἀκρίδες ἠερέθονται. Exp. & κρέμαμαι, *id eſt* pendeo, pendulus vel ſuſpenſus ſum, in propria ſignif. vt Il.β. θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθοντο, à qua pendebant vel ſuſpenſi erant. Accipitur & metaphoricè *pro* inconſtantem eſſe,vel nihil certi & conſtituti habere,animi dubium eſſe. vt Latinè,ſuſpenſo animo eſſe dicitur qui nihil certi de re aliqua ſtatuere apud ſe poteſt. vt Il. γ. Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, iuuenum mentes ſemper ſunt inſtabiles.

Ἀερτάζω,F. σω, tollo,attollo,porto: Apollon.Argon.2. ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη, portabat ſublatum in humeros.

Ἀερτάω,idem quod ἀερτάζω. vnde paſſ. ἀερτάομαι, ῶμαι, cuius præt. ἤρτημαι, ſuſpenſus ſum, in Anth. Epigr.

Compoſita.

Ἀναείρω, tollo in altum,attollo,eleuo.Accipitur etiam *pro* tollo & aufero.Cum accuſ.Hom.

Ἀναερτάζω,idem.

Ἀνταείρω, contrà attollo. Et ἀνταείρομαι pro eodem, Herodot. ἀνταείρεταί σοι χεῖρας.

Ἐξαείρω,extollo,eleuo,Hippocr.

Ἐπαείρω, ſuperattollo, attollendo impono, Herodot. ἐπάειραν ἁμαξέων. Et ſimpl.*pro* attollo,erigo,& excito,ſolicito.

*Ἐσαείρω,Aſſumo,vel ſumo,in ea ſignificatione qua dicimus cibum ſumere,Theogn.

Παραερέθομαι & παρηερέθομαι,attollor,ſuſpendor: vnde Il.π παρηερέθη δὲ κάρη.

Alia compoſita ex ἀείρω,in ήορος deſinontia,ſiue ώορος cum η diphthongo impropria. Utraque enim ſcriptura reperitur.

Ἀπήορος,ου,ὁ ϗ ἡ,ex alto dependens:item altus.

Ἀπήορος,ου,ὁ,idem Epigr. κλῶνες ἀπήοροι.

Ἐπήορος,ſublimis,Apoll.Arg.2.

γενναῖος,ῦ,ὁ, i.εὐγενικὸς, ſeu (ſecundum antiquos) συγγενὴς καὶ ἔμφυτος.Il.ε.Item ingenuus.Plat.2.de rep. Item nobili & generoſa ſtirpe ortus.Thuc.Itē generoſus,i.ſtrenuus,Herodian. Item validus,vehemens. vt γενναία δύη apud Soph.in Aiace.
γενναίως,generoſè,fortiter.Herodian. in lib.3.
γενναιότης,ητος ἡ,generoſitas,Eurip.Polyb.
γεννικὸς,ῦ,ὁ, generoſus. Plato in Phædro. γεννικῶς. generoſè,fortiter.Item ingenuè.
γέννας ῦ,ὁ,auunculus,frater matris,Heſych.
γεννάω,ῶ, F. ήσω,genero,gigno. Xen. De mulieribus etiam dictum reperitur.vt Lucæ 1. Sic & γεννήσασα dicitur genitrix. Metaphoricè quoque capitur, vt pario apud Lat.
γεννῶμαι, *paſſ.* naſcor. vt ἐγεννήθη Τελαμῶνος. Iſocr. Item mediæ vocis,idem quod γεννάω.
γέννημα,τὸ, quod natum ſeu procreatum eſt,progenies. γεννήματα, plur.num dicūtur liberi,apud Plat. de leg.& alibi. Exp.etiam fructus & fœtus terræ ac enaſcentia germina.Polyb.
γέννησις,εως,ἡ,generatio,procreatio,Plat.
γεννητὴς,ῦ,ὁ,generator. Plat. γεννήτωρ,ορος,ὁ,genitor,parens.Plat.de leg. γεννήτειρα ἡ,genitrix. γεννητὸς,ῦ,ὁ,generatus,genitus. Plat.de leg.Item mortalis,apud Luc. γεννητῶς, aduer.q.d. genitè,in modum geniti ſeu generati.Nazia. γεννητικὸς,generandi vim habens,cui vis ineſt genitalis,Alex.Aphr.
γονὴ ἡ,genitura, fœtus ſeu fœtura, proles. vt γονὴ παίδων.Il.ω. ſic γονὴ τέκνων,apud Eurip. Item genitura, fœtus,i.infans editus,inquit Bud.ex Luc.Dicitur & de brutorum fœtura apud Æſch. in Cteſ. Extēditur & ad fructus,apud Plat. Exponitur & genus, apud Athen.& Soph. Exponitur & partus, apud Euripid. in Phœn. πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν.Item ſemen prolificum,genitura.Heſiod. Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος. Γοναὶ ab Hippocr. vocari etiam partes naturales quæ generationi inſeruiunt, tradit Galen.comment.3. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. γονὴ eſt etiam nomen peſſi ad conceptum perutilis. Ægin. l. 6.cap.24.

Γόνος,ῦ,ὁ, (itidem vt γονὴ) exp.generatio,apud Homer.Od λ.& τ. vbi tamen exponi etiam poſſe γένος ſcribit Euſt.apud Homer. γόνος ſæpe ſignif. qui generatur,fœtus, proles. Sic dicitur Achilles θεᾶς γόνος,Il.ω. Item ſemen,quod genitura etiam dicitur. Ariſtot γονὸς autem oxyt. (pro quo γουνὸς Ionica epentheſi apud poetas)fœcūdus,γόνιμος. Eſt & ſubſt. pro fœcundo & fertili loco, vel ſolo, apud Homer. vt quum dicit γουνὸν Ἀθηνάων.
γονόεις,εντος,ὁ,fœcundus,fertilis.
γόνιμος ῦ ὁ καὶ ἡ,genitalis, prolificus, fœtificus. vt γόνιμος θερμότης,apud Plat. ¶Item fœcundus,fertilis.Phil.Interdum cum genit.vt Ariſtot.de mūdo, νέφος ἐπὶ πάχος γόνιμον ὕδατος. γονίμως,fœcundè.
γονεὺς,έως ὁ, genitor pater. γονεῖς, pater & mater, parentes Heſiod.Ariſtophan. Plut. γονεύω,fœtifico, gigno,item concipio. Bud. ex Theophraſt. γονεία,ἡ, fœtificatio.
γνήσιος,ῦ ὁ,minimè ſpurius,legitimus.vt γνήσιοι παῖδες. & γυνὴ γνησία. Exp. & germanus, non adulterinus, non fucatus, genuinus. Dictum videri poteſt quaſi γονήσιος,vel etiam γενήσιος.
γνησιότης,id quod eſt legitimum.Ariſtot.
γνησίως,germanè,legitimè,non adulterinè.
Compoſita, ac primum ex γίνομαι quæ terminatione quidem eadem ſunt cum compoſitis ex γένος, at ſignificatione ſunt diuerſa.
Ἀειγενὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,qui ſemper fuit & erit,Plat.
Αἰθρηγενὴς,idem quod αἰθρηγενέτης.Il.ο.& τ.
Ἁλιγενὴς è mari ortus,mari genitus.
*Ἀνομοιογενὴς, qui non eſt eiuſdem generis. Laert.in Epicuro.
Ἀρτιγενὴς,recens genitus, modò ortus.
Αὐθιγενὴς,indigena. Luc. & Plat.Item perennis,vt αὐθιγενὴς ποταμός.Phil.
Αὐτογενὴς, qui ipſe ex ſe eſt, non ex alio. Epithetum Dei apud Orpheum.
Ἀφρογενὴς,è ſpuma ortus. Veneris epith. Ἀφρογένεια etiam dicitur.
Βουγενὴς,è boue ortus ſeu genitus,apum epith.
*γαιηγενὴς,è terra genitus γηγενής. Apoll.3 Arg.
γηγενὴς è terra ortus,ſeu natus. Soph. γηγενεῖς,peculiariter dicuntur etiam gigantes illi terrę filij. Ariſto- 305
phan.in Neb.
*Διογενέτωρ,idem quod διογενὴς,Eur.in Bacchis.
Διογενὴς,è Ioue ortus,Ioue editus.Soph.
Ἐγγενὴς,innatus, ingenitus. Bud ex Soph. Vide & in comp.ex γένος Ἐγγενῶς,i. γνησίως,apud eundem.
Ἐνδογενὴς,intus genitus,ſeu domi natus.
Ἐπιγενὴς,affertur pro indigena.
Ἡμιγενὴς,ſemigenitus,apud Plat.in Tim.
Ἠεριγενὴς, manè ortus,vel, aere genitus,aere natus. Apoll.Arg.2. de aurora, ἐφαάνθη ἠεριγενής. Ἠεριγένεια, pro eodem,Il.α.
Θεηγενὴς,Deo genitus,Deo natus.Nonn.
Θηλυγενὴς,è fœmina ortus,muliebris.Plat.
Ἰθαγενὴς,rectè,i.legitimè natus. Od.ξ. Et ἰθαγενὴς πολίτης,indigena,ciuis. Ἰθαιγενὴς, etiam ſcribi annotat Euſtath.
Κυπρογενὴς, in Cypro natus. Κυπρογένεια,ἡ, epith.Veneris, quòd ibidem & nata eſſe credatur & religioſè colatur.Heſiod.in Theog.
Μεσογενὴς,qui mediæ eſt ætatis.Heſych.
Μοιρηγενὴς,felici fato natus Il.γ
Μονογενὴς,vnigena, vnigenitus. Plat. Μουνογενὴς, idem poeticè υ metri cauſa inſerto.
Νεογενὴς,nuper natus, recens natus. Plato in Theæt.
Νεηγενὴς,apud poetas pro eodem. Dicitur & νεογιλὴς, pro eodem,& νεογιλὸς,ν in λ mutato. Et Νεογελαῖος, pro eodem.
Νεογνὸς,idem.Factum per ſync.pro νεογόνος.Euſt.
Νεφεληγενὴς,nube genitus,nubigena. Euſt.

Οἰκογενής, domi noſtrę natus, non emptitius ſeu aduentitius, vernaculus. Plut. & Ariſtot. Interdum pro verna ſeu ſeruo vernaculo. Plut. Idem, cognatus, propinquus vel etiam domeſticus, Heſych.

Ὀφιογενής, ſerpentigena, Strab.

Ὀψιγενής, ſerò genitus, tardè natus.

Παλαιγενής q. d. olim genitus: vnde ponitur pro ſene & priſco ſeu vetuſto, Apoll. Arg. 1.

Παλιγγενής r. natus, Nonn.

Πληγενεῖς, ῶν οἱ, è diuerſis parentibus nati.

* Ποντογένεια, ex mari nata. Idem, veneris epith. Opp. l. 1. de Ven.

Πρεσβυγενής: priſcus, q. d. antiquus natus. Πρεσβυγένεια, ἡ, antiquitas, Plut. Symp. 2.

Πρωτογενής: primigenius, primitiuus. Comparat. πρωτογενέστερος, antiquior, ſenior.

* Πρωτογένειος, primigenius. τύχη πρωτογένεια. Fortuna primigenia, Plut. in quæſt.

Πυριγενής, igni ſatus, igni genitus. Apud Eur. πυριγενὴς παλάμη exp. ἀπλῶς, ἀνήμερος. nam quum ignis ſit res ſæua, ſæua itidem ſunt quæ ex eo nata ſunt. Innuit autem per πυριγενῆ παλάμην, enſem, quoniam in igni ferrum molliri & cudi ſolet.

Πυρογενής, ex frumento ortus, Epigr.

Τριτογενής & τριτογένεια, ἡ, Minerue epith. ita dictæ, quod è capite Iouis prognata exiſtimetur. Τριτὼ enim caput eſt Cretenſium lingua. ¶ Τριτογένεια apud Ariſtoph. in Neb. (vt ſchol. tradit) eſt genus ſaltationis.

ὑστερογενής, poſterior natu ſeu ortu, Syneſ.

Χαμαιγενής, humi natus, è terra ortus, Heſiod.

Secundum compoſitorum genus ex verbo γίγνομαι.

Ἀπογίγνομαι, abſum, vt ἀπογιγνόμενος τῆς μάχης, ex Herodoto, qui abeſt à prælio. ¶ Item, decedo. cui opponitur προσγίνομαι, accedo. Apud Greg ἐπιγίνεσθαι & ἀπογίνεσθαι, accedere ſeu aduenire, & abſcedere. ¶ Item *pro*, deſum, Bud. ex Andocide ¶ Item, morior, Thucyd. lib. 2. τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται τῶν ἀπογενομένων.

Διαγίγνομαι, interſum, (eo ſenſu quo dicitur ſpatium aliquod temporis interfuiſſe) Plutarc. ἐτῶν διακοσίων διαγεγονότων, ducentis annis interlapſis. ¶ Item duro, permaneo, perenno, Plato. Et *pro*, tolero vitam, apud Plat. Et *pro*, euado apud Syneſ. εἰ καὶ διαγενοίμεθα ἐκ κλύδωνος.

306 Ἐγγίγνομαι, inſum, vel innaſcor, Plat. ¶ Item interſum, interiicior, (de tempore dictum) vt διαγίνομαι, Thuc. 1. χρόνου ἐγγενομένου. ¶ Ἐγγίγνεται cum infinit. licet, facultas eſt, Æſchin.

Ἐκγίγνομαι, enaſcor, oriundus ſum. vt in hoc hemiſtichio, οἳ γῆς ἐξεγένοντο, qui è terra nati ſunt. Ἐκγίνεται cum inf. facultas eſt, licet, &c. vt ἐκγίνεται: Æſch. in Creſ. ὑμῖν γὰρ ἐξεγένετο ἂν πρὶν ἡττᾶσθαι.

Ἐπιγίγνομαι, ſupernaſcor ſeu poſtnaſcor. vnde οἱ ἐπιγινόμενοι dicuntur poſteri, Iſoc. ¶ Item adnaſcor, Theophraſt. ¶ Item, ſuccedo, ſubſequor, ſequor: apud Thucyd. ſæpe. vt τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, & χειμῶνος, item τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ *pro*, ſuperuenio, apud eundem Thucyd. Ἐπιγίνομαι Budæus reddit etiam exorior, exiſto. Xen. Ἐπιγίνομαι exp. & aduenio, accedo. cui opponitur ἀπογίνομαι.

Ἐπιγέννημα, τό, quod ad aliquam rem quaſi ſuperaccedit. Sic in morbo dicitur affectus ille qui ex primario affectu conſequitur.

Καταγίνομαι, verſor & ſum occupatus. Greg. apud Demoſth. in Midiam, in teſtium quorundam verbis ponitur *pro* moror, i. habito.

Μεταγίνομαι, ſum poſt. Heſych.

Μεταγενής, vnde μεταγενέστερος, poſt natus.

Παραγίνομαι, adſum, interſum. vt ἐκκλησίᾳ παραγίνεσθαι apud Æſchin. Et cum dat. perſonę. Pl. de rep. Bud. apud eundem Plat. παραγίνεσθαι δίκῃ interp. ſiſti iudicio. Dicuntur παραγίνεσθαι & qui adſunt alicui in iudicio, vt aduocati. Plato de rep. 2. παραγενόμενον δικαιοσύνῃ κακηγορουμένῃ. A Budæo exponitur & præſidio eſſe, apud eundem Plat. de rep 10. ¶ Item ſuperuenio, Xenoph. Apud Syneſ. pro, euenio, in lib. de inſomn. ¶ Item, aduenio, venio, accedo, eo. vt apud Xen. Pæd. 8. ταχὺ μὲν ὅποι ἂν δέῃ παραγιγνόμεθα. ¶ Παραγίνεσθαι præterea dicuntur ſata quæ è terra erumpunt & germinant, vt inquit Bud. ex Theophraſt.

* Ἐμπαραγίνομαι, (*decomp.*) adſum, Solom. Prou. 6.

Συμπαραγίνομαι, ſimul adſum, ſimul aduenio. ex Chryſoſt. in epiſt. ad Philipp.

Περιγίγνομαι, ſuperſum, vt apud Ariſtoph. in Pluto, περιγίγνεσθαι & ἀπολείπειν opponuntur: Demoſth. in Aphobum, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν περιεγένετο, & quę inde ſuperfuiſſent. ¶ Item ſuperſum, i. euado, ſaluus euado, incolumis ſum, ſeruor à morte, Demoſth. ¶ Bud. περιγίνεσθαι, interpr. etiam ſupereſſe, promptum eſſe, integrum eſſe, πλέον εἶναι, vt, Ariſtippus interrogatus τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, i. (inquit) τί πλέον ἐγένετο, & τί ἐπλεονέκτησε τῶν ἄλλων. Exp. &, obuenire, contingere: Thuc. Herodian. Περιγίγνομαι, item, εἰς ἐναντίον συμβαίνω, Bud. ¶ Item περιγίγνομαι, ſum ſuperior, vinco: Thuc. lib. 8. περιγίγνεσθαι τῶν πολεμίων, (& alibi ſæpe, non addito genitiuo.) Interdum additur & datiuus rei: vt Xenoph. περιγίγνομαί σου τάχει. Et cum accuſ. ex Plut. affertur περιγίνεσθαι τὰ ὀλύμπια.

Περιγενητικός, vincendi vim habens, Plut.

Προσπεριγίνεσθαι, (*Decomp.*) ſupereſſe, apud Dem.

Προγίγνομαι, ſum antè, antecedo, præcedo (vnde οἱ προγεγονότες vel οἱ προγεγενημένοι, dicuntur maiores) Thuc. initio lib. 1 Ariſtot. ethic. 3 c. 2. προγίγνεσθαι & παρακολουθεῖν opponit. ¶ Item procedo. vt Il 6. Οἱ δὲ τάχα προγένοντο. 307

Προγενέστερος, qui antè natus eſt, qui ætate antecedit, maior natu. Hom. Et *pro*, antiquior, vt προγενεστέρα ὁμόνοια. Syn. & ſuperl. προγενέστατος antiquiſſimus.

Προσγίγνομαι, adnaſcor, item accedo, Bud. ex Baſil. Ei opponitur ἀπογίγνομαι apud Thuc. Et προσγενόμενοι τῷ βασιλεῖ ex Plut. Themiſt. exp. regis ſocietatem ſequuti.

Συγγίγνομαι, ſimul ſum, conuerſor, Syneſ. θεωρία δὲ καὶ πρᾶξις οὐκ ἀξιοῦσι συγγίνεσθαι. Sæpe dicitur *pro*, conuerſor (eo ſenſu quo dicitur & congredior, vel conſuetudo mihi eſt cum aliquo & venio in colloquiũ) Xen. Pæd. 7. πρὶν τοῖς φίλοις αὐτὸν σχολάσαι καὶ ξυγγενέσθαι. Affertur & συγγίνεσθαι λόγῳ, ex Ariſtot Rhet. Et συγγίνεσθαι ἐς λόγους τινὶ ex Ariſtophan. in Nubib. q. d. venire in colloquium cum aliquo. Et cum dat. rei, vt συγγίνεσθαι τῇ παιδείᾳ, verſari in ſtudio literarum. Et συγγίνεσθαι τῇ πενίᾳ, Plato in Phil. verſari in penuria, paupertate premi. ¶ Item, concumbo, coeo. (in qua ſignif. dicitur & congredior, conſueſco, conſuetudinem habeo) Plato de rep. 1. οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίνεσθαι; ¶ Item, ſimul ſum, adſum, auxilior: Soph. ὦ θεοὶ συγγένεσθε.

Προσυγγίνομαι, (*Decomp.*) antè congredior ſeu colloquor, Thucyd. lib. 8.

Tertium compoſitorum genus ex γένεσις.

Θεογενεσία, ἡ, regeneratio, baptiſmus, apud Dionyſ. Areop. Vocabulum theologicum, quaſi diuinę & priſtinæ originis noſtrę inſtauratio.

παλιγγενεσία ἡ q. d. renaſcentia, ſecundus ortus, inſtauratio, Phil. de mundo. & Plut. περὶ σαρκοφ. Item vniuerſalis reſurrectio, & pro baptiſmo, apud Dionyſ. Areop. ſic λουτρὸν παλιγγενεσίας apud Naz. lauacrum quo antiqua noſtra origo inſtauratur.

Quartum compoſitorum genus ex γενέτης.

Αειγενέτης, ου, ὁ, qui ſemper extitit vel eſt ſempiternus.

Et ἠερηγενέτης pro eodem. Il. β.
Αἰθρηγενέτης, frigus & pruinam vel ſerenitatem inducens. Od. ε.
Γηγενέτης, idem quod γηγενής. Plut. in Apopht.
* Ἐγγενέτης, indigena. ἐγγενής, Apoll 4 Arg.
Ἐκγενέτης ου, ὁ, oriundus, ortus ex. Eurip.
Εὐγενέτης, præſtanti genere ortus, generoſus. Epigr.
Τηλυγέτης, ſiue τηλύγετος, natus procul abſente patre. Item quem parentes in ſenecta genuere, ideóque præ cæteris dilectus, interdum exp. vnicus. Heſych. Suid. Plut. Sæpe vtitur Homerus. Videtur dictum quaſi τηλυγενέτης.
Παγγενέτης, omnium genitor, omnium pater. Nonn.

Quintum compoſitorum genus ex γενητός.

Ἀγένητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ortum non habens, cuius origo nulla eſt. Plat eſt etiam non factus, infectus.
Θεογένητος, à Deo ortus aut genitus. Peculiariter verò apud theol. baptizatus.
Διόγνητος, à Ioue genitus, ideóque nobilis, generoſus. Heſiod. Eſt autem per ſyncopen metri gratia factum ex Διογένητος.
Κασίγνητος, ου, ὁ, frater, idem quod κάσις frater ex vtroque parente, i. germanus, Il. ζ. & τ. Dicuntur etiā κασίγνητοι conſobrini, fratrum vel ſororum filij. Et generalius pro conſanguineis poni teſtatur. Euſtat. Il. ο Fœmininum eſt κασιγνήτη, ſoror, germana. Il. δ & π Et Soph. ¶ Accipitur κασίγνητος etiam adiectiuè pro fraternus, germanus. Soph.
Decomp. Αὐτοκασίγνητος germanus frater. Il. γ.
Αὐτοκασιγνήτη, ſoror germana, ſeu natiua.
Μητροκασίγνητος, matris frater, auunculus.
Μητροκασιγνήτη, matris germana, i. matertera.
Πατροκασίγνητος, patris frater, patruus, Heſiod.
Νοθογένητος, qui genitus eſt nothus ſeu ſpurius.
* Ὁμόγνητος, idē quod ὁμόγνιος, ὁμογενής, cōſanguineus, (Nonn.

Sextum compoſitorum genus ex γένος

Ἀγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, cui γενὴ i. liberi non ſunt, ἄπαις Suid. ex Iſæo. Itē ὁ μηδὲν ὢν τῷ γένει, ἀνδρ, minimè generoſus, degener. cui opp. εὐγενής. Herodot.
Ἀγένεια ἡ, exp δυσγένεια. Suid.
Ἀλλογενής, qui vel quæ eſt alius gentis. aliunde genus habens. cui contr. αὐθιγενής.
Αὐθιγενής, indigena. Vide Paulò antè in compoſitis ex γείνομαι.
308 Γηγενής, cui genus è terra eſt.
Διγενής, qui duplicis eſt ſexus ſeu generis.
Δυσγενής, qui claro genere ortus non eſt. Item degener, minimè generoſus.
Δυσγένεια, ἡ, ignobilitas. Plut. Item animus degener, ignauia. Phil. & Plut.
Ἐγγενής, exp. indigena, inquilinus, conſanguineus. apud Aeſchin. Aliam ſignif. vide in primo genere compoſitorum.
Ἑτερογενής, qui alterius eſt generis. Ariſtot.
Εὐγενής, claro & nobili genere ortus, generoſus. Ariſt. Tribuitur & rebus inanimatis. Gal. Item generoſus: i. ſtrenuus. Ariſtot. Item ingenuus. Ariſtot. & Philo. Εὐηγενής, idem, pleonaſmo τοῦ η. Euſt. Εὐγενῶς, generoſè, Plut. Εὐγένεια, nobilitas. Ariſtid. in Pan. Item ingenuitas. Syneſ. epiſt. 1.
Εὐρυγένειος, latas generationes habens. Nonn.
Ἰδιογενής, proprium genus habens, ſui generis.
Ὁμογενής, qui eiuſdem generis eſt, propinquus genere, cognatus, Eurip. in Phœniſſ. ¶ Apud Philoſophos & logicos eſt, qui eodem genere comprehenditur. A quibuſdam ὁμογενῆ vocantur ὁμοιομερῆ. Sic ὁμογενῆ μόρια apud Gal. dicuntur partes corporis ſimilares. Ὁμογένεια, cognatio. Ὁμογενῶς, eiuſdem generis complexu, eiuſdem generis ratione.
Ὁμόγνιος, per ſyncopen factum videtur pro Ὁμογένιος. Et ὁμόγνιοι θεοὶ, penates dij. apud Plat. de leg. At ὁμόγνιος Ζεὺς, exp. gentilitius Iupiter, ex Syneſio.
Ὁμοιογενής, qui ſimilis & propriè eiuſdem eſt generis.
Ὁμοιογένεια, generis ſimilitudo.
Παγγενής, qui omnium generum eſt. Παγγενῆ, aduerb. per omnia genera, generaliter.
Συγγενής, generis propinquitate coniunctus, cognatus affinis. Plut.
Συγγένεια, ἡ, cognatio, affinitas. Plat. Luc.
Συγγενικός, οῦ, ὁ, idem quod συγγενής. Plut. in Perſ. συγγενικὸν νόσημα, gentilis & hæreditarius morbus, συγγενικαὶ τρίχες, apud Ariſtot. pili congeniti, qui & συγγενεῖς
Συγγενὶς ίδος, ἡ, cognata, Syneſ. epiſt. 153. Pollux barbarum eſſe ſcribit.
Τριγενής, tertia perfectus generatione, vt vermes inſectorum, Bud. ex Gaza.
Τριγένεια, tertius generis gradus, Strabo lib. 12.

Septimum compoſitorum genus ex γενέθλη.

Ἀγενέθλος ου, ὁ καὶ ἡ, cui γενέθλη aut γενέθλον non eſt.
Ἀριστογενέθλος χῶρος, locus qui optimos generat. Epigr.
Ἀρτιγενέθλος, idem quod ἀρτιγενής.
* Ἀρχιγενέθλος, princeps ſeu generis ſeu gentis, vel antiquæ originis, ſeu generationis, priſcus. Nonnus.
Αὐτογενέθλος, cui ipſi ex ſe ipſo genus eſt. Nonn.
Καρπογενέθλος, Apollo, generator fructuum. Epigr.
Προγενέθλος, antè genitus. Nonn.
Ὑψιγενέθλος, in alto natus, apud Nonn.

Octauum compoſitorum genus ex γέννα.

Ἀγεννής, έος ὁ καὶ ἡ, ignobilis, ignobili loco natus. vt ἀγεννὴς ἢ εὐπατρίδης Luc. Item degener, ignauus, minimè generoſus, cui opp. γενναῖος, apud Plat. Accipitur etiam pro, abiectus, vilis, humilis. & interdum copulatur cum ταπεινός. Dicitur de perſona & de re.
Ἀγεννῶς, ignauè, parum viriliter, remiſsè, rem vel abiecto animo. Dem. Iſo
Ἀγέννεια, ignobilitas generis. Ariſtot. Poll. 6. Item ignauia, mollities animi. Exp. & timiditas, à Suida.
Ἀγεννές, (ſubſtantiuè) idem.
Ἀειγεννής, ſempiternus. Plat.
* Φιλογενναῖος, grauis, conſtans. Laert. in Polemone.

Nouum compoſitorum genus ex γεννάω.

Ἀγέννητος, non genitus, non generatus. Naz. ¶ Item non generans Theophr. ¶ Item ignobilis, ignobili loco natus Heſych.
Ἀγεννησία, q. d. ingeneratio, ingenitum, Naz.
Φιλαγέννητος, cui τὸ ἀγέννητον placet. Naz.
Ἀναγεννάω, ῶ, regenero, regigno. 1. Pet. 1. Ἀναγέννησις, regeneratio, i. baptiſmus Greg.
Ἀπογεννάω, genero, produco.
Ἀρτιγέννητος, modò natus. Luc. poſtea.
Ἐπιγεννάω, adgenero, inſuper genero. Ἐπιγεννηματικός, οῦ, ὁ, natus. ἐπιγεγονώς Bud. ex Greg.
Προσεπιγεννάω, inſuper adgenero vel ingenero.
Προγεννάω, ῶ, antè genero. Προγεννήτωρ, ορος, ὁ, progenitor Eurip.
Πρωτογέννημα τὸ, quod primum enatum & editum eſt. Exodi 23.
Συγγεννάω, ῶ, congenero. Συγγεννήτωρ, q. d. congenitor. vt Συγγεννήτωρ τέκνων, qui procreationis liberorum partem ſibi vendicat. Plato de leg.

Vltimum compoſitorum genus ex γονὴ, aut γόνος, aut prat. γέγονα.

Ἄγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, non natus. cui γονὴ vel γόνος non eſt, infœcundus, ſterilis, cui oppon. γόνιμος. Homer. Ariſtot. Luc. Interdum cum genit Ἀγονία, ἡ, ſterilitas, infœcunditas. 309
Ἀγονέω, ῶ, ſterilis & infœcundus ſum.
Ἀμφίγονος υἱός, qui ex priore eſt vxore Heſych.
Ἀμφίγονοι, οἱ, diuerſo ſemine geniti. Heſich.

Ἀνδρο-

Ανδρογόνος, virum generans vel gignens. Heſych.
Ανθρωπογονία, ἡ, hominum generatio. quo nomine fertur inſcripſiſſe quendam ſuum librum Aratus.
Απόγονος, ου, ὁ, ortus, oriundus, ſeu nepos, poſterus. Iſocr. Adiectiuè etiam capitur, & ad res inanimatas trãſfertur. vt ἀπόγονα ταῦτα τῶν δείπνων, hæc è conuiuiis oriuntur. Apud Hippocr. ἀπόγονα, (vt Gal. annotat) quidam exp. γόνιμα alij ἄγονα.
Απογονή, poſteritas. Bud. ex Zand.
Αριστόγονος, (ex Nonno) exp. optimè prolis parens. ita ſcribendum potius videtur ἀριστογόνος.
Αρρενογόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, mares generans. Dioſc.
Αρρενογονία, maſculorum procreatio.
Αρτίγονος, idem quod ἀρτιγενής, modò natus. Opp.
Αρχαιόγονος, antiquus. Ariſtot. Αρχαιογονία, antiquitas. Baſil. Dicitur & Αρχέγονος pro ἀρχαιόγονος. Greg.
Αὐτόγονος, ipſe per ſe genitus. Nonn.
Βλαψιγονία, (q. d. fœtus ſeu partus læſio) dici fertur quum apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.
Δεκαγονία, ἡ, generatio ad decimum vſque gradum.
Δίγονος, geminus, ſeu bis genitus. Bacchi epith.
Διγονία, partus geminus, ſeu partus iteratio.
Διττογονέω, ῶ, bina pario, ſeu bis pario.
Εγγονος ου, ὁ, nepos. Plat. Εγγόνη, ἡ, neptis. Εγγονον, ου, τό, fœtus, fœtura. Syneſ.
Decomp.. Απέγγονος, pronepos.
Διστέγγονος, atnepos. Διστεγγόνη, atneptis.
*Επέγγονος, qui eſt poſt nepotẽ. In conſt. Iuſtin. imp.
Τριτέγγονος, trinepos. Τριτεγγόνη, trineptis.
Εκγονος, ου, ὁ, idem quod ἀπόγονος. apud Antiph. & Plat. Adiectiuè etiam capitur. vt apud Plat. de rep. ἔκγονοι χώρας τραχείας, oriundi à regione aſpera. Et ἔκγονος παιδειῶν, diſciplinis imbutus, & literarum quaſi alumnus, apud eundem.
Απέκγονος (*comp.*) abnepos.
Επίγονος ου, ὁ, pòſt natus, Bud. ex Plat. de leg. 5.
Επιγονή ἡ inſtauratio generis, ſubſidium generis.
Ετερόγονον ζῷον, dicitur mulus, quòd ſit è diuerſo ſemine prognatum animal, equino videlicet & aſinino. Item de lupo ceruario dici poteſt, qui Græcis θώς eſt.
Εὔγονος ου, ὁ καὶ ἡ, fœcundus, ad generandum aptus.
Εὐγονία, fœcunditas. Xen Εὐγονέω, ῶ, fœtifico.
Ζωογόνος ου ὁ καὶ ἡ, vitalis, viuum & animale generans. vt ζωογόνον σπέρμα, apud Aretæum, genitale ſemen: cui oppon. ἄγονον. ¶ Item numerus ſeptenarius, quòd infantes ſeptimo menſe nati viuant faciliùs quàm qui ſequenti, qua de re Alex. Aphr. in Probl.
Ζωογονία, animantis procreatio. Item vermiculatio. Bud. ex Theophr. Ζωογονικός, animantis procreandi vim habens. Phil.
Ζωογονέω, ῶ, animal procreo, animale & viuũ gigno, ſeu produco, animo, fœtifico. Theophr. de cauſ. pl. l. 3. c. 27. Peculiariter verò dicuntur arbores ζωογονεῖν, plantæque & fruges quum vermes procreant, ſeu vermiculantur. Theophraſt. de vitiis frugum. Ζωογονοῦμαι, actiua etiam ſignific. capitur pro ζωογονῶ, vt Bud. ann. ex Theophr.
Θεογονία, deorum generatio, deorum ortus. Heſych.
Θεόγνια, τά, dei natalis, vt exp. apud Dem.
Θηλυγόνος, fœminam procreans. Ariſtot.
Θηλυγόνον, à Dioſcor. dicitur phylli ſpecies quædam, quòd faciat θηλυτοκεῖν.
Θηλυγονία ἡ, fœminarum procreatio. Item cognatio i. propinquitas à matre. Herodian. 2.
Καρπογόνος, fructũ gignens, frugifer. Καρπογονία, fructus editio. Item quum ſtirpes fructum pariunt, ex Poll.
Καρπογονέω ῶ, fructum gigno, ſeu fero. Theophr.
Κεβληγόνος, in capite fœtum habens. Papaueris epith. Nic. Κέβλη autem per ſyncopen factum ex κεφαλή Macedonicè mutato φ in β.

Κηρογονία, ceræ generatio, cerificatio. Ioſeph.
Κοσμογονία, mundi generatio. Laert.
* Μονόγονος ſeu μουνόγονος, idem quod μονογενής. Nonnus, cap. 1. Ioh.
Νεόγονος & νεογνός, recens à partu, recens natus. Herodot. Pro eodem affertur ex Iſæo νεογιλής, & ex Hom. νεογιλός, Od μ.
Ολιγογόνος, paucos generans, infœcundus. Ariſtot.
Ομόγονος, germanus, Plato 8. de leg. At Ομόγονα, τά, quæ eiuſdem ſunt generis, ὁμογενῆ.
Ομόγνιος, idem cum ὁμόγονος.
Ονειρογόνος, in ſomnis genituræ profluuium.
Ορνιθόγονος, ex aue natus. Eurip. 310
Ορνιθογονία, auium generatio ſeu origo. Ita vocatur liber quidam.
Οψίγονος, ſerò genitus. Philo de mundo. Οψίγονοι dicuntur etiam poſteri, qui ſerò, i. longo pòſt tempore naſcuntur. Od. α. vnde & ὀψίγονον, ου, τό, pro poſteritate capitur.
Παιδογόνος, liberos procreans, aut ad liberorum procreationem faciens. Exp. & prolificus. Item fœcundus. apud Theophraſt.
Παιδογονία, liberorum procreatio. ex Plat.
Παλαιόγονος, priſcus, in Epigr. dicitur etiam παλαίγονος, pro eodem.
Πηλόγονος, è luto natus. Πηλόγονοι dicuntur gigantes, quòd è terra creati eſſe putentur. Callim.
* Πολυγονέω & πολυγονέομαι fructifico, fœcundus ſum. Luc. in Nigrino.
Πολύγονος, (vel forſan πολυγόνος) fœcundus. Oppian. l. 3. de ven. Et Herodot. l. 8. Πολύγονον etiam herba eſt, quam Latini ſanguinariam vocant. Sic dicta, (vt Plin. ſcribit lib. 27. cap. 12.) à quibuſdam ob multitudinem ſeminis: vel (vt Scribonius Largus vult) quia multa eſt & vbique naſcitur. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 4.
Πολυγονία, fœcunditas. Bud ex Areop.
Πρόγονος, progenitor, idem quod προπάτωρ. Plat.
Πρόγονος παιδὸς auus. Plat. πρόγονος τέταρτος, abauus. Item autor gentis alicuius. vt apud Iſocr. τοῦ δὲ γένους τῶν τευκριδῶν πρόγονος ὁ Αἰακός. πρόγονοι in plur. dicuntur οἱ ἀνώτεροι, maiores prædeceſſores, vt vulgò vocant, Thuc. lib. 2. & Herodian. lib. 2. & metaphoricè pro ἀρχηγοί, vt apud Soph. in Aiace, & apud Ariſtid. ¶ Πρόγονος, adiectiuè etiam accipitur, vt πρόγονον γένος, auitum genus. ¶ Item priuignus. Bud.
Προγόνη, priuigna. Theophr. in inſt. ciuil. προγονικός, auitus. Phil. & Herodot.
Πρωτόγονος, primigenius, primitiuus. Il. ψ.
Πυριγόνος, ignem generans. Plut.
Σιτόγονος, qui in eum vſum naſcitur, vt eſui ſit. Nic.
Σύγγονος, cognatus. Item germanus Eurip.
Τεκνογονέω, ῶ, liberos gigno ſeu procreo. Epigr.
Τεκνογονία, liberorum procreatio.
Τελειογόνος, perfectum pariens. Τελειογονία, perfecta generatio.
Τελειόγονος, perfectè generatus, vitalis. Et τελειόγονα, perfecti fœtus.
Τελεσσίγονος, fœtum perficiens, prolificus.
Τηλέγονος, in longinquo ſolo natus.
Τριγονία, ἡ, tertium genus. vt nepos. Bud. ex Dem.
Τριγονέω, ῶ, tertiò genero vel pario. Theophr.
* Φιλόγονος, amans fœtum, amans liberos. Ioſeph. Maccab. 15.

ΓΕΙΣΟΝ, vel γεῖσσον, ου, τό, ſuggrunda ſeu ſuggrundium, i. pars tecti prominens, qua ſtillicidia à parietibus arcentur: vide Poll. & Etym. Schol. Euripidis, dicit γεῖσα, idem eſſe quod θριγκούς, i. λίθους τοὺς ἐξοχάς τῶν δωμάτων ἐπιλειμμένους. Metaph. capitur

pro eo omni quod ſuggrundarum in modum propendet. Sic in galea γεῖσον vocatur τὸ ὑπὲρ αὐτῆς προβεβλημένον Et γεῖσα ὀφρύων, ille quaſi proiectus frontis cui oculi ſubſunt, quem Plinius ambitum dixit genæ ſuperioris.

Γεισσόομαι, οῦμαι, in ſuggrundæ modum conformor, grundæ imbricor. Ariſtot.

Γείσωμα, τὸ, ſuggrundatio, q.d. ſuggrundamentum, imbricamentum. Ariſtot.

Γείσωσις, imbricatio, ſuggrundatio.

Γείσιον, ου, τὸ, Suid. idē eſt quod γεῖσον. Item γεῖσος pro eodem, apud eundem.

Compoſita.

Αγείσωτος, ſuggrundâ non inſtructus, vel nulla tectus lorica. Etym.

Απογεισόω, ῶ, F. ώσω, imbrico, imbricatim vel ſuggrundiorum modo facio, vel tego Ariſtot.

Υπόγειος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſub ſuggrundiis eſt. vnde ἀείζωον maius Plinius ὑπόγειον, vocari ſcribit, quoniam in ſuggrundiis ferè naſcitur.

ΓΕΙΤΩΝ, ονος, ὁ καὶ ἡ, vicinus; Heſiod. Plut. Item affinis, ſimilis. Lucian. σκόπει εἰ ἐκ γειτόνων ἐστὶ τὰ δόγματα, ſpecta num inter ſe affinia ſint & conſentiant.

Γείταινα, ἡ, vicina, vt [illegible] ἔκταινα.

Γειτονία, ἡ, vicinitas, apud [illegible] lat. l. 8. de leg.

Γειτονέω, ῶ, vicinus ſum. Plat. & Phocyl.

Γειτόνημα, τὸ, vicinitas. Plat. Γειτόνησις, idem.

Γειτονεύω, idem quod γειτονέω, apud Alex. Aphr.

Γειτονεύομαι, idem apud Hippocr.

Γειτόσυνος, ου, ὁ, vicinus Epigr.

Γειτνία, ἡ, idem quod γειτονία, vicinitas, vicinia.

311 Γειτνιάω & γειτνιάζω, vicinus ſum, vt Herodot. l. 6. πρὸς τοὺς γειτνιῶντας καὶ ὁμοφύλους βαρβάρους, aduerſus vicinos barbaros. Item metaph. vicinus ſum, quoad ſimilitudinem. Luc.

Γειτνίασις, εως, ἡ, vicinitas Plut. in Pericle.

Compoſita.

Αγείτων, ονος, ὁ καὶ ἡ, vicino carens.

Αγρογείτων, habens vicinum agrum ſeu fundum, aut vicinam villam. Plut.

*Αρχιγείτων, Aeſch. in Perſis.

Αλιγείτων, mari vicinus.

Αστυγείτων, vrbi vicinus. Et generaliter pro finitimo, contermino, propinquo Plut. Αστυγειτονικός, idem.

Κακογείτων, malus vicinus. Soph.

Ποταμογείτων, fluuiis vicinus. Eſt & herba de qua Dioſcor. lib 4. cap. 101.

ΓΕΛΑΩ, ῶ, F. άσω, & άσομαι, rideo. Luc. τί γελᾷς; quid rides? Dicitur & γελῶ ἐπί τινι cum datiuo vel perſonæ, vel rei. Homer. Xen. Apud Sophoc. in Aiace, εἰς ἐχθροὺς γελᾶν, pro ἐπ᾽ ἐχθροῖς, de inimicis, i. de infortuniis inimicorum. Apud eundem γελᾶν κακοῖς, vel ἐπὶ κακοῖς exp. ridere ob mala, inſultare malis. Xen. Pæd. 1. αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτῷ μάλιστα ἐγέλα. ¶ Item rideo, irrideo. Naz. γελῶ σου καὶ τὰς προσαγγελθμένας. ¶ Apud Ariſtophan. in Nub. ὅστις τούτοισι γελᾷ, his oblectatur, his gaudet. ¶ De inanimatis dicunt etiam poetæ pro ſplendere, nitere, renidere, floridum eſſe. Heſ. & Euſt.

* Γελανής, hilaris. Pind. Pyth. 4.

Γέλασμα, τὸ, riſus Metaph. apud Aeſchin. ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα.

Γελάσιμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, ridiculus, riſu dignus. Luc.

Γελασῖνος, ου, ὁ, riſor, qui velut quandam ridendi artem factitat. In qua ſignif. de Democrito dicitur. ¶ Γελασῖνοι, dicti ſunt & dentes qui in riſu nudantur, quaſi renidentes. Poll. lib. 2. Item rugæ & velut ſulculi qui à ridentibus in ore fiunt.

Γελασείω, ridere cupio.

Γελαστός, οῦ, ὁ, riſu dignus. vt ἔργα γελαστά. Od. θ.

Γελαστής, οῦ, ὁ, riſor vel irriſor. Suid.

Γελαστύς, ύος, ἡ, riſus. Callim. Γελαστικός, ή, όν, ridendi facultate præditus. Sic dicitur homo ζῶον γελαστικόν, apud Sextum Phil. & Porphyrium.

Γέλως, ωτος, ὁ, riſus. (vel Γέλος ου, vnde accuſ. γέλον, & dat. γέλῳ, quem tamen aliqui volunt per apocopen eſſe à γέλωτι) Od. 6. τεύχειν γέλωτα, riſum alicui mouere, quod & γέλωτα παρέχειν dicitur frequentiſſimè. Transfertur etiam ad maris ſerenitatem: de qua metaph. lege Euſt.

Γελοῖος, ου, ὁ, ridiculus, riſu dignus. Dicitur & de re & de perſona. Plat. ¶ Γελοῖα aliquando exp. ludicra, iocoſa, vnde & opponuntur σπουδαίοις, vt apud Iſocrat. περὶ τὰ σπουδαῖα γελοίοις χαίρων. Sic & Xen. Pæd. 2. ¶ Interdum & γελοῖον ſubſtantiuè dicitur pro ioco, vt apud Plut. in Pol. præc. & alibi. & γελοῖος, qui eſt iocoſus, facetus. Dion. Long. ¶ Γελοῖον etiam vocatur quod ad ciendum riſum aptum eſt. vt apud Plut. ἕνεκα τοῦ λεγομένου exp. riſus excitandi gratia. Dicitur & γέλοιος, apud poetas.

Γελοίως, ridiculè. Luc.

Γελοιάζω, ridicula ſeu iocoſa dico, iocor. Plut.

Γελοιασμός, iocatio, apud eundem Plut.

Γελοιαστής, iocator. Item facetus. Baſil. Greg.

Γελωτοποιός, aſſ. pro ſcurra, ex Epigr.

Compoſita.

Αγέλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, riſu minimè dignus, ſed indignatione, Suid. ¶ Item act. ſig. riſus expers. Sic appellati fuerunt Heraclitus, Anaxagoras Clazomenius, Ariſtoxenus, vt qui nunquam riſiſſent.

Αγελαστί, aduerb. ſine riſu, citra riſum. Plat.

Αγελαστία, riſus abſtinentia.

Αγελαστέω, ῶ, non rideo, riſu abſtineo. Heracl.

Αναγελάω, ῶ exp. rideo.

Αχρειόγελως, ωτος, ὁ, à Suida exp. qui ob inutilia & minimè ſeria ridet atque gaudet. Eraſmus hoc prouerbiali nouéque compoſito verbo dictum fuiſſe ait nugatorem; quique rebus ineptis oblectabatur.

Διαγελάω, ῶ, derideo, irrideo, cum accuſ. Lucian. ¶ Item metaph. de tranquillitate, apud Plut.

Εγγελάω, ῶ, irrideo, illudo. cum dat. ἐγγελᾶν τινι, illudere alicui.

Επεγγελῶ (decomp.) vſitatius & ſignificatius eſt pro, illudo, inſulto. Plut. ἐπεγγελῶντες αὐτῷ οἱ ἐχθροί.

Εγερσίγελως, dicitur Bacchus riſum excitans.

Εκγελάω, riſum effundo, in riſum erumpo. Od. σ.

Εκγελως, riſus effuſus.

Επιγελάω, ῶ, arrideo. Xen. Item pro, illudo, inſulto. vt apud Luc. de Vulcano qui Martem & Venerem in adulterio deprehenderat, ὅ γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἐφεστώς. Apud eundem, ἐπιγελᾷ τὸ Σαρδώνιον. ¶ Επιγελᾷ τὸ κῦμα, apud Ariſtot. in Probl. exp. fluctus ſuperfringitur. 312

Ηδύγελως, q. d. dulce ridens.

Καταγελάω, ῶ, irrideo, derideo. Cum genit. apud Xen. Cum dat. apud Herodot.

Καταγελῶμαι, irrideor, ridiculus ſum. Plat.

Κατάγελως, irriſio, deriſio. Xen.

Καταγέλασμα, τὸ, deriſus. Po[illegible] l. 6. c. 4.

Καταγέλαστος, ridiculus, qui derideri ſolet, aut etiā deriſione dignus. Plat.

Καταγελάστως, ridiculè. Xen. Καταγελαστικῶς, deridendo vel deriſorum more. Poll.

Decomp. Εὐκαταγέλαστος, qui irridetur, ridiculus. Aeſchin in Ctes.

Εὐκαταγέλαστος, deriſu facilis. Alij exp. ridiculus, contemnendus.

Προσκαταγελάω, ῶ, inſuper irrideo.

Υπερκαταγέλαστος, valdè ridiculus Plut.

Κλαυσίγελως, fletus cum riſu, lacrymæ riſui intermiſtę. Xen.

Xen.Hell.7.

Παγγέλοιος,omnino ridiculus,apud Luc.

Πραΰγελως,ωτος,ὁ,placido vultu ridens.

Προσγελάω,ῶ,arrideo.Cum accuſ.vi prępoſ.Euriſp.

Σπουδογέλοιος,q.d.cuius ſtudium eſt ridiculum.

Φιλόγελως, ωτος, ὁ, riſus amans,qui libenter ridet. Zephyri epith.in Epigr.& Ariſtot.Rhet.1.

Φιλογέλοιος, qui iocos & facetias amat, qui libenter iocis vtitur,Ariſtot.Rhet.1.

Φιλογελοιαστής,apud Poll.qui iocatores amat,vel qui lubenter iocatur.

ΓΕΛΓΗ, ης, ἡ. exp. variæ & omnis generis merces: vel etiam ſarcina variarum mercium. Pollux eſſe κωμικώτερον ait. Pro eodem dicitur ῥῶπος: de quo vide ſuo loco.

ΓΕΛΓΙΣ, ιθος,& Γελγὶς,ίδος,ἡ, allij caput ſeu nucleus aut ſpica,apud Theophr.

Γελγιδοῦσθαι,in γελγίδας euadere ſeu in nucleos diuidi, in ſpicas diſcerni,Theophr ibidem.

ΓΕΜΩ, plenus ſum,onuſtus ſum. Propriè dici putatur de naui oneraria, Xenoph. De aliis etiam multis dicitur: Plato in Apol. Αναξαγόρου βιβλία γέμει τούτων τῶν λόγων. Et apud Iſocr. πολλῶν ἁμαρτημάτων γέμοντες.

Γέμος,plenitudo,Heſych.

Γεμίζω impleo: Ioan. 2. γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Item onus impono.

Γέμισμα,τὸ, q.d.impletio vel implementum.

Γόμος, ου, ὁ, onus nauis,merces quę ſunt in naui: Poll.

Γομόω,ῶ,onero.

Compoſita.

Αποχέμω, depleo,demo ei quod plenum eſt.

Απογεμίζω, exp.γεμίζω.

Καταγέμω,idem quod γέμω.

* Υπεργεμίζω, ſupra modum impleo,Xen.in lib.de Vectig.

* Υπέργομος,plus ęquo oneratus,onuſtus vltra modum, Strabo.

ΓΕΝΤΑ, Heſychio ſunt, carnes, viſcera: Nicand. in Alexiphar. Αλθαίνει ἢ γέντα συός. Sic Callim.Γέντα βοὸς μέλδοντες,vbi exp.etiam,artus,μέλη.

ΓΕΝΤΙΑΝΗ, ῆς, ἡ, gentiana: herba inſignis amaritudinis: denominata à Gentide ſeu Gentio inuentore,teſte Dioſcor. lib. 3. cap.3. & Plin. lib. 25. cap.7. Rurſum Dioſcor.lib.2. cap.12. dicit, γεντιανῆς ῥίζης, gentianæ radicis.

ΓΕΝΥΣ, υος, ἡ, mentum: Eurip.in Phœn. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται. Item mala, maxilla apud Ariſtot.lib.3.de anim. ᾗ συμβάλλουσιν αἱ γένυες, qua maxillę cum faucibus coeunt. Et in Phyſiogn. ἡ ἄνω ἢ κάτω γένυς Tribuitur etiam lepori à Xen ¶ Item acies, vt acies gladij, Epigr. 6. ἢ ξιφέων ἐξεκόλαψε
313 γένυς. Item ſecuris ſeu bipennis & gladius,teſte Heſych.

Γένειον,ου,τὸ, mentum,Xen.in Symp.& Plut.in Camillo. ¶Alicubi exp. & γνάθος,maxilla,mala. ¶ Item herba: Il. θ. ἢ ἔλλαβε χειρὶ γενείου. Dicitur & de brutis,vt de leone apud Luc.Sępe inuenitur γένεια,plur. num.pro γένειον,vt apud Pauſ.Plut.& alibi.

Γενειαστήρ,exp lorum circa mentum equorum,P.

Γενειήτης ου,ὁ,barbatus.Ionicè pro γενειάτης,cuius fœm. eſt γενειάτις Luc.& ſine ι,γενεάτις,Athen.

Γενειάω,ῶ,F.άσω,barbatus ſum,Ariſtot.Theoc.

Γενειάζω,idem,Od.6.

Γενειάσκω,barbam emittere incipio,Xen.

Γενειάς, άδος,ἡ, lanugo prima qua genę veſtiuntur. Interdum & generaliter pro barba,Naz. ¶ Et γενειάδες, pili ipſius barbę, Odyſſ π. ¶ Item γενειάς, exp.mentum.

Compoſita,ac primùm ex γένυς.

* Μακρόγενυς, qui mentum habet longum. Adamantius in phyſiogn. Μικρόγενυς, qui paruum mentum habet,Adamant.in phyſ.

Οξύγενυς, id quod infra labra in maxilla inferiore eminet,Poll.

Χαλκόγενυς ἄγκυρα,ærata anchora,q.d.æreas malas habens,æreis armata maxillis,Pind.

Compoſita ex γένειον.

* Αἰνογένειος,terribiles malas habens,terribilis,ſæuus, Callim.hymno in Delum.

Διγένειος,qui mento eſt bipartito,Bud.ex Gaza.

* Ευθυγένειος, qui rectum mentum habet, vel ipſam barbam rectam,Polemo in phyſ.

Λειογένειος,læue mentum habens,Herodot.

Μακρογένειος,qui longo eſt mento,Bud.

* Μικρογένειος, paruum mentum habens, Polemo in phyſiogn.

Οξυγένειος,qui acuto eſt mento,Bud.

Προγένειος,cui mentum prominet,Theocr.

Υπογενειάζω, mentum prehendo eius quem rogo,& eius mentum demulceo,Syneſ.

Χαλκογένεια ἔμβολα, roſtra æreas maxillas habentia, pro roſtris æratis,ex Epigr.

Compoſita ex γένειον,i barba.

Αγένειος,ου,ὁ,imberbis:vt πυῤῥίχισαι ἀγένειοι:Lyſ.Τὸ ἀγένειον,q d.barbę carentia.

Αγενείως q.d.imberbiter,Philoſtr.

* Ακρογένειος, cui longum eſt barbitium, apud Ariſt. phyſiogn.

Αρτιγένειος, vt ἀρτιγένειος χνόος in Epigr. q.d.lanugo barbę nuper enatę.

Βαθυγένειος, q.d.profundam barbam habens. Et ſimpliciter,barbatus.Item villoſus.

Ηυγένειος,idem quod εὐγένειος, diſſoluta particula εὐ: vt λὶς ἠϋγένειος,Hom.

Ημιγένειος,ſemibarbatus.

Κακογένειος,(q.d.malè barbatus)qui eſt tenui barba.

Λειογένειος,exp.cui tenuis & mollis eſt barba.

Μαδιγένειος,qui eſt fluxa & rara barba,Camer.

Προγένειος,exp promiſſam habens barbam.

Υπογενειάσκειν,exp.τὸ ἄρτι ἐξανθεῖν τὸ γένειον.

ΓΕΡΑΝΟΣ, ου, ἡ, grus: auis vigilans & prudens, de qua Ariſtot. ¶ Eſt etiam genus ſaltationis ſeu choreę,teſte Poll.lib.4. c 14 ſic dictæ à quadam volantium gruum ſimilitudine,Poll.ibidem. ¶ Item ſcenica quędam machina, qua vtebantur in ſcenis ad corpora rapienda è ſublimi. Aliæ quoque machinæ ſubuehendis attollendíſque oneribus comparatę, γέρανοι vocantur,itémque grues apud Latinos.Dicitur eſſe & pila lignea in qua farina pinſitur ſeu funditur,Heſych.

Γεράνιον ου,τὸ, grus,idem quod γέρανος,machina. Item herba quædam ſic dicta à gruini capitis imagine in ſummo eius cacumine viſenda, de qua vide Dioſc. lib 3.cap 131.

Γερανίτης λίθος,geranites lapis,Plin.l.37.c.11.

Ιππογέρανοι qui magnis gruibus ſeu equis inuehuntur, Luc.in vera hiſt.

ΓΕΡΑΣ, ατος, αος, & ως. premium,munus honorarium,honor,Thuc.Plu.Hom Frequens eſt apud eundem poëtam,τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, pro honore quo muneramur mortuos.

Γεράσμιος, ου, ὁ ἢ ἡ, honoratus, honore & præmio dignus,Nic.in Ther. ¶ Item honorificus γεράσμια ἱερὰ.

Orph. ¶ Aff. & pro ſenili, ex Eurip.
Γεραρὸς, honorandus, venerandus, auguſtus. Il. γ.
Γεραίρω, præmio dono aliquem, muneror honoris cauſa, orno, Od. ξ & Xen. Pæd. 8.
Γεραίζω, præmio dono vel honoro.
Γερήνιος, ου, ὁ, Neſtoris eſt epith. apud Homer. Il. β. γερήνιος ἱππότα Νέστωρ. vide Euſt. Exp. ἔντιμος, γέρων
314 παρὰ τὸ γέρας.

Compoſita.

Αγέραστος, præmio carens. Il. α vide in γέρας.
Επιγεραίρω, inſuper muneror, vel honore afficio.

ΓΕΡΡΟΝ, ου, τὸ, ſcutum Perſicum è vimine textum, Herodot. Xenoph. Sunt qui crates interpretentur. Generalius quidam exp. ἀσπὶς, θυρεὸς, πρόβλημα. Per catachreſin autem γέῤῥον nominatur omne defenſaculum, teſte Harpocratione.
Γεῤῥάδια, Suidę ſunt ſtoreę ex vimine aut iunco.

ΓΕΡΩΝ, οντος, ὁ, ſenex, Plat. & alij. Γέροντες, ſenatores, curia Laced. conſtans ex ſenat. 24 vel ex 28. vide Ariſtot. in Pol. & Plut. in Lyc. & Herodot. in Erat. Dicitur & de rebus inanimis, vt γέρων πέπλος, apud Theocr. Idyll. 7. pro peplo vetuſtate trito. ¶ Item pro colu ex qua ſuſpendi ſolent ſtupę, & fuſo verſato fila trahi. Pollux affert ex Pherecrate. Deducunt παρὰ τὸ εἰς γῆν ὁρᾶν (vt Lat. ſilicernium) quòd ſenes præ curuitate terram inſpiciant.
Γερόντειος, ſenilis, Poll.
Γεροντικὸς, idem: vt γεροντικὴ ἡλικία. Plat. de leg. 6. Γεροντικῶς, ſeniliter.
Γεροντῶδης, ſenilis, poët.
Γεροντίας, patruus, apud Laced. vide Euſt.
Γεροντιάω, ῶ, ſenile delirium reſipio, Laërt.
Γερόντιον, ου, τὸ, ſenecio: diminut. à γέρων Ariſtoph.
Γερούσιος, ad ſenes pertinens, vel qui eſt ſenum. Item qui ſenes decet. Item qui ſenibus pro honorario datur, Hom.
Γερουσία ἡ, ſenatus, Plut. Γερουσιαστὴς, ſenator. Polyb.
Γεραιὸς, ſenex vir. Et γεραιὰ ſenex mulier, anus, apud Hom. ¶ Item ſenilis, vt γεραιὰ χεὶρ Eurip. Compar. γεραίτερος, apud Xen. Et ſuperl. γεραίτατος. Aff & Γεραρὸς pro, ſenex honoratus, ex Epigr.

Compoſita.

Αθηνογέρων, qui in ſenectute literis operam nauare incipit: quia Minerua ſtudiis præeſſe credebatur.
Δημογέρων, qui ex populo præ aliis honoratus eſt ob ſenectutem, Il γ. & Ariſtot. in fine l. 2 eth. Alicubi δημογέροντες, exp. etiam ſenatores.
Ηριγέρων, ſenecio, herba cui nomen hoc datum, quia vere caneſcit, vt docet Plin.
Νυσταλογερόντιον ου, τὸ, ſenex dormitator, Etym.
Νωδογέρων ſenex & edentulus.
Τριγέρων, q. d. triſenex in Epig. dicitur de Neſtore qui tres ætates vixit.
Τυμβογέρων, ſenex capularis, ſilicernium, idem qui ὁ γέρων τύμβος, Euripidi.
Τυφογέρων, faſtuoſus ſenex. Ariſtoph.
Ωμογέρων, cui cruda & viridis ſenectus, Il. ψ.

ΓΕΥΩ, F. σω, guſtare facio, guſtum præbeo, Plato Pol. 7. γεύσειν αἵματος ὥσπερ τοὺς σκύλακας. Et cum accuſ. Eurip. in Cycl. ἔβλεψε σε γεύω πρῶτον ἄκρατον μέθυ, Metaph. apud Plut. in Numa, δούλους ἔγευσε τιμῆς ἐλευθέρας. ¶ Item pro γεύομαι in tranſit. ex Herodoti Polymn affertur γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα.
Γεύομαι, F. σομαι, guſto, deguſto. Cũ genitiuo ſępe iungitur. Apud Soph. γεύεσθαι πανδήμου στρατοῦ, exp. deglutire vniuerſum exercitum. ¶ Item experior, vt γεύεσθαι ἀρχῆς, Herodot. Et γευσόμεθ' ἀλλήλων. Il. υ. experiamur alter alterum. Et cum accuſ. vt ad Hebr. 6. καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα.
Γεῦμα, τὸ, guſtus, & q. d. guſtamentum, Eurip.
Γευματίζω, guſto.
Γευθμὸς, οῦ, ὁ, guſtus, apud Nicand.
Γεῦσις, εως ἡ guſtus, guſtatus, Ariſtot. eth. 3.
Γευστὸς, οῦ, ὁ, q. d. guſtabilis, vel guſtu perceptibilis, qui percipi ſeu ſentiri guſtu poteſt. Item quem guſtare, & quo vti pro cibo poſſumus. Γευστικὸς, guſtatorius, vt γευστικὴ δύναμις, Alex. Aphrod. Γευστήριον, guſtandi inſtrumentum. Item poculum quo vinum deguſtatur, apud Athen. 11. vide Poll.

Compoſita.

Αγευστος, qui guſtari non poteſt, vel qui guſtatus non fuit, Plut. Actiua ſignificatione ſæpius ponitur, pro eo qui non guſtauit, vt ἄγευστος θοίνης apud Suidam, 315
pro ἄπαστος. Et metaph. pro, expers ἄπειρος, Xen.
Αγευστία, ieiunium, hoc eſt, nihil guſtaſſe.
Αναγεύω, idem quod γεύω, Ariſtoph. in Nub.
Απογεύομαι, deguſto, Plat. de rep. 1.
* Επιγεύομαι, guſto: Plut. in lib. quòd bruta ratione v- (tantur.
Οἰνογευστέω, vinum guſto, Athen. l. 9.
Παραγεύω, guſtum aliquem præbeo, Plut. in Lycurgo, παρέγευε τοῦ φρονήματος.
Προγεύομαι, prægusto, Anaxilas apud Athen.
Προγεύστης, prægustator, apud eundem Ath.
Προγευματίζω, antè guſto, Ariſtot.
Προτογεύστης, idem cum προγεύστης.

ΓΕΦΥΡΑ, ας, ἡ, pons, Hom. Plut. & alij. ¶ Γέφυραι, apud Homerum ſunt etiam interualla & ſemitæ inter binos aciei inſtructæ ordines, per quos vltrò citróque commeare licet, vt annotatur ex Euſtathio, in Iliad. δ. Deducunt παρὰ τὸ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν μεταφέρειν quaſi γήφερα.
Γεφυρόω ῶ, ponte ſeu pontibus iungo, pontem impono, vt γεφυροῦν ποταμὸν. ponte iungere fluuium, Luc. τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς, cadaueribus tanquam ponte iungere fluuios.
Γεφυρωτὸς, dicitur itidem ποταμὸς, qui ponte iungitur, ſeu cui pons imponitur, Plut.
Γεφύρωμα, τὸ, ipſum opus iungendi fluuium ponte. Vulgo exp tranſitus.
* Γεφύρωσις pontium extructio, Strabo l. 1.
Γεφυρωτὴς, οῦ ὁ, qui pontem ſeu pontes conſtruit.
Γεφυρίζω, propriè è ponte ſcommata in aliquem iacio. Et generaliter pro, ſcommata in aliquem iacio, ſeu probra, derideo, cauillor, ſubſanno, Plut.
* Γεφύριον, ponticulus, Æl. var. hiſt. l. 8.
Γεφυρισμὸς οῦ, ὁ, Actio illa iaciendi ſcommata.
Γεφυριστὴς, οῦ, ὁ, qui ſcommata è ponte iacit in aliquem, Heſych. Item pro irriſore, Plut.

Compoſita.

Απογεφυρόω ῶ, idem quod γεφυρόω
* Δυσγεφύρωτος, qui vix iungi poteſt, qui ægrè pontem ferre poteſt. Strabo l. 1.
Καλλιγέφυρος, vt ποταμὸς καλλιγέφυρος, fluuius pulchrum pontem habens.

ΓΗΘΕΩ, ῶ, F. ήσω, gaudeo, lætor. Interdum cum dat. vt Heſiod. μύθῳ γηθήσαι. Interdum cum accuſat. Il. ι, τίς ἂν τάδε γηθήσειεν. Legitur & præt. γέγηθα, (per ſyncopen ex γεγήθηκα) vnde γεγηθὼς apud Demoſth. Γήθω, etiã barytonè dicitur, vnde eſt γηθόσυνος, vt tradit Euſt. Fortè à γαίω deductũ eſt, ſicut κνήθω à κνάω.
Γεγηθότως, aduerb cum gaudio, læto animo, Bud.
Γῆθος εος τὸ gaudium, Heſych.
Γηθοσύνη ἡ, pro eodem, Il. φ.
Γηθόσυνος, adi. lætus, lætabundus.
Γηθοσύνως aduerb. lætè, lætabundè.

Compoſita.

Αμφιγηθέω, vnde ἀμφιγέγηθα, valdè gauiſus ſum, q. d. circumquaque gauiſus ſum.
Δαφνογηθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, lauro gaudens, Epigr.

Επιγηθέω,vt ἐπιγηθήσας τοῖσδε,lætatus ſuper his.
Εὐγάθητος,Doricè pro εὐγήθητος.delectabilis.
Αυρογηθὴς,lyra gaudens.Epith.Apollinis,in Ep.
Μελιγηθὴς ſiue μελιγαθὴς, melle gaudēs,melleus.Pind.
Περιγηθὴς,valde lætus,Heſych.
Πολυγηθὴς,multum lætitiæ afferens,Heſiod.

ΓΗΘΥΟΝ,ſiue γήτειον,ου,τὸ,eſt planta quædam ſimilis ampeloproſo, teſte Euſth. Etym. γήτειον eſſe ait χλωρὸν κρόμμυον, dicique quaſi ἐκ γῆς ἔτειον, vtpote αὐτόφυτος ἐκ τῆς γῆς ὄν. vide & Th. hiſt. plan.l.7.c.4.
Γηθυλλὶς,ίδος,ἡ,idem cum γήθυον.Epicharm.

ΓΗΡΑΣ, ατος,τὸ,ſenectus.Hom. Xen. Galeno γῆρας τὸ ἐκ νόσου,eſt (inquit Budæus) quum in tabem æger ex febre hectica incidit,ita vt ſimilis ſit ſeni iam debili & arido.
Γηραιὸς,ſenex.Heſiod.Plat.Xen.Theophr.
Γηραλέος,idem apud poetas.Aff.& ex Philone.
Γηράσκω,ſeneſco.Γηράω,ῶ,F.άσω,idem Hom.Xen.
Γήρασμα,τὸ,q.d.ſeneſcentia.Γήρειον pro eodem.

Compoſita.

Αγήρατος,ου,ὁ κ ἡ,ſenectutis expers.Ariſtot.
Αγήραος,pro eodem apud poetas,Heſiod.
Αγήρως,ω,ὁ,κ ἡ, idem.apud Hom.& Heſiod. Sic & Thuc.2.ἀγήρως ἔπαινος, immortalis laus.Accuſatiuus ἀγήρω ſine ν reperitur interdum maſcul. gen.vt ἀγήρω βίον apud Plut.interdum fœm.gen.vt ἀγήρω ψυχὴν, apud eundem,pro quo legitur & ἀγήρων.In genere neutro dicitur ἀγήρων. Thuc.2. τὸ γδ φιλότιμον ἀγήρων μόνον.
Απογηράσκω,idem quod γηράσκω.
Βαθύγηρως,ὁ,profundæ ſenectutis,decrepitus.
Εγγηράσκω,ſeu ἐγγηράω,ῶ,q. d. inſeneſco.
Εγγήρασμα,id cui inſeneſcimus.Plut.
Ελλήγηρις,ἡ, Cereris epith. διὰ τὸ ὑπὸ τῆς ἡλίου ἕλης γηρᾶν.vide Euſt.
Εννεάγηρως,κ' ἐννεάγηρα, nouem ſenectutes(i.ætates)viuens.Cornicis epith.Apud Arat.
Εσχατόγηρως,extremam ſenectutem agens,decrepitus.
Εὔγηρως,ſenio felix:ſeu cui commoda & beata ſenectus obtingit. Ariſtot. & Plut. Dici putatur & εὔγηρος, vnde fit ſuperl εὐγηρότατος Heſych.& Suid.
Εὐγηρία,ἡ,commoda & beata ſenectus.Ariſtot.
Καταγήρως,aff.pro,conſeneſcens.
Καταγηράσκω,ſeneſco Heſiod.
*Decomp.*Εγκαταγηράσκω,conſeneſco.in Bud.
Συγκαταγηράσκω,conſeneſco,vnà ſeneſco.Laert.
*Μακρόγηρως, qui longam ſenectutem agit,qui diu in ſenectute viuit,Dioſc.l.2.
Παραγηράω,ῶ, deliro præ ſenectute, ſenectute conficior.
Παραγήρασμα,deliramentum.
Περιγηράσκω,conſeneſco,inueteraſco. (ne.
* Προγηράω,antè ſenex fio, antè ſeneſco. Luc.in Timo-
Σύγγηρος,ου,ὁ,affertur ex Epig pro,conſeneſcens.
Συγγηράσκω,conſeneſco.
Ταχύγηρος,citò ſeneſcens.Hippocr.
Υπέργηρως,(q d.ſupra modum ſenex)decrepitus.Luc.in dial.Terpſ.& Ditis.

ΓΗΡΥΣ,εος,ἡ,vox, φωνή. Plut. & Homer.Il.δ΄ Οὐ γδ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος,οὐδ' ἴα γῆρυς.
* Γήρυμα,idem quod γῆρυς.Plut.
Γηρύω,ſono,loquor.dico.Heſych.
Γηρύομαι,idem.Heſiod.in Erg.

Compoſita.

Βροτόγηρυς,ὁ, mortalium vocem habens. Ex Epigr.de pſitaco humanam vocem vſurpante.
Εριγήρυις, Heſych.exp.μεγαλοφώνοις.
Εὔγηρυς ἀοιδὰ,vocalis cantus,apud Ariſtoph.

Μελίγηρυς, melleam vocem edens,ſuauiſonus,Od.μ.
*Μελιχόγηρυς,placidam,& blandam vocem habens. Tyrtæus de virtute bellica.
* Ποικιλόγηρυς,variè ſonans.Pind.Olymp.3.
Τετράγηρυς, quatuor voces edens,quatuor ſonos diuerſos habens.Strabo l.13.

ΓΙΓΑΡΤΟΝ, ου, τὸ, acini vinacei lignū ſeu nucleus, i.quod in acino vinaceo lignoſum,oſſeúmve,aut lapidoſum eſt,vt in ceraſis,prunis,oliuis.Athen. ¶Sic dicitur etiam τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, vt ſchol. quidam Ariſtoph.annotat in Acharn.
Γιγαρτώδης, plenus γιγάρτων, vel proximè accedens ad γίγαρτα. 316

Compoſita.

Αγίγαρτος βότρυς,botrus acinis carens.Geopon.
Εκγιγαρτίζω,nucleum eximo.Dioſc.
Καταγιγαρτίσαι, exp.acinos eximere vel conterere.Expon.etiam,καταθλῖψαι, in modum τῶν γιγάρτων:dicitúrque ex conſequente ſignificare συνουσιάσαι, coire.Ariſtoph.in Acharn.

ΓΙΓΑΣ, αντος, ὁ, gigas:immanis inuſitatæque proceritatis homo, quales olim Terra filios genuiſſe dicitur,vel Iouem ipſum oppugnare auſos.Od η.Euſth.à γίνεσθαι & γῆ deducit,quia è Terra nati ferebantur.
Γιγαντεῖος & γιγάντιος, ου,ὁ, gigantæus ſeu giganteus, qui vel qualis gigantum eſt.Epigr.
Γιγαντώδης,gigantum ſimilis.Phil.
Γιγαντιάω,ῶ, gigantum ſimilis ſum : corporis videlicet immani mole vel feritate.Suid.

ΓΙΓΓΙΔΙΟΝ, ου,τὸ,gingidium : herbula ex olerum genere, ſylueſtri paſtinacæ ſimilis, ſed tenuior, & amariore radice,Dioſc.l.2.c.167.

ΓΙΓΓΛΥΜΟΣ, οῦ,ὁ, Heſychio eſt cardo portæ,qui cum ipſa porta vertitur. vel potius ferramenta illa duo quæ per commiſſuram inter ſe coeuntia, clauo traiecto portam ſuſtinent, & in quibus ipſa ceu cardinibus vertitur. Inde ad διάρθρωσιν transfertur, vide Hippocr.de locis in hom. ¶ Item ſuauij genus Heſych.
Γιγγλυμοῦσθαι, ſtructuram habere ginglymo ſimilem, per ginglymum iungi Hippocr.
Γιγγλυμώδης, figuram habens ginglymi. Reperitur & γιγγλυμοειδὴς,apud Ariſtot. ſimiliter & γίγγλυμος,apud Suidam.

ΓΙΓΓΡΑΣ,ου,ὁ, paruula quædam tibia,lamentabilem flebilémque emittens vocem, teſte Poll.Tryphoni quoque apud Athenæum lib.14.γίγγρας eſt αὐλήσεως ὄνομα.Ab eodem Athen. lib.14. eædem tibiæ vocantur Γίγγροι etiam, itidémque ab Heſych. necnon γίγγραι.
Γιγγραίνω,tibia illa,quæ gingras dicitur,cano.
Γιγγραντὰ μέλη,carmina ad gingras cantata.
Γιγγρασμὸς,ſonus τῦ γίγγρου.Heſych.exponit ſonus.

ΓΙΝΩΣΚΩ, vel γιγνώσκω, P. ἔγνωκα, F. γνώσομαι, tanquam à γνόω,ῶ,Aor 2.ἔγνων (vnde γνῶθι in imperat. γνοίην in optat. & γνῶ in coniunct. tanquam à γνῶμι)noſco, cognoſco, noui. vt γνῶθι σεαυτόν. Xen. Pæd.8.ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γινώσκω.Cum partici. vt γινώσκω σε ἐπιθυμοῦντα,apud Xen.Apud Ariſtophan.in Pluto.γινώσκω ἥττων ὤν, cognoſco me inferiorem eſſe. ¶Aliquando & pro,agnoſco. Cicer.apud Democr οὔτις με ἔγνωκεν,exponit, non me quiſquam agnouit. ¶ Item cenſeo, exiſtimo, iudico, ſtatuo. Xenoph ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶ) , νικᾶν τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιοῦν.i.cenſes,exiſtimas,iudicas. Apud Plut.

ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ſtatuerunt hoc ſibi faciendum non eſſe. Luc. in Prometheo, ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεὺς, iniqua in me ſtatuit Iupiter. ¶ Item ſentio, Luc. lib. de ſacrif. ἃ γινώσκουσι περὶ αὐτῶν, quæ de ipſis ſentiunt. ¶ Item cognoſco, i. conſuetudinem habeo, coeo. vt apud Mat. & Lucam c. 1. Sic & Plut. in Alexandro, οὐτ᾽ ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης.

Γινώσκομαι, & γιγνώσκομαι, præt ἔγνωσμαι noſcor, cognoſcor, Xen. Item res aliqua dicitur ἐγνῶσθαι, quæ conſtituta eſt ſeu decreta. Sic part. ἐγνωσμένος, decretus, ſtatutus, apud Luc. & Iſocr.

Γνῶσις, εως, ἡ, cognitio, Ariſtot. Luc. & alij. ¶ Item ſcientia, doctrina, ſapientia, apud Græcos bibliorum interpretes, itidémque 1. Cor. c. 8.

Γνώστης, ου, ὁ, cognitor, item gnarus. Pro ariolo, in lib. Reg.

318 Γνωστὴρ, ῆρος, ὁ, cognitor, explorator. Xen.

Γνωστὸς, οῦ, ὁ, qui cognoſci poteſt, Xen. Affertur & pro, cognitus, notus, ex Greg.

γνωστικὸς, οῦ, ὁ, cognoſcendi facultate præditus. Gr. Naz. Item γνωστικοὶ, hæretici quidam ſic dicti ob inſignem eruditionem quam ſibi vindicabant. γνωστικῶς, cum cognoſcendi facultate. D. Areop. * Item, diuinationis peritus. Laert. in Epimenide, φασὶ γὰρ καὶ γνωστικώτατον γεγονέναι.

Γνωτὸς, οῦ, ὁ, notus, cognitus. Sophocl. ¶ Capitur interdum & pro conſanguineo, vt Apoll. Arg. 2 γνωτοὶ πατρὸς οἱ ἄμμιν ἐόντες, exp. συζυγεῖς Item pro fratre, Il. γ.

γνώμη, ἡ, ſententia, opinio, vt ἐμὴ γνώμη Interdum exp. propoſitum, voluntas, conſilium, cogitatio: aliiſque modis pro loco, Thucid. lib. 2. γνώμην ἔχοντες οἱ μὲν μὴ ἐκπλεῖν, ſentientes non eſſe nauigandum, vel ſtatuentes non nauigare. Apud eundem ſæpe γνώμην ποιοῦμαι (ſequente infinit.) ſtatuo, delibero, cogito, vel decreui, ſtatui. Apud Dem. γνώμην ἀποφαίνεσθαι, ſententiam pronuntiare. Cum præpoſ. vt ἀπὸ γνώμης τινὸς, ex ſententia & conſilio alicuius, apud eundem Dem. Apud Thucyd. l. 4 ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γνώμης, exp. ſuopte conſilio. Ἐκ μιᾶς γνώμης, apud Dem. vno conſenſu. Κατὰ γνώμην, ex animi ſententia. Παρὰ γνώμην, contra animi ſententiam. At κατ᾽ ἐμὴν γνώμην, mea quidem ſententia, meo quidem iudicio. Datiuus γνώμη ponitur interdum aduerbialiter pro, conſultò, de induſtria. ¶ Item decretum, ſenatuſconſultum. Bud. ex Plut. ¶ Item conſilium, prudentia. Demoſt. ¶ Item ingenium, Ariſtoph. ¶ Item mens, animus: Thucyd. lib. 5. γνώμην ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην, eſſe animo ad pacem propenſo, inclinare ad pacem, & ſpectare ad pacem. Item ſententia, i. dictum aliquod inſigne ad vitæ inſtitutionem pertinens, vt γνῶμαι τῶν ποιητῶν, apud Iſocr. & Aeſchin. Hinc ſunt quæ ſequuntur.

Γνωμικὸς, pertinens ad ſententias, ſententioſus. vt γνωμικὸς λόγος. Damaſcenus γνωμικὸν θέλημα vocat τὸ θελητὸν, quod conſtituimus, propoſitum. γνωμικῶς, ſententioſè, Plut.

345 poteſt & γυιῶσαι. Apud Etymologum exponitur tardus in inceſſu, tardigradus, aut ambobus pedibus claudus.

Ἀμφιγυιόω ῶ, vnde ἀμφιγυιῶσαι, quod exp. ἀκρωτηριάσαι i. extremas partes amputare. Ab Heſych. exp. etiam ἑκατέρωθεν εἰς γῆν πῆξαι, i. vtrinque terræ infigere, vtrinque depangere.

Ἀπογυιόω ῶ, deartuo, delumbo, eneruo, Il. γ.

* Βαρύγυιος, grauis ſeu grauatus membris, membra habens grauia, membra aggrauans, Opp. 5. Hal.

Ἐγγυιόω, in γυῖα, (i. manus do.) Heſych.

Ἐνίγυιος, vno membro ſeu pede mutilus, Suid.

Θρασύγυιος, audax membris. θρασύγυιον νίκαν, fortis viri victoriam, ex Pind.

Καταγυιόω ῶ, idem quod ἐγγυιῶ, Gal. apud Hipp.

Λιπόγυιος, artubus deſtitutus: & *ſpecialius*, deſtitutus pedibus, mancus, in Epigr.

Λυσίγυιος, membra ſeu artus diſſoluẽs. Λυσιγυΐα, membrorum luxatio & diſſolutio, Hipp.

Νεόγυιος iuuenilia membra habens, iuuenis.

Ὀβριμόγυιος, validos artus habens, Opp.

Ὑπόγυιος, qui iam quaſi in manibus eſt, ſeu inſtans. Item recens. Pro quo & ὑπόγυος, ſcribitur, omiſſo ι. Ariſtot. eth. 3. καὶ ὅτι θάνατον ἐπιφέρειν ὑπόγυια ὄντα. Apud Herodot. lib. ὑπόγυιος μνήμη, recens memoria. Ἐξ ὑπογυίου (ſ. χρόνου) ſubitò, ex tempore.

Ὑπογυίως, nuper, recens: Iſocr. Ὑπογυιότατα, nuperrimè.

ΓΥΛΙΟΣ, ου, ὁ, vaſculum militare quo milites in itineribus vtebantur ad reponenda ſibi neceſſaria, inquit Etym. ex Diogene. Itidem ſchol. Ariſtoph. dicit γύλιον fuiſſe vas vimineum, in quo milites aſſeruabant cibos quum ad bellum proficiſcebantur. Apud Heſych. ſcribitur γύλλιος. Eſt & γύλιος porcus ſpinus, qui & χοιρογρύλλιος, teſte Suida.

ΓΥΜΝΟΣ, οῦ, ὁ, nudus Heſiod. Et cum genit. vt γυμνὸς ἐσθῆτος, & γυμνὸς ὅπλων apud Hrodian. ¶ Item peculiariter, nudus armis, inermis, apud Hom.

Γυμνότης, ητος, ἡ, nuditas, Chryſoſt.

Γυμνόω, ῶ, nudo, denudo: vt γυμνώσας τὸ ξιφίδιον apud Herodian. nudato pugione, i. euaginato. Et cum genit. γυμνῶ σε τῶν ὅπλων apud eundem. ¶ Item, ſpolio, priuo, apud Herodian. Item exhaurio.

Γυμνόομαι, οῦμαι, idem quod γυμνῶ nudo, apud Thuc. Item paſſ. nudor: vt ἐγυμνώθη ῥακέων, exutus pannis. Item ſpolior, priuor. Plat. 2. de rep. γυμνωτέος δὴ πάντων. Affertur & *pro* exhaurior. ex Nonno, ἀμφιφορῆες ἐγυμνώθησαν.

Γύμνωσις nudatio.

Γυμνάζω, exerceo. Iſocr. γυμνάζω σεαυτὸν τοῖς πόνοις. Dicitur & γυμνάζειν περί τι, apud eundem, in Hell. enc. apud Xen. γυμνάζω τοὺς παῖδας ταῦτα ποιεῖν.

Γυμνάζομαι, propriè exerceo me certamine gymnico, apud Thuc. Dicitur & de qualibet exercitatione. Cum genit. apud Philoſtr & 2. epiſt. Pet. c. 2. Cum πρὸς, apud Ariſtot. Polit. lib. 6. Cum ἐπὶ, apud Iſocr.

Γύμνασμα τὸ, exercitatio, Athen.

Γυμνασία ἡ, idem. Γύμνασις, εως ἡ, idem.

Γυμνάσιον ου, τὸ, idem. Iſocr. Ariſtot. & Luc. Item locus in quo nudi ſe exercebant, Luc.

* Γυμνασιώδης, ad gymnaſium pertinens, vim habẽs ſeu naturam exercitij, Cic. epiſt. 6. ad Att.

Γυμναστὴς, οῦ, ὁ, qui exercet pueros in palæſtra, qui præfectus eſt exercendis pueris, Xen. Γυμναστικὸς, exercitatorius, ad exercitationem pertinens. vel exercitationis palæſtricæ peritus, Plat. in Protag.

Γυμναστικὴ (ſub. τέχνη) ars docens quę ad exercitationem pertinent, Plat. in Gorg.

Γυμναστάς, άδος ἡ, exercitationi dedita, qualis eſt palęſtrica, Luc.

Γυμνικὸς, οῦ ὁ, gymnicus, Thuc. Xen.

Γυμνὴς ῆτος, ὁ, item Γυμνήτης, οῦ, ὁ, miles leuis armaturæ. Et γυμνήτης βίοτος, nuda vita. Ex epigr.

Γυμνητία ἡ, milites leuis armaturę, Thuc. l. 7.

Γυμνητεύω, ſum miles leuis armaturæ. Item nudus ſum, apud Baſil.

Γυμνήσιδες νῆσοι, quę & Baleares & Callarides, ex Dioſc. Γυμνησίαι, eædem, Steph.

* Γυμνητικὸς, leuis armaturæ, qui nudus degit, Strabo.

Γυμνηλὸς, inops, Heſych.

Compoſi-

Compoſita.

Ἀγύμναςος, inexercitatus, qui nondum exercuit corpus. vt equi ἀγύμναςοι, Xen.Pæd.8. vel qui non eſt aſſuetus exercere corpus, Gal.ad Glauc.2. Et cum genit. apud Xen. Pæd.1. ἀγύμναςοι τέτων. ¶ Item pro πολυγύμναςος, valde exercitatus, Heſych.
Ἀγυμνάςως, inexercitatè, imperitè, Xen.
Ἀγυμνασία, cui opponitur γυμνασία. Ariſtophan. in Ran. Item pro inertia & deſidia.
346 Ἀναγυμνόω, ῶ, nudo. Συναναγυμνόω, (*decomp.*) ſimul nudo.
Ἀπογυμνόω, ῶ, idem. vnde ἀπογυμνωθεὶς apud Heſiod.
Ἀπογύμνωσις, idem quod γύμνωσις.
Ἀπογυμνάζομαι, exerceor, me exerceo, Ariſtot.
Διαγυμνάζομαι, exercendo me agito, Gal.
Ἐγγυμνάζω, exerceo. Cum dat. rei, vt ἐγγυμνάζω τέτῳ, exerceo hac in re, Plut.
Ἡμίγυμνος, ſeminudus.
Καταγυμνάζω, exerceo, Luc.
* Παράγυμνος, idem quod γυμνός, nudus. Laertius in Menedemo.
Παραγυμνόω, ῶ, nudo. Metaph. patefacio, reuelo, Naz.
Προγυμνάζω, præexerceo, Luc.
Προγύμνασμα, præexercitatio.
Προγυμναςής, qui præexercendo præparat, Plat.
Πολυγύμναςος, multùm exercitatus, vel in multis.
Συγγυμνάζω, coexerceo, ſimul exerceo.
Συγγυμνασία, coexercitatio.
Συγγυμναςής, ſocius exercitationis, Plut.
* *Decomp.* Ἀσυγγύμναςος, qui ſimul non exercetur, vel qui non exercetur, Lucian. in Paraſito.
Φιλογυμναςία, amor exercitij, cupiditas exercitationis.
Φιλογυμναςέω, ῶ, amo exercitationem, Plut.

ΓΥΝΗ, αικὸς ἡ, (tanquam à γύναιξ) mulier, fœmina, Il. λ. Item vxor vt Il. ζ. ἢ ὅτ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. Plat. in Pol.pr. καὶ διαλλακτὴν ἄμφω πρὸς γυναῖκας αὐτῶν. Sic ἔγημε γυναῖκα, Od. ο. & ἠγαγόμην γυναῖκα, Od. ξ. Paſſiuè autem γυνὴ γαμοῖτο, Heſ. in Erg. Hinc & γαμετὴ γυνή, pro γυνὴ ſimpliciter. Dicta autem γυνὴ quaſi γονή, παρὰ τὸ γείνω, vt tradit Etym. itidémque Plato.
Γυναικεῖος, ὁ, muliebris, Xen. Γυναικεία θεός, bona dea, Plut. in Cæſ. & Cic. ¶ Τὸ γυναικεῖον, (ſubſt.) gynæceum. i. locus interior in ædibus in quo ſolę mulieres verſabantur. Τὰ γυναικεῖα, (ſub. πάθη) muliebria, accipitur pro menſtruis ſeu mulierum purgationibus. Ariſtot. lib.7. de hiſt. anim.
Γυναικήϊος, reſolutione Ionica pro γυναικεῖος.
Γυναικηΐη, ἡ, muliebre conclaue.
Γυναικίας, ὁ, ὁ, muliebris, effœminatus, Luc.
Γυναικικὸς οῦ, ὁ, idem. vnde comp. γυναικικώτερος.
Γυναικώδης ὁ καὶ ἡ, muliebris, effœminatus.
Γυναικὼν, ῶνος, ὁ, mulierum conclaue, mulierum contubernium, Xen. Pæd.5.
Γυναικωνίτης, ου, ὁ, & fœm. γυναικωνῖτις ιδος, ἡ, idem quod γυναικών, Plut. & Dion. Longin. Aliquando pro cœtu ipſo mulierum capitur, Plut.
Γυναικάριον, ου τὸ, muliercula, vxorcula.
Γυναικίζω. F. ίσω, cultu geſtúque fœminam repręſento, in mulierem degenero, Dion.
Γυναικίζομαι, in fœminam degenero, Luc.
Γυναικισμὸς, οῦ, ὁ, ſuperſtitio muliebris, meticulus muliebris, Plut. in Cæſ.
Γυναίκισις, εως, ἡ, actus muliebris, imitatio muliebris, Ariſtoph. in Theſmoph.
Γυναικιςὶ, (*aduerb.*) muliebriter, Athen.
Γύναιον ου, τὸ, muliercula, Dem. Et Od. ϑ.
Γύννις, ιδος, ὁ, ſemimas, ſemiuir, Plut. in Alex.

Compoſita.

Ἄγυνος, & ἀγύνης, ου, ὁ, vxore carens, cœlebs, Poll.
Ἀγύναικος, pro eodem, Poll.
Ἀνδρόγυνος vel ἀνδρόγυνος, ου, ὁ, (q.d. mariſœmina) vir pariter & fœmina. vtrumque habens ſexum, vel vtriuſque naturę. Plat. in ſymp. ¶ Ἀνδρόγυνοι vocantur etiam illi quibus exciſa ſunt virilia. Vide Poll. ¶ Item ἀνδρόγυνος, ab Heſych. exp. debilis & imbecillis, inualidus. ¶ Item, effœminatus, muliebri & molli animo prędit us, Suid. In parabolis Solomonis capitur pro ſocorde & parum ſtrenuo, vt ſcribit B.
Ἀπογυναίκωσις εως ἡ, effœminatio.
Ἡμίγυνος, ſemimulier, Syn.
Καλλιγύναιξ, αικος, ὁ καὶ ἡ, pulchras mulieres habens. Epithetum quibuſdam locis attributum à poetis.
Καταγύναιξ, mulieroſus. Καταγύνης, idem.
Μισογύνης, ου, ὁ, oſor mulierum. oſor vxoris, Athen.
Μισογυνεία, ἡ, odium mulierum.
Μισογύναιος, idem cum μισογύνης, Heſych.
Νεογύνης, qui nuper vxorem duxit. apud Poll.
Ὀργυναίκα. Bacchum poeta quidam dixit *pro*, concitatorem mulierum, apud Plut. ſymp. 4.
* Ὀρειγύναιξ, in montibus cum mulieribus verſans. Plutarch
* Πολυγύναιξ, idem quod πολυγύναιος, qui multas vxores habet, Strabo.
Πολυγύναιος, ου, ὁ, qui multas vxores habuit, Athen.
Πρωτογυναῖκες qui primùm vxores ducunt, Heſych.
Φιλογύνης & φιλόγυνος, ου, ὁ, mulierum amans, mulieroſus, Athen. lib.11. & 13. 347
Φιλογύναιος, pro eodem. Φιλογυνία, mulieroſitas. Scribitur & φιλογυνεία,
Φιλογύναιξ, αικος, idem quod φιλογύνης, Plat.

ΓΥΡΓΑΘΟΣ, ου, ὁ, caniſtrum è vitili, qualus è vimine plexus, Luc. Athen. lib.5. Vide Poll. libro 7. c.30. & l.5. c.35.

ΓΥΡΙΣ, εως, ἡ, pollen. Ita appellant (inquit Plinius) in tritico quod florem in ſiligine, Dioſc.
Γυρίτης, ου, ὁ, vt γυρίτης ἄρτος, panis è polline, in Geopon. lib.10.

ΓΥΡΟΣ, οῦ, ὁ, curuus, incuruus. Item rotundus. Od. τ. γυρὸς ἐν ὤμοισιν, in Anth. ep. γυρὸν ἐπισκύνιον. exp. incuruum ſupercilium vel inflexũ. ¶ Item, pro ſcrobe, ex Theophr. γύρους προορύττειν. de cauſ. pl. lib.3. cap.5. ¶ Γῦρος autem gyrus, circulus, vel ambitus, vt exp. Bud. apud Plut. τῷ κλήματι γῦρον περὶ αὐτὸν ὁ Ποπίλιος περιέγραψεν. Item placentę quoddam genus, Athen. Scribitur & γῦρος in omnibus ſignif.
* Γυραλέος, idem quod γυρὸς, incuruus, inflexus. Opp. lib.1. de Venat.
Γυρόω, ῶ, incuruo, vt exp apud Opp. de venat. l.3. Αὐχένα δ' ὑψόσ' ἄειρεν ἐς ἠέρα γυρώσαντα. Item, in gyrum colligo, in orbem verto. Γυρῶσαι φυτὰ, apud Aratum, ſtirpes in ſcrobes condere. * Item γυρόω, fodio, Nic. in Alex.
Γυρῶσθαι, apud Greg. exp. volui.
Γύρωμα & Γύρωσις, circumactio in orbem. Exp. & circus apud Theophr.
Γυρεύω, aff. pro γυρόω. Et γυρεία, pro foſſione, Gaz.
Γύριος orbicularis & in gyrum ſe reuoluens, Suid.
Γυρῖνος, ranę rotunda ſpecies, cui videlicet nondum ſunt pedes, inquit Euſt.
Περιγυρείδας, (*comp.*) exp. περιφερείας.

ΓΥΨ, υπὸς, ὁ, vultur: qui & αἰγυπιὸς Hom. Plut.
Γύπινος, ου, ὁ, vulturinus, qui è vulture eſt.
Γυπὶ, ſeu γύπη, ἡ, vulturis nidus, Heſych. γύπαι ſunt etiam tuguria, luſtra, domicilia ſubterranea, ſpeluncę. quas & γυπάρια nominari ait Ariſtoph.
Γυπάριον, vide γυπὶ, pręcedens.

Ἱππόγυπποι, οἱ, (*comp.*) qui magnis vulturibus inuehuntur, Luc.

ΓΥΨΟΣ, ου, ἡ, gypſum, cognata calci res, maximi vſus in albariis, teſte Plinio. Vnde apud Pauſaniam ἄγαλμα ἐκ γύψου: & apud Athenæum ἀλεῖψαι γύψῳ.

Γυψόω, ῶ, gypſo illino, gypſo induco & dealbo.

ΓΩΛΕΑ, τὰ, ſpeluncę & luſtra ferarum, Nic.

ΓΩΝΙΑ, ας, ἡ, angulus, Ariſtoph. Plut. in lib. de frat. char. γωνίαι pro anguſto loco dixit, ὑπὸ οἰκοπέδου καὶ γωνίας πρὸς ἀδελφοὺς διαμένουσι μαχόμενοι. ¶ Ponitur etiam pro loco abdito. Act. cap. 26. Contrà verò apud Matt. cap. 6. γωνίαι τῶν πλατειῶν, ſunt loca in quibus deſinunt plateæ in angulos. vnde & quidam exp. angiportus. Quidam grammatici à γόνυ deducunt.

Γωνιόομαι, οῦμαι. vnde γεγωνιωμένος, apud Dioſc. l. 3. c. 9. (q. d. angulatus) exp. anguloſus.

Γωνίδιον, ου, τὸ, paruus angulus, Luc. Sæpe pro loco anguſto & pro abdito ponitur.

Γωνιαῖος, angularis.

Γωνιασμὸς, angulus concurrentium parietum, Suid.

Γωνιώδης, angularis, in angulum exiens.

Γωνιωδῶς, in formam anguli, Euſt.

Compoſita.

Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, angulo ſeu angulis carens, Theophr.

Ἀκρογωνιαῖος λίθος, in extremo angulo poſitus lapis, ſummus vel imus angularis lapis, ad Epheſ. cap. 2. 1. Pet. c. 1. ſignificat potiùs imum angularem quàm ſummum.

Ἀμβλυγώνιος, obtuſum angulum habens.

Ἀπογωνιοῦσθαι, exp. in angulum ſe colligere, Theophr.

Διαγώνιος γραμμὴ, linea ab angulo ad angulum perducta, Vitruu. lib. 9. c. 1.

348 Ἐγγώνιος, angulos habens.

Ἑξάγωνος, ſexangulus, Greg. Ἑξαγώνιος, idem. At ἑξαγώνιος, vide in comp. ex Ἀγών

Ἑπτάγωνα, quædam organa muſica, q. d. ſeptangula, apud Ariſtot. lib. 4. Polit.

Εὐγώνιος, in quo anguli recti conſtant, B. ex Xen.

Ἰσογώνιος, q. d. æquiangulus, æquos ſeu pares angulos habens. Exp. & rectangulus.

Ὀξυγώνιος, acutum habens angulum, Ariſtot.

Ὀρθογώνιος rectangulus.

Παγγώνιος, ab omni parte angulos habens.

Πεντάγωνος, quinque angulos habens. vt πεντάγωνος λίθος.

Πολύγωνος & πολυγώνιος, multos angulos habens.

Τετράγωνος, quadrangulus, quadratus, Thuc. Ariſtot. Hippocr. τετράγωνος ἀνὴρ, apud Ariſtot. metaphoricè dicitur pro bono viro. Item τετράγωνον, locus quidam in manu, Cam.

* Τετραγωνέω, pro quadrangulariter aut quadrangulo aſpectu intueor, Lucian. in Phil. patride.

Decomp. Ὑποτετράγωνος, ſubquadrangularis, qui quodammodo accedit in quadrangularem formam, Adamant. in phyſ.

Τετραγωνίζω, quadro in quadram formam redigo: vt apud Philip. τετραγωνίζω λίθον. Et τετραγωνίζουσαι γραμμαὶ, neutraliter apud Proclum in Euclidem.

Τετραγωνισμὸς, quadratio.

Τρίγωνος, triangulus, qui eſt triangulari ſeu triquetra forma. Et τρίγωνον pro figura triangulari. Et inſtrumentum quoddam muſicum à triangulari forma ita vocatum, Athen. lib. 4.

Τριγωνίζω, trigonum informo, Plut.

ΓΩΡΙΑΩ, ῶ, verbum eſt Laconicum quod exp. ſubſanno, amarulenter irrideo, apud Plut.

Δ

Quartæ apud Græcos literę ſignum eſt, numeri etiam quaternarij nota: acuti autem accentus apice præfixum à ſiniſtri anguli ima parte, quaternarium millenarium denotat, hoc modo ͵Δ ſeu ͵δ. Dores, & in primis Bœoti ea geminata vtuntur in medio dictionum loco τοῦ ζ, dicentes θερίσδειν pro θερίζειν. Abundat etiam in compoſitis euphoniæ cauſa, vt πολυδίψιον pro πολυίψιον.

ΔΑ, particula eſt quę per ſe nihil ſignificat: ſed in compoſitione auget, vt δαφοινός.

ΔΑΓΥΣ, ῦδος, cryſtallus, vel glacies, Theocr. Idyll. 2. Alij volunt eſſe ornamentum quoddam muliebre quod νύμφη & πλαγγὼν dicitur. Alij corollam caput ambientem ſtringentémque. Alij bracteam in pectus virginum pendulam intelligunt. Scribitur & δαγύς.

ΔΑΔΙΞ, ικος, menſura ſex chœnicum capax, Poll.

ΔΑΗΡ, έρος, ὁ, leuir, mariti frater, Il. γ.

ΔΑΙΔΑΛΟΣ, ου, ὁ, Dædalus ingenioſus ille artifex Cretenſis à poetis celebratus: ita vocatus à δαίω ſignificante γινώσκω, quaſi δάαλος teſte Gaza. Item pro δαιδαλέος: vt Il. ξ. πὶ θῆ δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. Et δαίδαλον ſubſtantiuè pro δαίδαλμα & ποίκιλμα, Od. τ, πάρειθε δ' ὁ δαίδαλον ἦεν.

δαιδαλέος vel δαιδάλεος, ου, ὁ, artificioſus, varius, elegans, affabre factus, Il. δ.

δαιδάλλω, artificiosè facio. Item vario artificio diſtinguo, variego, Il. σ.

δαίδαλμα, τὸ, artificioſum opus, opus ſumma arte elaboratum.

δαιδαλόω, à Pindaro dicitur pro δαιδάλλω.

Compoſita.

Ἀδαίδαλτος, ου, ὁ καὶ ἡ, artificio carens, non variegatus.

* Εὐδαίδαλος, affabrefactus, artificiosè factus, Bacchylides apud Dion Halic. & Athen. lib. 14

Λογοδαίδαλος, ου, ὁ, orationum ingenioſus & artificioſus concinnator, orationum peritus artifex, Plat.

Ὀψοδαίδαλος, opſoniorum apparandorum peritus artifex, Epitheton Archeſtrati apud Athen.

* πανδαίδαλος, totus artificioſus, Dionyſ. Halic.

περιδαίδαλος, circumpictus ſeu variegatus, Oppian. lib. 4. de Ven.

Πολυδαίδαλος, multo artificio elaboratus, Hom.

Χρυσοδαίδαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, auro variegatus Suidę eſt pretioſus. Aliis, ex auro fabricatus.

ΔΑΙΜΩΝ, ονος, ὁ καὶ ἡ, deus. (quaſi δαήμων, vt & Plato in Cratylo) Sæpe autem generaliter δαίμων vocatur (à poetis præſertim) quiuis deus vel dea, 349
Plat. vniuerſi moderatorem deum μέγιστον δαίμονα appellat. Interdum δαίμονες & θεοὶ tanquam diuerſa ponuntur: vnde apud Ariſtoph. in Pluto, καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες, Æſch. in Cteſ. ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τἀληθῆ. Philo exiſtimauit ἥρωας & δαίμονας à Gręcis appellatos fuiſſe, quos Moſes angelos vocauerit. Heſiodus in Erg. δαίμονας

itidem

Itidem vocat aurei ſeculi viros poſtquã vita functi ſunt, qui & φύλακας θνητῶν ἀνθρώπων ab eo appellabantur. Vide & Plut. de rep. l. 3. ¶ Sæpe exp. genius. Interdũ pro genio bono dicitur ἀγαθὸς δαίμων, pro malo, κακὸς, (vt Od. κ.) βαρὺς, στυγερὸς δαίμων, apud Soph. ¶ Et pro fortuna ſæpe accipitur. vnde κατὰ δαίμονα, apud Luc. fortè fortuna. Apud Hippocr. in epiſt. ad Damag. ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδρόμηκεν ἡ ναῦς; Bud. expon. quando omnino proſperè nauis velificata eſt. Eſt etiam ſors vitæ. vt idem Bud. interpr. apud Plat. l. 10. de republ. ¶ In ſacra autem ſcriptura ſemper de ſpiritibus noxiis & impuris dicitur, qui & diaboli. itidémque δαιμόνιον & δαιμόνια.

Δαιμόνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, diuinus, ad dæmonem pertinẽs. Plat. Dicitur & τὰ δαιμόνια (ſine adiunctione) res diuinæ, à Xen. Apomn. l. 1. ¶ Item diuinus, qui diuinum aliquid habet. A Demoſth. pro auguſto & venerando poni ſcribit Bud. Tribuitur autem & rei & perſonæ. Exponitur etiam, beatus, Iliad. β. Item admirandus, mirus, vt in Epigr. lib. 2. δαιμόνιος βραδυτής. ¶ In malam etiam partem ponitur *pro*, miſerandus, miſer: vt δαιμονία τύχη, pro dira & miſeranda fortuna, apud Plat.

Δαιμόνιον, neut. gen. (ſicut & τὸ θεῖον) numen ſupremum, Deus ſupremus & diuinitas mundi moderatrix. Iſocr. τίμα τὸ δαιμόνιον. ¶ Item pro ſpiritu impuro ſiue diabolo, in nou. teſt.

Δαιμονίως, mirabiliter, mirum in modum. Ariſtoph

Δαιμονιώδης, ad dæmonia pertinens.

Δαιμονιακὸς, dæmoniacus, i. qui à dæmone ſeu dæmonibus poſſidetur, à dæmone inſpiratus ſeu afflatus. vt δαιμονιακὸς φθόνος, apud Plat. in Pericle.

Δαιμονικὸς, dæmonicus, qui eſt dæmonis. Chryſ.

Δαιμονίζω, pro dæmone habeo, i. pro deo. Heſych.

Δαιμονίζομαι, à dæmonio teneor ſeu poſſideor. apud Euangeliſtas.

Δαιμονάω, ῶ, ſum dæmoniacus, à dæmonio teneor. Luc. Item furore correptus ſum. Plut.

Compoſita.

Ἀγαθοδαιμονισταὶ, qui parcè bibunt. vide Eraſm. in hac voce.

Ἀναδαιμονίζειν, Heſych. iterum ſortiri.

Ἀνθρωποδαίμων, Deus ex homine factus. Suidas ſcribit ἀνθρωποδαίμονας fuiſſe dæmones qui humano induti corpore, atque ſic & dæmones & homines exiſtentes, totum orbem concuſſerint.

Ἀποδαιμονίζω, ab Heſych. exp. furo.

Βαρυδαίμων, cui grauis & inimica eſt fortuna, infelix, vt ψυχὴ βαρυδαίμων in Epigr.

Βαρυδαιμονία, graue infortunium. apud Lyſ.

Βαρυδαιμονέω, ῶ, graui fortuna premor, miſerrimus ſum, ex Ariſtoph.

Βλεπεδαίμων, vulgò expon. retortis oculis horrificóque aſpectu intuens. A Cam. expon. ſtrabus, quaſi attonitus.

Δεισιδαίμων, qui dæmones ſeu deos eſſe metu adactus credit. Plut. Item qui meticuloſè dæmones ſeu deos colit, ſuperſtitioſus. Naz.

Δεισιδαιμονία, dæmonum deorúmve metus ſuperſtitioſus. Plut. in Alex. Eſt etiam religio. Budæus enim apud Athen. δεισιδαιμονίᾳ συνέχεσθαι interpret. religione retineri.

350 Δεισιδαιμονέω, ῶ, deorum metu ſuperſtitioſo teneor, apud Suid.

Δυσδαίμων, infortunatus. Plat.

Δυσδαιμονία, infortunium. Andocid.

Εὐδαίμων, fortunatus, felix, beatus. Heſiod. Plat. Ariſtot. Item diues, opulentus. Herodot. Xen.

Εὐδαιμόνως, fortunatè, feliciter. Plat. Iſocr.

Εὐδαιμονέστερον, felicius. Εὐδαιμονέστατα, feliciſſimè.

* Εὐδαιμόνημα, res beata & felix. Luc. in imaginibus.

Εὐδαιμονία, felicitas, beatitudo, beatitas. Plat.

Εὐδαιμονέω, ῶ, beatus ſum, beatè viuo. Xen.

Εὐδαιμονικὸς, ad felicitatem idoneus, vel ad felicitatem pertinens. Item *pro*, beatus. Ariſtot.

Εὐδαιμονικῶς, beatè, ex Ariſtoph.

Εὐδαιμονίζω, beatum iudico, beatum prædico. εὐδαιμονίζω σε τοῦδε, Luc. in ſomn. Εὐδαιμονισμὸς, opinio beatitudinis quæ de aliquo concipitur, vel prędicatio beatitudinis. Ariſtot. eth. 4. Εὐδαιμόνισμα, quod pro beatitudine habetur, ſiue id in quo felicitas collocatur. Plat. epiſt. 8. * Εὐδαιμοσύνη, felicitas.

Decomp. Εὐδαιμονέω, ῶ, feliciter viuo, felicem vitam dego. in Thuc. l. 2.

* Συνευδαιμονέω, ῶ, ſimul beatus ſum. Xenoph.

* Ὑπερευδαιμονέω, ſummè beatus ſum. Luc. in ſomno.

Κατευδαιμονίζω, fortunatum dico, beatum prędico.

Πανευδαίμων, omni ex parte beatus. Luc.

Τρισευδαίμων, ter fortunatus, i. fortunatiſſimus.

Ἐχθροδαίμων, inuiſus diis. Item infelix. Soph.

* Ἰσοδαίμων, æqualis ſorte, eiuſdem ſortis. Pind. Nem. 4. Ἰσοδαίμων, eſt etiam ἰσόθεος. Æſch. in Perſis.

Κακοδαίμων, infelix, miſer. Luc. Exp. etiam malus dæmon ſeu genius.

* Κακοδαιμονέστερος, infelicior. Laert. in Ariſtippo.

Κακοδαιμονία, infelicitas, apud Syneſ.

Κακοδαιμονέω, ῶ, infelix ſum. Phil. Laert.

Κακοδαιμονάω, ῶ, à malo genio agitor, temperie agor. vt accipi dicit Bud. à Din.

* Κακοδαιμονίζω, infelicem iudico, infelicem exiſtimo. Strabo lib. 11.

Decomp. Τρισκακοδαίμων, ter infelix. Ariſtophan.

Κοιλιοδαίμων, quorum venter Deus eſt. Athen.

Ὀλβιοδαίμων, fortunatus. Il. γ.

Σοροδαίμων, capularis dęmon, buſtuaria larua ſeu ſepulchralis. nam σορὸς capulum, i. ſarcophagum ſignificat. Plut. de inſt. puer. ſcribit ſenes vulgato conuitio ſic appellari ſolitos fuiſſe, ſicut & κρονολήρους.

Τρυγοδαίμονες, dæmones peruncti fæcibus ora. Sic vocantur poetæ qui fęcibus ora peruncti né cognoſcerentur, plauſtriſque inuecti ſua poemata canebant. Ariſtoph. in Nub.

Φιλοδαίμων, dęmonum amans, dęmonum cultor, apud Greg.

ΔΑΙΩ, diſco, doceor. In hac quidem ſignif. inuſitatum eſt δάω, ſed vſitata ſunt formata ab eo tempora: ac primùm δέδαα (pro δέδηα) i. noui vel docui. Hom. Et particip. δεδαώς. Item δεδάηκα, quod quidam pro δέδαχα dictũ putant. alij à δαέω inuſit. formant. Od. θ. εἴ τιν' ἄεθλον οἶδέ τε καὶ δεδάηκε. Sic & paſſiuũ δεδάημαι, vnde δεδαημένος cum genit. pro perito. vt δεδαημένος ἵππων. Apoll. Arg. 2. Et cum accuſ. vt παλαισμοσύνην δεδαημένος. Epigr. lib. 1. Reperitur & fut. δαήσομαι Od. γ. Vſitatus eſt & Aoriſt. 2. paſſ. ἐδάην, vnde δαῆναι & δαήμεναι: vt δαήμεναι πολέμοιο, pro γνῶναι περὶ πολέμου. ¶ Item epulum prębeo. vt δαίειν τινὰ, epulum pręberе alicui. Herodot. Δαίειν γάμον, epulum nuptiale celebrare. Iliad. τ. ¶ Item diuido, partior, (vt volunt gramm.) propriè de eo partiendi modo qui in conuiuiis vſitatus erat. In hac ſignif. vſitatior eſt vox paſſ. ¶ Item comburo, incendo. Il. α.

¶ *Deriuata ex δάω, i. diſco, &c.*

Δάομαι, vide in δάω.

Δαέω, apud Homer. pro δάω. Il. φ.

Δαήμων, doctus, i. gnarus, peritus. vt Od. θ. δαήμονες ἄθλων. Superlat. δαημονέστατος. Xenoph.

Δαημοσύνη, ἡ, peritia, ſcientia. Apoll. Arg. 2.

Δάϊος, peritus, ἔμπειρος, in epigr. δάϊε τεχνῖτα. Item hoſtilis. vide in δάω, i. vro. 351

Compoſita.

Ἀδαής,έως,ὁ καὶ ἡ, ignarus,imperitus.Herodot.Xen.

Ἀδαϊςὶ,imperitè.

Ἀδάητος,incognitus,Heſiod.

Ἀδαήμων,imperitus.Il ε

Ἀδαημονία,imperitia apud Heſych.

Ἀρτιδαής, qui nuper didicit. qui nuper cognouit. vel qui nuper cognitus eſt.Suid.

Αὐτοδαής, qui ex ſe ipſo & ſine magiſtro didicit. Et paſſ. αὐτοδαῆ ὀρχήματα, apud Sophoc.in Aiace,quorum ſcientia ſine magiſtro percepta eſt.

* Ἐκδαήομαι,inuſ.diſco.vnde Aor.2. ἐξεδάην. Apoll.4. Argonaut.

Ἐπιδαήομαι,cognoſco.Hom.

Παντοδαής,(q.d.omniſcius)qui omnia didicit.

Προδαῆναι, prænoſcere, præſcire,vnde particip. προδαείς apud Hom.

* Πρωτοδαής, qui primus ſcit,qui primus didicit.Opp. 4.Hal.

Deriuata à δαίω.i epulum præbeo.

Δαίομαι,epulor. Od σ. Ponitur & ſimpliciter pro edere Phocyl.

Δαίσιμον,ου,τὸ,edule,quod eſui eſt.Heſych.

Δαίνυμι,epulas do ſeu tribuo.Il.ι

Δαίνυμαι,epulor,comedo,depaſcor.Od.κ.

Δαίς,δαιτὸς ἡ,epulum,epulæ.Od.θ.

Δαίτη ἡ,idem quod δαίς Il κ.

Δαίτηθεν,è conuiuio,ex epulo.Od.κ.

Δαιταλεύς,έως ὁ,conuiua,epulo.Athen.

Δαιταλέω ῶ,epulor,conuiuor Lycophr.

Δαιτύς,ύος,ἡ,idem quod δαίς Il χ.v.496.

Δαιτυμὼν,όνος,ὁ, epulo,i qui epulas inſtituit. Od.δ Item epulo, i.qui epulatur. Od.χ.Euſt.apud Homeri poſteros accipi ſcribitur pro amicis qui ad epulum ſeu conuiuium vocantur. Plat. Δαιτυμονεύς pro eodem,Nonn σὺν υἱεῖ δαιτυμονῆϊ.

Δαιτύω,voro,helluor.Heſych.

Compoſita.

Ἁβροδαίς, mollibus dapibus ſeu cibis delicatis inſtructus,apud Athen.l.1.

Εὐδαιτέομαι,οῦμαι, F.ήσομαι, (depon.) epulor, conuiuor.

Ἐπιδαιτέομαι,οῦμαι,pro eodem. Heſych.

Ἡμιδαής,ῆος,ὁ καὶ ἡ, ſemeſus,in Anth.epigr.Item ſemiuſtus,à δαίω,i.vro.

Καταδαίνυμαι,epulor,comedo.Nonn.

* Μεταδαίνυμαι,idem quod μεταδαίομαι Hom.Il.χ.

Μεταδαίομαι,quidam interpr.inter alios epulor. particeps ſum epuli.

Πανδαισία ἡ, epulum, quum vnuſquiſque ſua opſonia ſecum portans in medium conferebat: aut quū multis propoſitis edulibus,caperet quiſque quod vellet, vt tradit Ariſtophan.ſchol.in pace. Apud Herod.in Terpſich. pro conuiuio opiparo & veluti ſaliari, Budæus poni ſcribit.

Deriuata à δαίω.i.diuido.

Δαίομαι,diuido,partior. Odyſſ.ο. v.240. κρέα δαίετο καὶ νέμε μοίρας.Item diuidor,Herodot.

Δαιτρός, ῦ ὁ, coquus. nam coqui eſt diuidere eſcas fruſtulatim, & ſedentibus in menſa diſtribuere. Plut. in ſymp.& Odyſſ.ρ. Itē δαιτρὸν exp.μεμερισμένον ἐκ μεταφορᾶς τῦ τὰ κρέα μερίζοντος δαιτροῦ, vt Euſth. tradit.Il δ.

Δαιτροσύνη ἡ, ſcientia miniſtrandi more δαιτρῦ.Odyſſ π.

Δαιτρεύω, more δαιτρῦ carnes diſtribuentis diuido. Item δαιτρὸν ago. Il. λ. τὰ δ' ἀλλ' ἐς δῆμον ἔδωκεν δαιτρεῦσαι.Apud Apoll. Arg.2. ἀλλ' ἵππους δαιτρεῦον exp.mactabant.

Δαΐζω,diuido,partior Od.ξ. ¶Item diſcerpo, lanio vt Il.σ.v.27.φίλησι δὲ χερσὶ κόμην ἤσχυνε δαΐζων. ¶Item occido. videtur propriè ſignificare, occido diſcerpendo,vel tanquam membratim concidendo, apud eundem.

Δαΐζομαι,diuidor.Il ι.v.8.Item occidor.

* Δαϊκτήρ,id eſt,διακόπτων,Æſch.in ἑπτὰ ἐπὶ Θ.

Δάζομαι,diuido,partior.vt δαΐζω,ex quo fieri videtur. Od.γ.Apud Heſiod. σπέρματα δάσασθαι diſpertiri ſemina,ſeu diſpergere. Exp.etiam aſſigno, quia videlicet qui partitur, ſuam cuique portionem aſſignat apud Heſiodum. Expon. & dilanio, diſcerpo. Iliad ψ.

Δασμός, ῦ,ὁ, diuiſio, partitio. Il α.ἐπεί ποτε δασμὸς ἵκηται.¶Item tributum,vectigal.hinc apud Xen.δασμὸν ἀποφέρειν,vel ἀποδιδόναι,tributum pendere. 352

Δάσμα τὸ,partitio.Δάσμευσις,idem.Heſych.

Δατέομαι ῦμαι,idem quod δάζομαι (ex quo etiam formari videtur)diuido,partior.Il.ι.

* Δατήριος diſtributor,diuiſor.* Æſch. in ἑπτὰ ἐπὶ Θ.

Δάτησις,Heſyc.diuiſio,partitio. (idem.

Δατητής,ῦ,ὁ,diuiſor,diſtributor.ex Ariſtot. Δατήριος,

Compoſita ac primùm ex δαίω.

* Ἀδαίετος,non diuiſus.Apoll 3.Arg.

Ἀμφιδαής,vtrinque ſecans Suid.

Ἀναδαίομαι vt ἀναδαιομένη γῆ,ager qui diuiditur.

Γεωδαισία,ἡ,terræ partitio ſeu diuiſio.Ariſtot.

Ἐπιδαίσιος οἶκος Suid ὁ ἐπίκοινος καὶ ὁ μεριστὸς, ὁ ἐξ ἴσου καταληφθεὶς δύο τισίν.Aliis eſt μεμερισμένος.

Ἡμιδαής,ſemidiuiſus.

Κρεωδαισία, carniū diſtributio,carnium in fruſta conciſarum diſtributio,viſceratio,apud Athen. lib. 10. & Plutarch.ſymp.2. Probl.10.Apud Syneſ.κρεωδαισίας ἀποχὴ,abſtinentia carnium.Κρεωδαίτης ῦ ὁ,carnium in fruſta conciſarum diſtributor. Plut. loco paulò antè citato.

Μεταδαίομαι,idem quod δαίομαι.

Χρηματοδαίτης, pecuniæ diuiſor, * bonorum diuiſor Æſch.in ἑπτὰ ἐπὶ Θ.

Compoſita ex δαιτρός.

Ἀδαιτρον,non diſtributum,non diuiſum.Heſyc.

Ἀδαίτρευτος,ου,ὁ,καὶ ἡ,q.d.δαιτρεύσεως expers:vt μετὰ δεῖπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης,Nonn.

Ἐπιδαιτρον,ου,τὸ,opſonium.Heſych.

Compoſita ex δαΐζω.

Ἀδάϊκτος,non dilaceratus,purus.Heſych.

Αὐτοδάϊκτος,à ſeipſo interfectus.

Ἡμιδάϊκτος,ſemioccifus.

* Πυργοδάϊκτος,id eſt τοὺς πύργους μετακόπτων καὶ κατερείπων.Æſch.in Perſis.

Συνδαΐζω,ſimul occido.Soph. ἀλλά με συνδάϊξον.

Χειροδάϊκτος,manu cæſus,i.interfectus.Soph.

Ψυχοδαΐκτης,Bacchus dicitur,animorum diremptor.ex Epigr.

Ὠμοδάϊκτος,crudeliter laniatus:vel qui crudus laniatus eſt.Heſych.

Compoſita, ex δάζομαι.

Ἄδαστος,non diuiſus Soph.

Ἀδάσμευτος,non ſoluens tributum.Heſych.

Ἀναδάζομαι,iterum diuido, rurſus partior.Thu. ¶Item pro δάζομαι,partior,diuido,diſtribuo.Plut.

Ἀναδασμός diuiſio ſeu partitio quæ fit de integro. Item diuiſio,partitio,diſtributio.Dem.

Ἀνάδαστος,diuiſus,diſtributus.ἀνάδαστον χώραν ποιεῖν vel γῆν,apud Ariſtot.Polit.5.exp.diuidere, vel viritim diuidere.vel æqua portione diuidere. Sic & apud Plat.¶Item reſciſſus.Dion.

Ἀποδάζομαι,diuido,partior,impertior.Il.ρ.(apud Sui.)

Ἀποδασμὸς,diuiſio,partitio.Item pars ſeu portio.

Ἀποδάσμιος, portionalis,ſeu partialis, *hoc eſt* pro parte ſeu portione cedens alicui. vel in diuiſionem cadens. cuius fit aut fieri debet diuiſio, aut iam facta eſt.

Διαδα-

Διαδαίζομαι, diſpertior, diuido, diſtribuo.

Compoſita ex δατέομαι.

Διαδατέομαι, diſpertior. Heſ. in Theog.

Ενδατέομαι, idem.

Compoſita ex δαίω, i. vro.

Δαίομαι, incendor, vror, ardeo. Soph.

δαηθμός, incendium, Heſych.

δαηρός, Heſychio eſt θερμός. Item λαμπρός, περιφανής. Et καματηρός.

δαΐτις, ιδος, ἡ, fax magna & ardens. Item καταχρηστικῶς allij caput. Gal. in gloſſ. Hipp.

δαΐς, ίδος ἡ, fax accenſa ſeu ardens. Heſiod. ¶ Item pugna, pugna ardens aut feruens. Il. ν. Αρχέται δὲ τάχιστα μιγῆναι ἐν δαῒ λυγρῇ. vbi apocopen eſſe pro δαΐδι tradunt grammatici.

δᾴς, ᾳδὸς, ex δαΐς, per contractionem factum, tæda, fax. Xen. Ariſtoph.

δαδώδης, εος, ὁ, καὶ ἡ, tædaceus, tædæ ſimilis. Item tæda abundans. Theophr.

Δαδόω, ῶ, F. ώσω, in tædam conuertor. Item actiuè, in tędam conuerto, Theophr.

δάδωσις, εως ἡ, in tædam mutatio. Theophr.

δαδίον, ου, τό, facula. Pro tædaria item materia apud Dioſc. accipi tradunt.

δαδιώδης, idem quod δαδώδης Theophr.

353 δάϊος, ου, ὁ, hoſtilis Eurip. δάϊοι plur. numero (vt πολέμιοι, abſolutè & ſubſtantiuè capiendo) ſignificat hoſtes. Soph. ¶ Atticè (vt tradit ſchol Sophoclis) capitur pro δύστηνος vt in Aiace, Ω δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος. vbi tamen ſunt qui pro αἰχμάλωτος, i. bello capta, accipiant. ¶ Aliam ſignif. vide in δαίω, i. diſco.

δάϊον, ου τό, ſignum bellicum, item τέρας. Heſych.

δηΐς, ίδος, ἡ Ionicè pro δαΐς, pugna.

δήϊος, ου ὁ, hoſtilis, infeſtus. idem quod δάϊος. Il. δ. Et plur δήϊοι (vt δάϊοι) hoſtes. Il. γ. & σ.

δηϊότης, ῆτος, ἡ pugna, bellum. Il. ε.

δηϊόω, ῶ, igni & ferro vaſto, hoſtiliter depopulor aut occido. Il. ψ. Τρώων υἷας χαλκῷ δηϊόων.

δῃόω, ῶ, per ſyncopen dicitur pro eodem, etiam in proſa. Thuc. Media etiam voce ponitur. vt δῃώσασθαι τὴν νῆσον, inſulam populari. apud Herodot. Et in paſſ. apud Thuc. lib. 1. καὶ γῆς ἔξω δῃουμένοις. Et καταχρηστικῶς apud Luc. δεδῃωμένος τὸν πώγωνα, detonſo mento.

δηϊάω, ſeu δηϊάσκω, pro eodem. Apoll. δηΐζω, idem.

δαλὸς, ου, ὁ, titio, torris. Homer. Athen. Ponitur & pro titione extincto. vt Bud. ex Luc. annotat. δαλοὶ in cælo, οἱ διαθέοντες ἀστέρες. Bud. ex Ariſtot. Meteorol. Heſychius μελάνουρον piſcem hoc quoque nomine vocari ſcribit.

* δαλερός, torridus, calidus. apud Plut. Symp. 4. quæſt. 1.

δαυλὸς, etiam dicitur, Euſtathio teſte, pro δαλὸς. pleonaſmo Æolico τοῦ υ. Ab Etymol. exponitur etiam ὁ κεκαυμένος καὶ δασύς. ¶ Δαῦλον verò, exp. δασύ: item ἡμίφλεκτον ξύλον, ab Heſych. Ab Etym quoque dicitur eſſe hirſutum & hiſpidum, ex Aeſchylo.

Αποδαυλίζειν, (comp.) titione dedolare, vel contundere. Euripides dicit etiam ἀποδαυλίζω ξύλῳ, fuſte contundo.

δαΐς, τό, lumen, ignis, lampas. Etym.

δαῦος, ου, ὁ aridus, ſiccus. Etym. & Heſych. At δαῦος vide ſuo loco.

δαναοὶ οἱ, defuncti. παρὰ τὸ δανὰ καὶ ξηρά, vtpote ξηροί Etym. Alioqui δαναοὶ ſunt Græci.

δανάκη ἡ, nomen barbarici numiſmatis paulò plus obolo valētis: quod defūcti in os ponebatur, & Charonti perſoluebatur pro Stygiæ paludis tranſmiſſione. Sic dictum quaſi τοῖς δαναοῖς ἐμβαλλόμενον.

Compoſita, ac primùm ex δαίω.

Αμφιδαίω, circumaccendo. Il. ζ.

* Αποδαίω, comburo, δαίω. Opp. lib. 4. de ven.

* Ενδαίω, idem quod δαίω, incendo. Pind. Pyth.

Θεσπιδαής, diuinitus ardens aut immiſſus. Hom.

Ημιδαής ſemiuſtus. Vide & alias ſignif. ſupra.

* Περιδαίω, circum comburo, accendo. Apoll. 4. Arg.

Πυρδαίσιον, ου, τό, locus vbi ignem accendunt. focus, culina. Heſych.

Πύρδαλον, ſiue πύρδανον, igniarium, titio ignitus qui cineribus obruitur ad conſeruandum ignem. Et pro πυρδαίσιον. Heſych.

Compoſita ex δᾴς.

Αδαδος ου, ὁ καὶ ἡ, tædam non habens. Theophraſt.

Ενδαδος, qui tędam in ſe habet. Theophr

Ενδαδόω, ῶ idem propriè quod δαδόω, ſeu ἔνδαδον reddo apud Theophr.

Compoſita ex δάϊος, δήϊος &c.

Αδάϊον, ab Heſych. exp. quod deuaſtatum & bello infeſtatum non eſt. vel etiam quod deuaſtari & bello infeſtari nequit, nec βλάπτεσθαι τῇ δαῒ λυγρῇ. Ab eodem exp. etiam, iniucundum, ignauum.

Αδήιον, idem H. affert pro ἀδάιον.

Αδῄωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non vaſtatus. Xen.

Καταδηϊόω, & καταδῃόω, vaſto, exſcindo. Heſych.

Μενεδήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, bellicoſus, belli patiens. Apoll.

ΔΑΚΑΡ, genus quoddam caſſiæ ab Arabibus ſic dictę. Dioſc. lib. 1. cap. 12.

ΔΑΚΝΩ, (F. δήξω, vel δήξομαι potius, ab inuſitato δήκω) mordeo. Apud Aeſchylum στόμιον δάκνειν, Ciceroni eſt mordere frēnum. Metaphoricè etiam, 354 (vt & mordeo apud Latinos) rebus inanimatis tribuitur corpus aut animam quaſi pungentibus aut vrentibus. Dioſc. ἡ δὲ ῥίζα δριμεῖα, δάκνουσα τὴν φάρυγγα. pro quo Plinius, radix guſtu acri mordet. Il. ε. δάκε δὲ φρένας Εκτορι μῦθος. Perſonę etiam tribuitur. vt Ariſtoph. in Veſpis, δάκνων σεαυτὸν καὶ τὸν ἀπολογούμενον.

δάκνομαι, mordeor Xen. Pæd. 7.

* Δακνάζω & δακνάζομαι, idem quod δάκνω. Aeſch. in Perſis.

δαγκώδης εος, ὁ καὶ ἡ, mordax. Gal.

δάκος, εος τὸ, (propriè) animal morſu aut ictu homini nocens, Nic. Eurip.

δάκετον, ου, τὸ, pro eodem. Theophr.

δῆγμα, τὸ, morſus. Plut. in Lyc.

δηγμὸς ου ὁ, pro eodem. Plut.

δῆξις εως, ἡ, morſus, i. ipſa mordendi actio. Metaph. etiam capitur, vt & morſus apud Lat.

δήξ, κὸς ἡ, vermis lignum corrodens.

δηκτήριος, ου ὁ καὶ ἡ, mordendi vim habens. mordax.

δήκτης ου, ὁ, mordens, mordax Plut.

δηκτικὸς, mordax, mordendi vim habens. Athen.

Compoſita ac primùm cum præpoſitione.

Αναδάκνω, remordeo, ſeu mordeo.

Ανάδηξις, remorſus, remorſio.

Αντιδάκνω, viciſſim mordeo, emordeo.

Αποδάκνω, demordeo, præmordeo.

Ενδάκνω, morſus infero. Plat.

Επιδάκνω, mordeo.

Ανεπίδηκτος (comp.) mordacitatis expers, non mordens ſ. n erodens. Dioſc.

Καταδάκνω, mordeo. Hom.

Συνδάκνω, commordeo. Part. συνδακὼν corrodens.

Υποδάκνω, ſubmordeo, leuiter mordeo.

Alia compoſita citra præpoſitionem.

Κυνοδακνιά, Heſych. φθειρία.

Λαθροδάκνος, ου, ὁ καὶ ἡ, clàm mordens, in Epig.

Ορσοδάκνη, beſtiola quædam, quam Gaza mordellam nominari poſſe ſcribit. Ariſtot.

Τελέδακν@,ex morſus aut mordendus.Plin.

Compoſita formata ex δάκος.

Θυμοδακής,έος,ό,καὶ ἡ, animarum mordens.Od.θ.

Λαιμοδακής,gulam mordens.Epigr.

Πανδακέτης,ὁ,ὁ,omnia mordicans,mordax.Plut.

Compoſ.formata ex præterito paſſ.ſine præpoſitione.

Αδηκτος,ὁ,ὁ,καὶ ἡ, non morſus,ſeu morſibus & roſionibus non obnoxius. Plut. de Herod.οὐδὲ τοῦτο ἄδηκτον παρῆκεν,ne hoc quidem prçterire potuit quin morſibus inſequeretur. Item non mordax,cui nulla ineſt mordacitas vt ἄδηκτον ἔλαιον Dioſc.l.1.c.30.

Αδήκτως,ſine morſu.

Ανθρωπόδηκτος,ab homine morſus.Dioſc.

Ασπιδόδηκτος,ab aſpide morſus ſeu ictus.

Ερπετόδηκτ@,à reptilibus ſeu ſerpentibus morſus.

Εχιόδηκτ@,morſus ſeu ictus à vipera.Dioſc.

Θηριόδηγμα τὸ,morſus à fera illatus: peculiariter verò morſus ſerpentis apud Dioſc.

Θηριόδηκτος, à fera ſeu bellua morſus: peculiariter verò à ſerpente.Dioſc.

Κυνόδηκτος,à carne morſus.Κυνόδηκτα,canum morſus.

Λαθροδήκτης,latenter & clanculum mordicans.

Λυσσόδηκτ@,à rabido cane morſus.Dioſc.

Οφιόδηκτ@,à ſerpente morſus.Dioſc.

Φαλαγγιόδηκτος,morſus à phalangio.Dioſc.

Ωκυδήκτωρ,celer morſu.epith.in Epigramm.

ΔΑΚΡΥ,υος,τὸ,lacryma. Od. δ. δάκρυ δ᾽ ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε.Il.ι.δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. & apud Thuc δάκρυσι πλησθὲν. A δάκνω deriuatum volunt,ὅτι δακνομένης τῆς ψυχῆς περιέρχεται.

Δάκρυον ὁ,τὸ,idem quod δάκρυ, ſed apud proſę ſcriptores vſitatius eſt.Xen.

Δακρυόφι,paragoge poetica pro δακρύοις. ¶ Tribuitur etiam plantis (vt & lacryma apud Lat.) ſignificans humorem illum qui interdum ex eis erumpit. item ſuccum qui ex eis aut eorum fructibus exprimitur. Theophr.

Δακρυόεις,εντ@,ὁ,lacrymabundus,lacrymoſus.Hom.

355 Δακρυώδης,εος,ὁ καὶ ἡ, lacrymoſus, luctuoſus. Luc. Item in lacrymę modum formatus.ex Theophraſt.hiſt.pl. l.6. δακρυῶδες autem ἕλκος ab Hippocr.per metaph. vlcus dicitur ex quo ſanies quędam tenuis & cruda emanat.

Δακρυώτατον,lacrymis & fletu digniſſimum.Heſych.

Δακρύδιον,ὁ,τὸ, lacrymula. Peculiariter apud medicos dicitur lacryma ſcammonij.

Δακρύω,F.ύσω, lacrymor. Dem. δακρύω τὴν τύχην. Dicitur & δακρύω τὸν ἀποθανόντα, & δακρύω ἐπὶ νεκρῷ apud Luc.Δεδακρυμένος,lacrymis ſtillans,plorabundus.Æſchin.

Δάκρυμα,τὸ,lacryma.

Compoſita.

Αδακρυς,υος,ὁ καὶ ἡ,non lacrymans. Plut. ¶Item lachrymarum expers,qui ſine lacrymis fit.Athen.

Αδάκρυτ@,ὁ,ὁ,καὶ ἡ,lacrymans.Soph.¶Item multis dignus lacrymis,ſeu multum lacrymans,Soph.

Αδακρυτὶ,aduerb.ſine lacrymis.Iſocr.

* Απειρόδακρυς, qui lacrymari non didicit,qui fletum & lacrymas non eſt expertus.Æſch.in Ικετ.

* Αποδάκρυον pro δάκρυον.Nic.in Alex.

Αποδακρύω,lacrymis prodo.Ariſtoph. Εγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμήν. Exp.& illacrymo.

Αποδακρυτικὰ,τὰ, medicamenta lacrymas mouentia,& poſtea expreſſo vacuatóque oculorum humore ſuperfluo, ipſas etiam ſupprimentia & oculos exſiccantia.

Αείδακρυς,admodum lacrymans.Ariſtot.

Αειδάκρυ@,ὁ,ὁ καὶ ἡ,idem.

Αειδάκρυτ@,multum lacrymabilis aut lacrymans. Heſych.

Αρτιδάκρυς,qui recens lacrymauit.Eurip.

Ατακτιδακρύω,inordinatè aut immodicè lacrymor.

Ατακτιδακρύει,exp.affatim lacrymatur.

Βαρύδακρυς & βαρυδάκρυ@,grauiter lacrymans.

Γλυκύδακρυς, dulce lacrymans,dulces fundens lacrymas.Epith.Amoris in Epigr.

Εκδάκρυον ὁ,τὸ,lacryma ſtillans.

Εκδακρύω,illacrymor.

Ενδακρυς,cui lacrimę oboriuntur.

Επιδακρύω,defleo.

Ευδάκρυτ@,pulchrè lacrymans.Philoſtr.

Καταδακρύω,deploro,defleo.Xen Pæd.5.

Πανδάκρυτ@,omnino lacrymabilis,ſeu(*act.*)ad omnia lacrymans.Soph.πανδάκρυτον βιοτὰν,vitam,quæ tota in lacrymis degitur.

Παραδακρύω,adfleo,παραδακρύω σοι.Luc.

Πολύδακρυς, multùm lacrymans. Item lacrymoſus,ſeu multarum lacrymarum autor.Il γ

Πολυδάκρυτος,multis lacrymis proſequendus.Il.ω.

Πολυδάκρυ@,idem quod πολύδακρυς.Apoll.

Συνδακρύω,collacrymor,vnà lacrymor.Plut.

Ταχύδακρυς,citò lacrymans.Luc.

Υποδακρύω,q.d ſublacrymor.

* Φιλοδάκρυος, idem quod φιλόδακρυς, qui libenter lacrymatur.Nonn.

Φιλόδακρυς qui libenter lacrymatur.

ΔΑΚΤΥΛΟΣ,ὁ,ὁ, digitus.Plut. ¶ Item dactylus, pes metricus,vnde ὁλοδάκτυλ@, verſus totus ex dactylis.Euſt.Item rhythmus dactylicus. Ariſtophan. in Nub.& Plut. de Muſica. ¶ Item graminis aculeati nomen,quod & κορωνόπους appellatur: Dictum à quinis aculeis quos vt plurimum in cacumine habet,& quia digitis medetur : teſte Plin.lib 24. c.19. ¶Item dactylus, conchę genus,ab humanorum vnguium ſimilitudine appellatum. Plin.lib.9.cap.61. ¶Δάκτυλοι,dactyli,palmę fructus. Dioſc.lib.1.c.67. ¶Δάκτυλοι Ιδαῖοι, dactyli Idæi, aſſeſſores matris Ideæ, dicti quòd numerum digitorum manus æquarent,Euſt. vel quòd ſedulum Rheæ miniſterium exhiberent: quia digiti manus ſunt rerum omnium artifices.Poll. Reperitur etiam δάκτυλα plur.num. pro δάκτυλοι, per metaplaſmum poeticum. Deriuari autem dicitur δάκτυλ@ à verbo δείκνυμι,quaſi δείκτυλ@.

Δακτυλήθρα,ἡ,digitale, digitorum inuolucrū. Camer. ex Xen.Pęd.8. ¶ Item tormentum quæſtionibus adhiberi ſolitum:forſan quòd digitis pedum manuúmve iniiceretur. Syneſ. ep.58. ¶ Item & annuli pala, Cam.i.σφενδόνη.

Δακτυλικός,digitalis.Athen.lib.14. 356

Δακτυλιαῖος ὁ,ὁ,digitalis,Theophr.

Δακτυλὶς ίδ@,ἡ (adiect.f.g.)digitalis.vnde δακτυλίδες vuę digitali gracilitate.

Δακτυλίδιον,ὁ,τὸ,annellus.Cam.

Δακτυλῖτις,ιτιδ@,appellatur ariſtolochia longa, teſte Dioſc.lib.3.

Δακτυλωτὸς,ὁ,τὸ,digitatus.Athen.

Δακτύλι@,ὁ,ὁ, annulus,annellus, propriè qui digito ornatus gratiâ inſeritur.Plat.Xen.de ven.retibus etiam δακτυλίους tribuit,i.annulos. Sic δακτύλιος dicitur orbis ſeu annulus ferreus quo teres lignum axem ambiens in extrema ſui parte vincitur. ¶ Item anus ſeu podex. vnde comp.καταδακτυλικὸς,ὁ συγκαταστικὸς κατὰ τοῦ πρωκτοῦ.Ariſtop.in Equis.

Δακτυλιώτης ὁ ὁ,digitus annularis.

Compoſita.

* Βραχυδάκτυλ@, qui digitos habet tenues. Polemo in Phyſ.

Διδάκτυλος,ὁ καὶ ἡ,qui duorum digitorum eſt.Th.

* Διδακτυλιαῖος, idem quod διδάκτυλος, qui eſt duorum

rum digitorum,Dioſc.
Δωδεκαδάκτυλος,qui eſt duodecim digitorum.
Εξαδάκτυλος,qui ſex digitorum eſt.
Καταδακτυλικὸς,vide in δάκτυλος.
Μακροδάκτυλοι,quibus prælongi ſunt digiti,Ariſtot.
Ολοδάκτυλος,vide in δάκτυλος.
* Οπισθοδάκτυλος,qui digitos habet retro inuerſos.
* Παχυδάκτυλος, craſſos digitos habens, ex Polem.in phyſ.
Πεντοδάκτυλος, qui quinque digitorum eſt. ¶ Eſt & herba huius nominis,Dioſc.
Περιττοδάκτυλος, cui digitus vnus ſupereſt,aut qui digitos numero impares habet,Geopon.
Πολυδάκτυλος,qui multos digitos habet,qui multiplici pedum fiſſura digitatur,Ariſtot.
Ροδοδάκτυλος,roſeos digitos habens.Auroræ epith.
Σιδηροδάκτυλος, ferreos digitos habens,fuſcinæ epith.
Τετραδάκτυλος,quatuor digitos habens,Ariſtot.
Τετραδακτυλιαῖος, quatuor digitorum ſpatium explens,ſeu ſemidodrantalis,Dioſc.
Τριδάκτυλος,tres digitos habens. Item qui ternum digitorum eſt,tripollicaris,Gaza.
Φοινικοδάκτυλος, Phœniceos digitos habens, i.coloris Phœnicei,Ariſtot.
Χρυσοδακτύλιος,aureum geſtans annulum,Iac.c.2.

ΔΑΜΑΣΩΝΙΟΝ, ου,τὸ, dicitur à quibuſdam herba, illa,quę ab aliis ἄλισμα,teſte Dioſc.

ΔΑΜΑΩ, ῶ, domo,ſubigo. Item affligo,conficio,profligo. Item occido: Il.α. Εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ, καὶ λοιμὸς Αχαιούς.
δαμάζω, idem. Sæpe apud Hom. dicitur δαμάζειν τινὰ ὑπό τινι,vel ὑπὸ χερσί τινος,i.imperio eius ſubiicere.ei ſubiectum reddere.
δαμάζομαι,domor.vnde δεδαμασμένος ἵππος ſeu πῶλος. cui opponitur ἀδάμαστος. Et apud Iſocr. in Arch. δεδαμασμένοι συμφοραῖς. ¶Item voce media pro,domo. vt ἐπεί μ' ἐδαμάσσαο οἴνῳ.
δάμασις,domitio,domitura.
δαμαστήριον ου,τὸ, tormentum quo quis ſubigitur fateri aut facere quod nolit,Aff.ex Ecc.hiſt.
δαμνάω,ῶ,idem.Iliad.ε.χαλεπὸς δ' ὁ δεσμὸς ἐδάμνα. Et δαμνῶμαι,pro eodem.
δάμνημι, pro eodem. Il.ε. Et δάμναμαι, pro eodem. Od.ξ. Et paſſiua ſignif.Il.λ.
δέμω & δέμομαι,(inuſ.) vnde Aor.poſt.ἐδάμην & δαμῆναι infinit. & δαμήμεναι, & δαμῶ, pro ἐδάμησαν. Et part. δαμείς,frequenti in vſu apud Hom. Hinc & præt. δέδμηκα per ſyncopen pro δεδάμηκα,& paſſ. δέδμημαι apud eundem,vnde partic. δεδμημένος,vt Od.ξ. Αἴθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον, domitum ſeu enectum.Vide δέμω etiam ſua ſerie.
δμῆσις ἡ,domitio,domitura,Il.ρ.
δμητὴρ ῆρος,ὁ,domitor δμήτειρα,ἡ,domitrix. Cereris epith. δμητὸς,domitus.
δάμαρ,& inuſit. δάμαρς vnde δάμαρτος,vxor. Il.γ. & Eurip.huic oppon.παρθένος ἀδμής.
δαμάλη vel δάμαλις,iuuenca,bucula,ad Heb.9.¶Item vitulus.Et pro vacca,Theocr.
* δαμαλίζω,idem quod δαμάζω,Pind.Pyth.
* δαμαλίζομαι, pro iuuencę more laſciuio:Pind.Pyth. ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομένην, an alieno in cubili laſciuientem iuuencę more.
δμὼς,ωὸς, item δμωὸς,οῦ,ὁ, ſeruus,Od.π. Item δμωὸς,
357 (adiect.)ſeruilis,vernaculus,ex Epigr.
δμωὴ & δμωὶς,ſerua,ancilla,Od.ο.
δμώϊος,ſeruilis,Epigr.lib.1.

Compoſita.

Αδάμαστος,indomitus, qui domari nequit. Interdum verò, qui domitus non eſt; Il.ι, ἀίδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος. Et ἀδάμαστος πῶλος,Xen.Metaphoricè autem ἀδάμαστος, quę nondum nupſit,quaſi quæ nondum ſubacta ſit ad ferendum mariti iugum. vnde ἀδάμαστος θεὰ, Minerua,Soph. Poteſt etiam exponi, non compreſſa, ſicut & ἀδμής. Sic & ἵπποι ἀδμῆτες ἔτι καὶ ἄβατοι, Luc. in Zeuxide.
Αδαμνὴς,Heſych.validus,durus.
Αδμητὸς & ἀδμὴς,indomitus. Et metaph. παρθένος ἀδμὴς,nondum à marito domita nondum maritale iugum paſſa.vel nondum compreſſa: vt & ἀδάμαστος.Αδμήτης,Suid.pro ἀδάμαστος. Αδμῆτις ιδος,ἡ, indomita,ſeu nondum domita & ſubacta. apud eundem Suid.
Αδάμας,αντος,ὁ, adamas.ita dictus lapis à duritie quaſi indomita. Qua de re lege Plin.lib.37.cap 4. Apud Heſiod. in Clyp. κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε δαιδαλέην ἀδάμαντος,admonet interpres dici de ferro. Sic in Theog. πολιοῦ ἀδάμαντος τεῦξε μέγα δρέπανον.
Αδαμάντινος, adamantinus,Æſchyl.in Prom. ἀδαμαντίναις πέδησιν, Metaph. ponitur pro validiſſimo, Æſchin.
Ανδροδάμας,αντος,ὁ, gemma quędam, ſic dicta quòd hominum impetus domet,Plin.
Ημιδαμὸς,ſemidomitus.
Ιπποδάμος,ου,ὁ,equorum domitor,equorum domandorum peritus.Hom.Il.β.γ.& alibi.
Καταδαμάζω,domo:vel potius edomo,perdomo.
Καταδάμναμαι,idem in Epigr.
Κεκραξιδάμας, qui clamore & vociferatione aliquem domat,clamoſus à κράζω,Ariſtoph.
Λαοδάμας,populorum domitor,Martis epith. * Æſch. in ἑπτὰ ἐπὶ Θ.
Νεόδμητος κόρη,recens domita,& ſubacta à ſponſo puella,noua nupta.
Νεοδμῆτες γάμοι, nuper celebratę nuptię. ἐπειδὴ τὸ νεωστὶ ἐν αὐτοῖς δεδμῆσθαι τὴν νύμφην,ex Eurip.
Νεοδμὴς πῶλος,nuper domitus pullus,Hom.
πανδαμάτωρ, omnia domans. Epithetum ſomni apud Hom. & fulminis,Luc.in Tim.
πολύδαμος,multos domans,Heſych.
πωλοδαμνέω ῶ, pullos domo. Cum accuſ.ſignificat, vt pullum domo & erudio,Soph.
πωλοδάμνης,ου,ὁ, equuleorum domitor, pullorum domitor,equorum domitor,Xen.
Τοξοδάμας,qui arcu domat & ſagittis,ſagittarius.
Τοξόδαμνος,arcu iaculíſve ſubactus,ex Th.
Υποδάμναμαι,ſubigor,ſubiectus ſum,Od.γ.
Υποδμηθῆναι,domari,ſubigi,in Epigr.

Compoſita ex δμώς.

Ενδοδμῶες,genuini & veri ſerui,qui ita vt veros ſeruos decet ſeruiunt.
Υποδμὼς,idem quod δμὼς,apud Hom.

ΔΑΝΑΗ, ἡ, danae, herba quæ à quibuſdam laurus Alexandrina,teſte,Dioſc.Eſt & nomen proprium.

ΔΑΝΟΣ,εος,τὸ, donum, munus. Euphorion,τό ῥά οἱ δάνος ὤπασεν Εκτωρ. ¶Item mutuum,δάνειον.Eccleſiaſtici cap.29. Sic & ἐν δάνει λαμβάνειν, Bud.exp. mutuò accipere. ¶δανὸν ſcribit Plutarchus in lib. de poet. aud. Macedones vocare mortem, vnde eſſe ait ῥιγεδανὸς,& ſignificare κακοθάνατος.
δάνειον ου,τὸ,fœnus,mutuum,æs alienum,Ariſtot.
δανειακὸς,(adiect.) vnde δανειακὸν γραμμάτιον, cautio mutui,Bud.
δανείζω fœnero,mutuo do ad vſuram:Plut.τοῖς γὰρ ἀπόροις οὐ δανείζουσι.Epig.lib.2.πάντα δανείζεις.Eſt etiam mutuo do citra vſuram,vt quidam annotant, vt apud Plat.de leg.5.& Ariſtot.in OEcon. Affertur & δανίζω pro eodem,ex Epigr.
δανείζομαι,fœneror,fœnore accipio: vt χρήματα δα-

δανείζεσθαι, apud Ariſtoph. & ἀργύριον δανείζεσθαι. Xen. Et δανείζεσθαι ἐπὶ μεγάλῳ τόκῳ vel ἐπὶ μεγάλοις τόκοις, Demoſth. Interdum ponitur ſine adiectione. Item metaph. apud Plat. de rep. l. 10. ἀλλ' ὅσων ἀποδώσετέ μοι ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ, &c.

δάνεισμα, τὸ, fœneratitia pecunia. Item ipſa fœneratio. vnde δάνεισμα ποιήσασθαι pro δανείζεσθαι, Thuc. 1.
δανεισμὸς, οῦ, ὁ, fœneratio, mutuatio, Plat.
δανειστὴς, οῦ, ὁ, fœnerator. cuius correlatiuum eſt ὁ δανειζόμενος. Annotatur tamen accipi & pro eo qui fœneratur, & mutuò accipit.
358 δανειστικὸς, fœneratorius ſeu fœneratitius, Bud.

Compoſita.

Ἀνησίδανος γῆ. Etym. eadem quę & ἀνησιδώρα. διὰ τὸ τοὺς καρποὺς ἀνιέναι.
Ἐκδανείζω, idem quod δανείζω. vt τῇ πόλει ἐκδανείσαι χρήματα, Ariſtot. Oecon. 2.
* Ἐνδανείζω, fœnero.
Ἐπιδανείζω, vltra fœnero, Ariſtot. Oecon. 2.
Καταδάνειος, obæratus, E. ex Diod. Et καταδάνειος οὐσία, bona oppignerata creditoribus.
Προδανείζω, antè fœnero. Metaph. Luc. προδανείσας τῷ Ἀπόλλωνι τὴν χάριν.
* Προσδανείζω, mutuo do: & προσδανείζομαι mutuo accipio, Xen.
* Συνδανείζω, ſimul fœnero, ſeu mutuo accipio, Plut.

ΔΑΠΑΝΑΩ, ῶ, F. ήσω, conſumo, impendo, ſumptus facio, exhaurio (metaph.) Xen. Dem. Cum accuſ. à verbo δάπτω deducitur apud Athen. lib. 11.
δαπανάομαι, ῶμαι, conſumor, impendor. Habet & actiuam ſignif. apud Lyſ.
δαπάνημα, τὸ, ſumptus, impenſa, Xen.
δαπανητικὸς, conſumendi vim habens, Greg.
δάπανος, ου, ὁ καὶ ἡ, conſumptor, conſumendi vim habens: vt apud Athen. καὶ δάπανος ὑγρῶν. Exp. & ſumptuoſus, profuſus, Thuc.
δαπάνη, ſumptus, impendium, Plut. Thuc.
δαπανηρὸς, ſumptuoſus, profuſus, Ariſtot.
δαπανηρῶς, ſumptuoſè, magnis ſumptibus, Xen.

Compoſita.

Ἀδαπάνητος, inconſumptus, inexhauſtus: ſeu qui conſumi & exhauriri nequit.
Ἀδάπανος, non impendioſus, vel ſumptum non faciens. Sed frequentius dicitur de re in quam ſumptus non fit. Item qui conſumi non poteſt.
Ἀδαπάνως, ſine ſumptu, ſine impenſa.
Ἐκδαπανάω, idem quod δαπανῶ.
Εὐδάπανος, largus & liberalis in faciendis ſumptibus. ſumptuoſus, Plut.
Καταδαπανάω, ῶ, idem quod ſimplex.
Καταδαπάνη, ſumptus, Alex. Aphrod.
Πολυδάπανος, ſumptuoſus.
Προσδαπανάω, ῶ, inſuper abſumo ſeu inſumo.
Σπληνοδάπανος, ſplenem conſumens & minuens. Nicand.
Συνδαπανάω, ῶ, vnà conſumo.

ΔΑΠΕΔΟΝ, ου, τὸ, pauimentum. Homer. Xenoph. ¶ Interdum eſt potius, ſolum. in Anth. Epigr. Euſtat. deriuat ex vocula δᾶ (quæ Doricè terram ſignificat pro γᾶ vel γῆ) & nomine πέδον. vt dicatur quaſi δᾶς πέδον, terræ ſolum. Inuenitur etiam apud tragicos γῆς πέδον & χθονὸς πέδον. At Camerarius putat eſſe potius à δάπτω ſignificante κόπτω: ſicut pauimentum eſt à pauio, i. ferio.

Compoſita, (De quibus vide etiam in compoſitis ex Ἔδαφος)

Ἀλλοδαπὸς, ή, ὁ, (tanquam ἀλλοδάπεδος. nam à quibuſdam exp. ὁ ὢν ἐξ ἄλλου δαπέδου) qui eſt ex alio ſolo non ex noſtro, qui eſt ex ſolo peregrino. peregrinus, alienigena, extraneus, exterus, externus. Homer. Xenoph. Ἀλλοδαπὸν interdum vocatur quod eſt inuſitatum & inſolens, ſeu formę inuſitatę, vt apud Herodian. lib. 1. ζῶά τε παντοῖα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς.
Ἔνδαπος, indigena, Poll. lib. 3. poeticum eſſe dicit, cui ſynonymum ἐγχώριος, ἐπιχώριος, ἔντοπος. 359
Ἡμεδαπὸς, qui eſt è noſtro (i. noſtrate) ſolo, noſtras. ὁ τῆς ἡμετέρας δαπέδου, q. d. ἡμεδάπεδος. Sępe exp. & noſter, apud Ariſtoph.
παντοδαπὸς, (q. d. qui eſt ex omni ſolo) exp. omnifarius, omnigenus, omnis generis. Ariſt. interdum varius, multiplex, vt χίμαιρα, & ſimilia apud Plat. de rep. Sic παντοδαπώτατος valde multiplex, apud Theophraſt. Affertur & παντοδαπὴς ex Dionyſ. Areop. & Herodiano.
παντοδαπῶς, omnifariam, omnibus modis, vel omni modo, omnimodè, Ariſtot.
Ποδαπὸς, (q. d. ποίου δαπέδου) ex quo ſolo, cuias. Plat.
ποταπὸς, etiam inuenitur *pro* qualis. Exp. & cuiuſmodi. Atque adeò quidam annot. ποταπὸς dici ἐπὶ τρόπου, ſicut ποδαπὸς ἐπὶ γένους, Hermog. Luc.
Τηλεδαπὸς, qui ex longinquo ſolo aduenit, ideóque peregrinus, Od ξ.
Ὑμεδαπὸς, veſtras, qui eſt è veſtro ſolo.

ΔΑΠΤΩ, ψω, voro, dilanio, dilaniando voro. Iliad. π. (de lupis) Οἵ τ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν οὔρεσι δηώσαντες, δάπτουσι Et Il. λ. (de leone) αὐτὰρ ὁ δάπτει. Propriè ſignificat ſe ingurgitare ferarum ritu. vt legimus apud Athen. lib. 8. Et Il. ψ. δαπτέμεν tribuitur igni. At Il. υ. de haſta dicitur. ὅ τοι χρόα λειριόεντα δάψει, i. diſcerpet. Alia metaphor. vſus eſt Gregor. in carm. δυσπαθέϊ θυμὸν αἰὲν δάπτω.
δαπτὴς, vorax apud Lycophr. δάπται μυῖαι, exp. mordaces muſcæ.
δάπτριος lacerator, edax Ex Epigr.
Δαρδάπτω, idem quod δάπτω, per reduplicationem factum. Et metaph. κτήματα δαρδάπτουσιν, Od ξ.

Compoſita.

Ἄδαπτος, qui dilaniatus non eſt. vel qui dilaniari nequit, Heſych. exp. γυμνὸς ἄδερμος.
Διαδάπτω, idem ferè quod δάπτω. Expon. &, vulnero, Iliad. φ.
Καταδάπτω, idem. vt Iliad. γ. κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.
Καταδαρδάπτω, idem.
Περιδαρδάπτειν, deuorare, laniando abſumere.

ΔΑΡΔΑΝΩ, dormio. Aor. 2. ἔδαρθον, Fut. δαρθήσομαι à δαρθῶ inuſit. δραθεῖν, etiam dicitur pro δαρθεῖν dormire per metatheſin. vt Iliad. ψ. Ἀλλ' ἐν ἀδεψήτῳ βοὸς καὶ κώεσιν οἷον ἔδραθεν ἐν προδόμῳ. Etymologus & ſchol. Ariſtophan. à δέρμα deriuant δαρθεῖν ſiue δραθεῖν. Dicit enim & hic καταδαρθεῖν eſſe propriè ἐν δέρμασι κοιμηθῆναι, i. in pellibus cubare.

Compoſita.

Ἀποδαρθεῖν, idem quod δαρθεῖν.
* Διακαταδαρθάνω, obdormio, Plut. Symp. 6.
* Ἐγκαταδαρθάνω, indormio, Plut.
Καταδαρθεῖν & καταδραθεῖν, idem Ariſtoph.
Decomp. Ἐπικαταδαρθεῖν, indormire.
Συγκαταδαρθεῖν, condormire, item concumbere.
Παραδαρθεῖν & παραδραθεῖν, iuxta dormire, Hom.

ΔΑΣΚΙΛΛΟΣ, ου, ὁ, Daſcillus piſcis apud Ariſtot. hiſt. anim. lib. 8. cap. 2.

ΔΑΣΠΛΗΣ, ῆτος, ὁ, à nonnullis expon. magnorum

rum malorum plenus, deriuantibus à πλέω ſeu πιμπλάω, ab aliis expon. δυσαρεστήλαστος, à πλάω per ſyncopen poſito pro πελάω. Latinè expon. difficilis, grauis, atrox Epigr. lib. 7. Latinè expon. difficilis, grauis, atrox Epigr. lib. 7. quidam mortem vocat δυσπλῆτα διάστασιν, grauem diſiunctionem animæ à corpore. δυσπλῆτις quoque dicitur in fœm. genere. Od. ο.

Ὀμβριμοεργὸς, magna & ardua facinora edens. Suid.

Ὀνοματουργὸς, nominis ſeu nominum artifex, i. vocabulorum. Plat. in Cratylo.

Παιδουργὸς, liberorū procreator. Παιδουργία, liberorum procreatio. ex Plat. de leg.

* Πανουργὴς aſtutus, callidus. πανοῦργος.

Πανοῦργος. q. d. ad quodlibet opus promptus. vel qui dexteritate ingenij valet ad quidlibet agendum, callidus, vafer, verſipellis, veteratorius. Ariſtot. Eth. 6. & Dem. pro cor. Item in bonam partem pro ſolerti, ex prouerbiis Solomonis.

Πανούργως, callidè, vafrè.

Πανουργία, calliditas, vafrities. Herodian. Item πανουργία laudabilis, apud Baſil.

Πανουργέω, ῶ, callidè ſeu vafrè ſcelus aliquod admitto. Ariſtoph. in Pluto. Πανούργημα, vafrum aliquod factum, ſcelus aliquod vafrè admiſſum.

Πανουργεύομαι ac Πανουργεύομαι pro πανουργῶ & πανούργημα.

* Παντουργὸς, idem quod πανοῦργος. Soph. in Aiace.

Decomp. Ἀπανοῦργος, qui aſtutus vel ſolers non eſt. Plut. in lib. de ſolertia anim.

Βωμολοχοπανοῦργοι, exp. glorioſi veteratores: apud Ariſtot. eth. 4. cap. 7.

Καταπανουργεύομαι, malitioſè ago contra, dolis vtor aduerſum. Suid. cum genit.

Στρεψοδικοπανουργία, verſutia in peruertendis cauſis ſeu litibus. Ariſtoph. in Auibus. Στρεψοδικοπανουργία, idem.

Συμπανουργῶ, colludo & contechnor.

Πάρεργος, qui eſt præter ſuſceptum opus, ad ſuſceptum opus accedens. Plat. 505

Πάρεργον, appendix, acceſſio.

Παρέργως, obiter, perfunctoriè, non accuratè. Syn.

Περίεργος, curioſus. anxiam diligentiam aliqua in re adhibens. Xen. Iſocr. ¶ Item de re dictum, curioſè accuratus, nimis exquiſitus: item ſuperuacaneus. Ariſtot. Plut.

Περιέργως, curioſè, nimis accuratè.

Περιεργία, curioſitas, nimis accurata diligentia.

Περιεργάζομαι, curioſitate vtor, curioſè ago. Plat. Item, curioſè nimium & inaniter laboro vel inquiro. Dem.

* Περιεργασία, curioſitas. περιεργία.

Decomp. Ἀπερίεργος, non exquiſitus vel non ſuperfluus & ſuperuacaneus. Athen. li 6. & alibi. Ἀπεριέργως, non exquiſitè, non ſuperfluè. vt apud Ceb. Theb ἀπεριέργως κεκοσμημένος.

Πηλουργὸς, qui è luto fictilia vaſa conficit, figulus.

Πιθανουργικὸς, effector eorum quæ ſunt perſuaſoria, ſeu perſuadendi vim habentia. Πιθανουργικὴ τέχνη, ars lenocinio verborum vtens ad perſuadendum accommodato apud Plat.

Πλαστουργὸς, fictor, idem qui πλάστης.

Πλαστουργέω, ῶ, idem quod πλάττω, fingo, effingo, imitor. Bud. ex Theophyl. Exp. & formo. vnde πλαστουργηθεὶς Chriſtus, apud Damaſc.

Πλαστούργημα, effictio. Damaſc.

Πλινθουργὸς qui lateres conficit, vel conſtruit. Poll.

Πλινθουργία, laterum confectio, laterum coctio.

Πλινθουργέω, lateres conficio, lateres coquo. Ariſt.

Προὔργου, dicitur pro πρὸ ἔργου, i. quod operæprecium eſt & præuertendum. προὔργου τι καὶ ἀναγκαῖον, Luc. Dicitur etiam aliquid προὔργου εἶναι εἰς τοῦτο vel πρὸς τοῦτο, apud Plat. de rep. Hinc προὐργιαίτερον, potius, antiquius. Polyb οὐδὲν ἐποιήσαντο προὐργιαίτερον.

Πρωτουργὸς, primas in opere aliquo partes obtinens, primariò efficiens. Plat.

Ῥᾳδιουργὸς, qui facilè ad ſcelus patrandum impellitur, facinoroſus, ſceleratus. Plut. de exilio, τοὺς ῥᾳδιουργοὺς φυγαδεύουσι. Interdum exp. veterator, verſipellis. Dicitúrque generaliter etiam de eo qui mala fide in re aliqua verſatur. vnde & pro adulteratore teſtamenti quem Cic. teſtamentarium appellat.

Ῥᾳδιουργία, ſcelus ad quod patrandū facilè quis prorūpit. ſcelus à proiecta quadam audacia profectum. ſcelus, flagitium, facinus. Item facinus eius qui mala fide in re aliqua verſatur. Vnde & pro teſtamenti ſuppoſitione ſeu adulteratione ponitur à Plut. Exp. & fallacia, item maleficentia. vt act. c. 13. Item temeritas. Plut. Dicitur & ῥᾳδιουργία, quum quid facilè fit & ſine negotio. Xen.

Ῥᾳδιουρ-

Ῥᾳδιουργέω,ῶ, facilè ad ſcelus aliquod patrandum prorumpo,&c.Plut. Item mala fide in re aliqua verſor,mala fide ago. Vnde & pro teſtamentum ſupponere apud Plat. teſte Bud. Item negligo, ceſſo, ſine intentione & cura viuo,ſegniter negotia obeo. vt operarij qui operis conſummationem ad ſe pertinere non magnopere putant,vt Xen. in OE. ῥᾳδιουργεῖν ὅλης τῆς ἡμέρας,& ἐώμβοι ῥᾳδιουργεῖν.

Ῥᾳδιουργεῖσθαι,etiam *pro*,ceſſare ſupino otio, & prorſus remiſſum eſſe,ex eodem Xen.

Ῥᾳδιούργημα,facinus,ſcelus,flagitium. A B.exp.etiam veteratorium facinus.Luc.

*Decomp.*Ἀῤῥᾳδιούργητος,non temeratus. Συῤῥᾳδιουργεῖν,vna facinus patrare vel moliri.

Σιδηρουργὸς,faber ferrarius.

Σιδηρουργία,ferraria officina,ferraria fabrica.

Σμηνουργεῖσθαι, dicuntur apes quum fœticant & ſua examina ponunt.Strab.

Στηλουργὸς τάφος, ſepulchrum in quo extructa erat columna,ex Epigr.

Στιχουργέω,ῶ,verſificor,verſus facio ſeu ſcribo.

Στοματουργὸς,ore opus ſuum conficiens.Eurip.

Συνεργὸς,(q.d.cooperator)adiutor.Plut.

Συνεργέω,ῶ,adiuuo,proſum,confero.Theophr.

* Ἐπισυνεργέω, *decomp.* adiuuo,συνεργέω. Euryphanius Pythag.

Συνεργάτης,operis ſocius,adiutor.

Ταλαεργὸς, patienter laborem ſubiens ac perferens. Muli epith.Il.ψ.& Heſiod.in Erg.

Ταλασιουργὸς,lanifex, qui vel quæ lanas tractat. Athen.

Ταλασιουργία,lanificium.

Ταλασιουργικὸς, pertinens ad lanificas, qui ad lanificium requiritur.Xen.

506 Ταλασιουργέω,ῶ,lanas tracto,lanariam factito.Xen.

Ταχυεργὸς,celer in opere aliquo ſeu acer.Bud.

Ταχυεργία,celeritas rei conficiendæ.Xen.

Τελεσιουργὸς,(q.d. perfector vel effector operis) perfector ſeu effector. Apud Plut. τελεσιουργὸς τῶν ὑποσχέσεων,effector promiſſorum.Item efficax.

Τελεσιουργία,perfectio operis ſeu effectio. vel perfectio,ſeu effectio,aut etiam efficacia.

Τελεσιουργέω,ῶ,(q.d.perficio opus) perficio, conficio,Luc.Item pro initiare apud Dionyſ.Areop.

Τελεσιούργημα,operis confectio ſeu abſolutio. Polyb.

Τελετουργὸς δύναμις,à D.Areop.appellatur vis diuina operans in ſacramentis eccleſiaſticis.

Τελετουργία pro conſecratione ſeu initiatione.

Τελετουργῶ,conſecro,initio,dedico,apud eundem.

Τερατουργὸς,q.d.monſtrificus,vt dicuntur artes & gemmæ monſtrificæ, i. quæ monſtroſos & inuſitatos inſolenteſque effectus edunt. Dicitur & de homine monſtrifico,i.qui monſtroſa quædam efficit & nuſquam viſa,veluti præſtigiatores.

Τερατουργέω ῶ,monſtroſa & prodigioſa efficio, monſtra & portenta edo.

Τερατούργημα,eiuſmodi monſtroſum effectum.

Τερατουργία, ipſa actio edẽdi opus aliquod monſtroſum.Sæpe & pro τερατούργημα accipitur.Theodorit. in hiſt.Eccleſiaſt.

Τεχνουργέω, artificioſè conficio,arte facio. Τεχνούργημα, factum artificioſum,ſeu techna.

Ὑαλουργὸς,& ὑελουργὸς,qui vitra cõficit,vitrarius. Dioſc.

Ὑαλουργεῖον,& ὑελουργεῖον,officina vitraria.

Ὑλουργὸς,lignarius faber.Apoll.Rhod.

Ὑλουργὸς,idem. Poll. Ὑλουργία,ἡ, opus materiarium, vel ars lignaria.Poll.lib.7.cap.24.

Ὑπουργὸς,adiutor,qui operam nauat. Item miniſter apud Luc.

Ὑποεργὸς,poeticè,idem.

Ὑπουργία,adiumentum,miniſterium.Plut.

Ὑπουργέω,ῶ, operam nauo, adiuuo, inſeruio,obſequor.Thuc φίλον τι γῦ ἤγριῶ τῆ τὸν ὑπουργήσοντα.

Ὑπούργημα & ὑπούργησις,miniſterium,obſequium.

*Decomp.*Ἀνθυπουργέω,ῶ, viciſſim operam nauo, viciſſim inſeruio.

Ἀνθυπούργημα,& ἀνθυπούργησις,officium quod viciſſim præſtatur,mutuum officium.

Προσυπουργεῖσθαι,ab Heſychio exp.ὑπηρετεῖσθαι.

Συνυπουργέω,ῶ,vnà ſubſeruio 2.Cor.c 1.

Φαυλουργὸς, malus artifex. Φλαυρουργὸς,idem. Apud Soph.exp qui parua mala patrauit & leuia.

Φιλεργὸς,operis amans,operi deditus,ſedulus. vt φιλεργὸς μέλισσα,Naz.apis laborioſa. Φιλεργία,ſedulitas. Xen.in OEcon.

Φιλεργῶ,ſedulus ſum,ſedulitate vtor.

Φυγεργὸς,fugitans laboris,iners,ſocors.

Φυτοεργὸς vel φυτουργὸς, qui laborem impendit plantis ſeu plantarum culturæ.Plato lib.10.de rep. Deũ φυτουργὸν appellat quaſi formarum ſeu idearum conditorem.

Φυτουργέω,ῶ,plantas colo,& ſero curóq;.Apud Phil. de mundo.Τούτων οὐδὲν οὐδεὶς ἱκανὸς αὐτὸς φυτουργῆσαι, Bud.interp.inſtar plantæ pangere.

Φυτούργημα, ipſa actio plantas colendi. exp. etiam, plantatio,conſitio:item locus conſitus.

Φυτουργία,idem,Phil.de mundo.

Φυτουργικὸς, ad φυτουργίαν pertinens. Φυτουργικὸς πόνος, labor qui impenditur culturæ plantarum. Item peritus culturæ plantarum.

Χαλκουργὸς,qui æs tractat & elaborat: qui æra fabricatur,faber ærarius Ariſtot.

Χαλκουργικὴ,ſub.τέχνη,ars æraria.

Χαλκουργέω,ῶ,æs præparo,vt metallarius. Χαλκούργημα,opus à chalcurgo confectum. Quidam exp.ſignum æneum.

Χαλκουργεῖον officina æraria.

Χειρουργὸς, qui manu operatur. qui manu opus facit. Exp.etiam,opifex,operarius. In qua ſignif dicitur & χειρέργης ¶Item peculiari ſignificatione, chirurgus. is qui medicas manus alicui admouet, vt vrat, ſecet,aliáque ſimilia peragat.

Χειρουργία,actio,vel operatio quæ fit manibus.Dicitur de omni arte quę actionem habet manuum cum cognitione coniunctam Plat.in Polit. ¶Item curatio quam adhibet chirurgus.Gal.Dioſc. 507

Χειρουργικὸς,vt χειρουργικὴ τέχνη vel ἐπιστήμη, apud Ariſtot. Pol. lib. 8. ſcientia quę in manuum operatione verſatur, i. quę manibus exercetur, ſeu quæ manus opera indiget. Item χειρουργικὸς,chirurgicus, ad chirurgiam pertinens. Et χειρουργικὴ τέχνη vel ἐπιστήμη, ea pars medicinę quæ ſectione & vſtione aliiſque quę dicta ſunt,vti docet.

Χειρουργέω,ῶ,manibus operor ſeu opus facio.item ſimpl.operor. vt τὰ ἱερὰ χειρουργεῖν, ſacris operari, apud Iſæum. Apud Ariſtot pol. lib. 8. χειρουργεῖν dicitur qui manu inſtrumento muſica pulſat.

¶Item fabricor, ædifico. vt apud Plat. in Atlantico,καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, multa gymnaſia ædificata erant. ¶ Item manu perpetro facinus apud Ariſtot. & Æſchin. in orat περὶ παραπρ. ¶ Item medicam manum admoueo,&c. Item curo per chirurgiam,ſeu vtendo arte chirurgiæ.Hippocr. Gal.

Χειρούργημα,τὸ,manu factum opificium.Plat.

*Decomp.*Ἐγχειρουργέω,idem quod χειρουργέω,Greg.

Συγχειρουργέω,vnà operor,apud Iſæum.

Χλαμυδουργὸς,qui cõficit chlamydes.Χλαμυδουργία, ars conficiendi chlamydes.Xen.

Χλαμυδουργικὸς qui ad χλαμυδουργὸν pertinet.

Χρηστουργία,boni operis actio vel bonum opus.Suid.

Χρυσουργὸς aurifex ex libro Sap.

Χρυσουργέω,ῶ,aurum tracto & elaboro.

Ωμέργος,(q d. ὠμεσεργός) qui crudelia patrat facinora. idcóque crudelis,sæuus, vel etiam qui crudelia patrauit,ὁ ὠμὰ ἐργαζόμενος,Heſych.

Compoſita ex ἀργὸς,i.velox.

Γλωσσαργὸς,ὁ,ὁ καὶ ἡ, garrulus, loquuleius, blatero, linguax,nugo.ταχύγλωσσος Heſych.

Γλωσσαργία,garrulitas.Athen.

Λήθαργος, qui citò obliuiſcitur alicuius rei, ὁ τῇ λήθῃ ταχύς. Dicuntur & equi λήθαργοι qui natura ſua ignaui & torpidi ſunt,ac calcarium citò obliuiſcuntur.¶Item λήθαργος ſiue ληθαργία,morbus eſt quem Latini veternum appellant: marcor & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas.Celſ.lib.3.cap.20.

Ληθαργικὸς,qui eo morbo laborat,veternoſus.

Ληθαργίζω,lethargo laboro, inexcitabili ſomno oppreſſus ſum.

Εὐληθάργητος,qui facilè labitur in lethargum.

Λίθαργος,velox,celer.ἀργὸς Suid.

Λιθαργίζειν, feſtinare,celeri gradu proficiſci. Ariſtoph in Pace vbi ſchol deriuat. παρὰ τὸ λίαν ἀργόν.

Λιταργισμὸς,οῦ,ὁ,rapidus curſus aut fuga. Item ſaltus laſciui,vt ſcribit idem ſchol Ariſtoph.

Ἀπολιταργίζειν, celeri gradu à foribus ſe proripere.Ariſtoph.in Nub. vbi ſchol. λίτλω, dici ianuam ſcribit.exponit etiam ἀποσκιρτᾶν.

Πόδαργος,celeres pedes habens, πόδας ἀργὸς ſeu πόδας ὠκύς,Euſt.Vide & in Ἀργὸς,i albus.

Compoſita ab ἐργάζομαι.

Ἀνέργαστος,ὁ,ὁ καὶ ἡ,incultus,inelaboratus,rudis.Luc γλῶτ ἄλλας ἔσαν ἀνέργαστον. Item qui factus ſeu fabrefactus non fuit.Herodian.

Ἀπεργάζομαι, efficio. Plat. Interdum etiam facio ſeu conficio,fingo.vt οἱ ἀπεργαζόμενοι εἴδωλα.Xen. ¶Interdum paſſ.ſigni.vt ἀπείργαστο τελέως. Plut. effectus erat,omnino abſolutus erat.

Ἀπεργασία,effectus.Plat.

Ἀπεργαστικὸς,idem quod ἐργαστικός.

Decomp. Ἐναπεργάζομαι, facio ſeu efficio in,Iſocrat. Exponitur etiam fabricor,conficio.

Συναπεργάζομαι, conficio, ſimul efficio, in re aliqua efficienda iuuo. vt fabularum actores ſcriptoréſve συναπεργάζεσθαι dicuntur,quum geſtu,habitu,totáq; actione, rem quæ geritur, ita referunt & imitatione repræſentant, vt hæc ſubiecta oculis appareat, nec narrari,ſed fieri videatur. Ariſtot. in poetica. δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον.vbi tamen interpr. eloquutione conſtruere.

508 Διεργάζομαι, elaboro, excolo. Et διεργάζομαι γλῶ colo terram,ſubigo.Theophr.& διειργασμένη γῆ,culta terra. Item,corrumpo,vitio Bud ex Pauſania. Et paſſ. διέργαστο ἂν τὰ Περσέων πρήγματα,ex Herodot. actum fuiſſet de rebus Perſarum.¶Item interficio. Plutarchus de Lucretia,ἑαυτὴν διεργασαμένη.

Decomp. Ἀδιέργαστος,ὁ,ὁ καὶ ἡ,inelaboratus.Iſoc.

Προδιεργάζομαι,antè elaboro. Ariſtot.

Δυσέργαστος,factu difficilis.

Ἐνεργάζομαι,facio in. Sæpe exp.ingenero. Plut. τοῦτο δὲ ψευδεῖς ἐνεργάζεται καὶ παντας φαντασίας, ingenerat, efficit.

Ἐξεργάζομαι, perficio, abſoluo, effectum reddo Xen. Exp.perpetro apud Pauſan. Item euerto, deſtruo, occido.Bud.ex Herodoto. Paſſiuè etiam ſæpe ſumitur.vt ἐξειργάσθη ὑπὸ Αἰμυλίου. Plutarchus in Numa. Sic τοὐξειργασμένον. Soph.in Aiace.Item ἐξειργάσμεθα,actum eſt de nobis,periimus ex Euripide.

Ἐξειργασμένως,perfectè,ad amuſſim.

Ἐξεργασία,abſolutio. Fab.lib.8.cap.3. de ornatu loquens. ἐξεργασία eſt in efficiendo opere propoſito: cui adiicitur ἐπεργασία, repetitio probationis eiuſdem,& cumulus ex abundanti. Ἐξεργαστικὸς,ad perficiendum idoneus. Et τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας ex Macc.2.effectio rei.

Ἐξειργασμένως,perfectè,ad amuſſim.Plut.in Alex.

Decomp. Ἐπεξεργάζομαι(q.d. ſuperefficio) effectum opus expolio. Item abſoluo. Bud.ex Baſilio. Item efficio, ex Dem. Ἐπεξεργασία, operis conſummatio & expolitio. De qua voce vide & in ἐξεργασία.Ἐπεξεργαστικῶς, cum quadam operis expolitione. vnde ἐπεξεργαστικώτερον exp.apud Baſilium, exactius, perfectius. Προσεπεξεργάζομαι, ad expolitionem operis aliam addo. inſuper expolio, exactiſſimè tracto.Προσεπεξεργασία,apud rhetores, expolitio ſecunda.

Ἐπεργάζομαι,colo,aro,ſubigo.Luc. τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος. Ab Æſchine autem poni ait Budæus pro colere,vel iterum colere. Idem ſcribit ſibi videri Platonem vti verbo ἐπεργάζεσθαι,pro,plus æquo arare pro ſuo, plus agro ſuo arare, & eius terminos egredi. Affert præterea ex Pauſania pro ſculpere,ſeu in ſummo ſculpere. & ἐπειργασμένον pro affabrefacto. Apud Naz. ἐπεργασθὲν τὸ τάλαντον,exp. exerceat talentum.

Ἐπεργασία,ius arandi inter ſe,communio culturæ inter duos populos. Item aratio quæ fit vltra terminos. vide Platonem apud Bud Et ſimpliciter pro aratione ſeu cultura(ſicut ἐπεργάζομαι pro aro, colo) apud Thucyd. Idem lib. 2. ἐπικαλοῦντες ἐπεργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς,obiicientes Megarenſibus culturam agri ſacri.

Κατεργάζομαι, conficio, effectum reddo, perficio, perago.Xen. Apud Platonem accipitur & pro,ſubiicio mihi.item ſupero: vnde & Thuc. κατεργάζεσθαι & κρατῆσαι alicubi pro eodem dixit. Item conficio, i. concoquo.Bud.ex Theophr. Item conficio,i.conſumo,profligo & interficio.Herodian. Item pro ſimplici ἐργάζομαι, vt Andocides 21. ὅσοι στρατηγοὶ γενόμενοι καλόν τι τὴν πόλιν κατεργάζονται.Et κατεργαζομένη γῆ Theophr. terra culta.

Κατεργασία,confectio.Item opificium,Bud. Et κατεργασία γῆς Theophr.aratio,ſubactio.

Decomp. Ἀκατέργαστος,inelaboratus, impolitus,rudis.Dionyſ.Longin.

Δυσκατέργαστος,qui non facilè confici poteſt.Xen.

Εὐκατέργαστος, qui facilè confici ſeu effici poteſt, effectu facilis Interdum,ſuperatu facilis.At γῆ dicitur εὐκατέργαστος, terra quæ facilè ſubigitur.Item concoctu facilis

Συγκατεργάζομαι,vnà conficio, adiuuo in conficiendo ſeu efficiendo, vt συγκατεργάζομαί σοι τὴν ἀρχήν, ex Herodoto te adiuuo ad regnum occupandum.

Περιεργάζομαι,vide ſuprà in περίεργος.

Προεργάζομαι,prius ſeu antè conficio.Thuc.

Προσεργάζομαι,præterea facio ſeu efficio.

Συνεργάζομαι,conficio,ſubigo,B.ex Theoph.

Ὑπεργάζομαι,clàm facio ſeu efficio Plut. & pro περιεργάζομαι,vt Xen.τῷ σπόρῳ νεὸν ὑπεργάζεσθαι: quod alibi περιεργάζεσθαι. Et pro ſubigere, (de terra dictum) ex Philone de mundo,τὴν σκληρόγεων ὑπεργάζεσθαι.

* Προσυπεργάζομαι,(decomp.)ſubminiſtro, ὑπηρετέομαι. Plut.in Solone

Προϋπεργάζομαι,antè efficio,clam.

Προϋπεργασία, apud rhetores exp.præmunitio, qua antè vtimur vt confirmetur id quod ſubiecturi ſumus, vt ſi teſtem producturi, antè ei fidem habendam eſſe doceamus.

ΕΡΕΒΙΝΘΟΣ,ὁ,ὁ, cicer, leguminis genus de quo Dioſc.& Gal. ¶Item,pudendum virile,vt teſtatur Ariſtoph.ſchol. 509

Ἐρεβίνθινος,ὁ,ὁ καὶ ἡ,cicerinus,è cicere factus.

Ἐρεβινθῶδος, idem quod ἐρεβίνθινος.

Ἐρεβινθώδ(η)ς, pro eodem, Dioſc.
Ἐρεβινθώδης, εως, ὁ καὶ ἡ, idem cum præcedentibus.

ΕΡΕΒΟΣ, εος, τὸ, erebus, orcus, inferi, orci tenebræ ſeu caligo, Odyſſ. κ. εἰς ἔρεβος στρέψας. Quidam ab ἔρα, i. terra: alij ab ἐρέφω, (tego, deduci putant, quòd à terra tegatur.
Ἐρεβόθεν, ex orci tenebris, aut ſimpl. è tenebris.
Ἐρεβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, tenebroſus, profundus.
Ἐρεβεννὸς, οῦ, ὁ, tenebroſus, caliginoſus, Il. χ.
Ἐρεμνὸς, dici exiſtimatur quaſi ἐρεβεννὸς, tenebroſus, caliginoſus, niger. Iliad. δ. Exponitur etiam terribilis, horrendus.

ΕΡΕΘΩ, irrito, prorito, laceſſo. Ilia. α ὅταν μ' ἐρέθησιν ὀνειδείοις ἐπέεσσι pro ἐρεθίζῃ. Euſt. dicit ἐρέθειν eſſe εἰς ἔρειν θυμικὴν παρακινεῖν.
Ἐρεθίζω, f. ίσω, idem quod ἐρέθω. Il. α.
Ἐρέθισμα, τὸ, irritamen, irritamentum. apud Athen. lib. 13. & Appian. Ἐρεθισμὸς, οῦ, ὁ, irritatio, proritatio, prouocatio. Apud Dioſc. ἐρεθισμοὶ ἐντέρων, exp. inteſtinorum roſiones.
Ἐρεθιστὴς, οῦ, ὁ, irritator, prouocator. Ἐρεθιστικὸς, irritatorius, proritandi vim habens.

Compoſita.

Ἀνερεθίζω, irrito, inſtigo, ad iram prouoco.
Ἀνερεθίζομαι, irritor, inſtigor, ad iram prouocor ſeu incitor, Thucyd.
Διερεθίζω, irrito. Appian. Διερέθισμα, irritamentum.
Ἐξερεθίζω, irrito, prorito.
Ἐπερεθίζω, idem. Ἐπερεθισμὸς, οῦ, ὁ, irritatio.
Εὐερέθιστος, facilè irritabilis, iracundus, ex Strab.
Κατερεθίζω, irrito ſeu incito. Gaza de ſeneƈt.
Ὑπερεθίζω, q. d. ſubirrito. aliquantum irrito.

ΕΡΕΙΔΩ, f. είσω, figo, firmo, fulcio. Euripid. εἰς γῆν δ' ἐρείσασ' ὄμμα. ¶ Interdum accipitur neutraliter pro incumbere ſeu decumbere, itémque pro ingruere. Plut. in Num. νέφους ἐπὶ τὴν γῆν ἐρείσαντος ἅμα ζάλῃ. ¶ Apud Ariſtoph. in equit. ἐρείδειν κρημνούς, exp. eiaculari. ¶ Apud eundem in Concion. ζητοῦσιν ἐρείδειν. exp. ὀχεύειν coire. ¶ Ex eodem in Ran. aff. & pro συντόμως τι ποιεῖν, vide ſchol.
Ἐρείδομαι, interdum pro pedem figere, firmari, ſiſtere ſe, vt inquit Bud. ex Greg. Particip. ἐρεισάμενος, innixus, nixus: vt Il. β. Τῷ ὅγ' ἐρεισάμενος, cui ſeptro innixus, Apoll. Arg. 1. ἐρειδομένη βάκτρῳ. Apud Hom. Il. η. ὁ δ' ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη, exp. ſtratus eſt.
Ἔρεισμα, τὸ, fulcimentum, fultura. Exp. & columen apud Luc. τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων.

Compoſita.

Ἀντερείδω, contrà fulcio, vel ex aduerſo fulcio. Item obnitor: vt Bud. exp. apud Luc. Eſt etiam renitor, non cedo: vt quę prę duritie non cedunt taƈtui. Apud Plut. ἀντερείδει τοῖς βαρβάροις, exp. barbaris reſiſtit.
Ἀντέρεισμα & ἀντέρεισις, renixus, obnixa firmitas.
Ἀντηρὶς, ίδος, ἡ, lignũ vel pila ſtruƈturam inclinatam fulciens, tibicem. Item ἀντηρίδες, ſtruƈturæ lapideæ ædificia editiora vtrinque fulcientes. Thuc. Habetur & ἀντηρὶς ac ἀντήρεις, ειδος, apud Euſt. Et ἀντήρης πληγὴ, plaga quę alicui infligitur firmata manu aduerſus eum. Vide & comp. ab Ἐρέσσω.
510 Ἀπερείδω vel ἀπερείδομαι, firmiter figo: vt ἀπερείδω τὴν βάσιν. Item firmiter adigo, infligo, impingo, incutio. Plut. Itẽ ἀπερείδομαι, incumbo, innitor. Syneſ. Metaph. Polyb. ἀπερείδοντο ἐπὶ τὰς τελευταίας συνθήκας, incumbebant in fœdera, in fœderibus præcipuè defenſionis vim ponebant. In epiſt. Phal. ἀπερείσασθαι τὸν βίον, effundere vitam & proiicere.
Ἀπέρεισις, innixus ſeu aƈtio ipſa innitendi.

Decomp. Ἐναπερείδομαι, idem ferè quod ἐναποσκήπτω.
Ἐπαπερείδω, ſic dicitur vt ἀπερείδω. Ἐπαπερείδομαι, innitor, fulcio me.
Προσαπερείδομαι, aff. pro, annitor.
Συναπερείδω, impingo, infligo: vt συναπερείσας ἐπὶ τὸν Καίσαρα τὴν ὑπόνοιαν, ex Plut. in Cic. Συνεπαπερείδω, vnà & ſimul impingo.
Διερείδω, infigo. Διερείδομαι, innitor, Eurip.
Ἐνερείδω, impingo, illido, Apoll. Apud Dioſc. l. 3. c. 26. ἐνερεικότα στομάχῳ, quę ſtomacho inhęſerunt.
Ἐξερείδω, fulcio. Exp. & roboro.
Ἐπερείδω, infigo, validè firmo & impingo. Il. η.
Ἐπερείδομαι, incumbo, nitor.
Ἐπερεισμὸς, infixio, Gal.
Ἐπέρεισις, illiſus: vt ὀδόντων ἐπέρεισις. Dioſcor. dentium illiſus. Item pro applicatione intelleƈtus & incubitu in rem intelligibilem, & quaſi impreſſione, apud Themiſt.

Decomp. Συνεπερείδω, ſimul infigo, &c.
Κατερείδω, exp. ſuperimpono.
Προσερείδω, affigo, allido, vt telum vibratum, inquit Bud. Vel paſſ. allidor, affigor.
Συνερείδω, defigo. Item impingo, incumbo. B.
Συνερείδομαι, infigor, Eurip.
Συνερειστικὸς, ſuo nixu ſe continens, Plut.
Ὑπερείδω, fulcio, ſuffulcio, ſuſtineo, Plut.
Ὑπέρεισμα, fulcimentum, fultura, ſuſtentaculum.
Ὑπέρεισις, idem.
Ὑπερειστικὸς, ad fulciendum ſeu ſuſtentandum aptus: vt ὑπερειστικὴ βακτηρία, ex Greg.

ΕΡΕΙΚΩ, F. ξω, frango, confringo, contundo: idem quod ῥήσσω, inquit Euſt. Heſiod. οἱ δ' ἀροτῆρες Ἤρεικον χθόνα δῖαν. ¶ Item neutraliter, frangor, confringor Il. ρ. Pro eodem legitur & ἐρίκω, apud Hippocr. γυναικ. lib. 2.
Ἐρείκομαι, frangor, confringor, findor. Il. ν. Pro eodem ſcribitur & ἐρίκομαι.
Ἔρειξις, εως, ἡ, fraƈtio, vel fiſſio.
Ἐρεικτὸς, exp. confraƈtus, freſus, vel fiſſus. Pro eodem legitur & ἐρικτὸς, vt Leui cap. 2. & apud Hippocr. γυναικ. l. 2. Inuenitur & ἐρηκτός.
Ἐρεγμὸς, οῦ, ὁ, faba freſa fraƈtáque, molam tamen nondum experta, nec in farinam redaƈta, ſed cruda adhuc & incoƈta. De aliis etiam leguminibus itémque radicibus eodem modo fraƈtis dicitur, nomine ipſorũ appoſito: vt κριθῆς ἐρεγμὸς, & ἴρεως, aut πτισάνης aut ὀρόβου. Inuenitur ſcriptum & ἐριγμός. Apud Erotianum dicitur ἐρεγμὸς propriè ſignificare, in duas partes diuiſam fabam.
Ἔρεγμα, τὸ, idem quod ἐρεγμός. Pro quo inuenitur & ἔριγμα.
Ἐρίκη, pro pulmento quodam ex leguminibus confraƈtis apud Ariſtoph.
Ἐρέγμινος, (adieƈt.) vt ἐρέγμινον ἄλευρον. Dioſc. farina ex fabis freſis. Quidam interpr. fabę lomentum.
Ἐρείκη, ἡ, erice: arbor fruticoſa, de qua Dioſc. l. 1. cap. 18. Scribitur & ἐρίκη, Euſt. ab ἐρείκω deducit.
Ἐρεικαῖον μέλι, mel ſylueſtre, ex arboris illius floribus colleƈtum.
Ἐρεικώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, erica abundans.
Ἐρείκιδες, Hippocrati ſunt ordea craſſius diuiſa, vt Gal. exp. Scribitur & ἐρικίδες. Ἐρείκιον, Gal. ait eſſe diƈtum τὸ ἴτριον, quod ſit εὔθραυστον, i. facilè frangibile, ſiue facile friabile.
Ἐρικώδης, Suidæ eſt locus diruptus ac ſciſſus.

Compoſita.

Ἀνέρεικτος ſiue ἀνέρικτος, qui freſus fraƈtúſque nõ eſt, mola nimirum aut piſtillo. Et ex conſequente pro, non cribratus perpurgatúſque in cerniculo, quia cri-

T. j.

brari nequit quod freſũ fractũque mola aut piſtillo non eſt. Apud Hippoc. περὶ παθῶν, ἀνέρεικτος ἄρτος, qui eſt ex tritico ἀνερείκτῳ, cui opponitur panis qui
511 eſt è pura farina. Ἀνήρεικτος, idem.

Κατερείκω, frango, contundo, Ariſtoph.

ΕΡΕΙΠΩ, F. ψω, euerto, diſturbo, proſterno, demolior. Cum accuſ. Xen. Plut. ¶ Ἤριπον interdum neutraliter exp. cecidi, lapſus ſum, Il. γ.

Ἐρείπομαι, euertor, proſternor, Soph.

Ἐρείψιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cadiuus, ruinoſus, Eurip.

Ἐρείπιον, ου, τὸ, collapſi ædificij (aut ex parte collapſi) reliquiæ, rudera, Pauſan.

Ἐρειπόω, ῶ, euerto, diſturbo, idem quod ἐρείπω.

Ἐρίπνη, ης, cacumen vel rupes. Secundum quoſdam ἐρίπναι dicuntur præruptæ rupes, & fragmenta montium παρὰ τὸ ἐρειπνεῖν τὸ πεσεῖν. Vide & in comp. ex Πρίω. Vtitur Nic. in Ther. & Apoll. Arg. l. 2.

Compoſita.

Ἐξερείπω, idem quod ἐρείπω, Heſiod.

Κατερείπω, eiicio, diruo, Plut. & Herodian. * Item decido. Hom. Iliad. ξ. τεῖχος μὲν γὰρ γῆ κατερήριπεν, murus decidit.

Συνερειπῶ, euerto. Συνερειποῦμαι, euerto, Greg.

* Ὑπερείπω, ſubuerto, expugno, Plut. in Antonio.

ΕΡΕΠΤΩ, & ἐρέπτομαι, edo, veſcor, comedo, Nonn. ἄρτον ἐρέπτων, pane veſcens. Iliad. β λωτὸν ἐρεπτόμενοι.

Ἀνερείπτω vel ἀνερείπτομαι, (comp. pro ἀνερέπτω & ἀνερέπτομαι, pleonaſmo τοῦ ι, vt ait Euſt.) rapio. Od. α. & Il. υ. Item ἀνερείπτομαι paſſ. ſignif. rapior.

ΕΡΕΣΣΩ, vel ἐρέττω, remigo. Odyſſ. ι. & μ. οἱ δὲ προπεσόντες ἔρεσσον. ¶ Metaphoricè ἐρέσσων πόδα, apud Eurip. impellens pedem, ſeu mouens. Et ἐρέσσειν ἀπειλάς, minas iactare. * Item, percutio, ferio, Æſch. in Perſis.

Ἐρεσία, ἡ, remigatio, κωπηλασία. Dicitur tamen potiùs εἰρεσία: vt apud Hom. & Polyb.

Ἐρέτης, ου, ὁ, remex. Od. α. & Plut.

Ἐρετικός, ad remos pertinens. Ἐρετική, ſub τέχνη, ars remigatoria, ars remigandi, Plat.

Ἐρετμός, οῦ, ὁ, & ἐρετμόν, οῦ, τὸ, remus, Hom.

Ἐρετμόω, ῶ, remis inſtruo. item, remigo, Nonn.

Comp. ac primùm ex ἐρέσσω.

Διερέσσω, à quo irregulariter διήρεσα. Od. ξ. χερσὶ διήρεσα, manibus remigaui. manibus tanquam remis vſus ſum.

Περιερέττω, remigo, Heſych & Suid.

Προερέσσω, remigando promoueo, ſeu ſubduco: Hom.

Συνερέσσω, ſimul remigo.

Compoſita ex εἰρεσία.

Δυσειρεσία ἡ, difficilis vel mala remigatio, Suid.

Παρεξειρεσία, pars nauis in qua non remigatur, quaſi παρὲξ τῆς εἰρεσίας, Thuc.

Περιεξειρεσία, nauis pars in qua remigatur, Suid.

Ὑπηρέσιον, ου, τὸ, pellis aut aliud quidpiam quod remiges ſibi ſubſternebant, Poll. Heſych.

Ὑπηρεσίαι, Thucydidi ſunt naues adminiſtræ earum quę armatos portant: aut etiam ſeruitia earum, inquit Bud. addens Arrianum videri accipere pro remigibus. quod & ſing. num. ὑπηρεσίαν ſignificare apud Demoſthenem ait. Sed ὑπηρεσία frequenter ponitur pro quolibet miniſterio, & pro opera quę nauatur quapiam in re. Syneſ. epiſt. 145. ὑπάρχει δὲ τὴν ὑπηρεσίαν αὐθαίρετος.

Compoſita ab ἐρέτης.

Αὐτερέτης, ου, ὁ, miles qui ipſemet remigat, Thuc.

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, miniſter, famulus. Et fœm. ὑπηρέτις, ιδος, ἡ, miniſtra. Xenoph. Pæd. 2. Ariſtot. Pol. 1. Interdum ὑπηρέτης eſt miniſter publicus, apparitor. Xen. Hel. 2.

Ὑπηρετικός, famularis, ſeruilis. Xenop. Pæd. 2. Ὑπηρετικὰ 512
πλοῖα dicta fuerunt actuaria quædam nauigia quæ maioribus inſeruiebant.

Ὑπηρετέω, ῶ, miniſtro, inſeruio, operam nauo alicui. Dem. pro cor. ὑπηρετεῖν τοῖς ἐπιτασσομένοις. Item cum dat. & accuſ. Xen. Pæd. 4. σὺ ἡμῖν τί ἀντὶ τούτων ὑπηρετήσεις. Exp & obſequor. Item ſuppedito, ſubminiſtro. Ariſtot. Thuc.

Ὑπηρετοῦμαι, mihi miniſtratur. Actiuè quoque interdum, apud Xen.

Ὑπηρέτημα, miniſterium. Plat. Budæus apud Antiph. ait eſſe miniſterium, i. functionem. Item obſequium.

Ὑπηρέτησις, miniſterium, Ariſtot. Rhet. 2.

Ὑπηρετητικός, q. d. miniſtratorius, i. ad miniſtrandum aptus. ſeu ad obeunda miniſteria.

Decomp. Ἀνθυπηρετέω, ῶ, miniſterium vel officium ſeu obſequium viciſſim præſto, Ariſtot.

Ἐξυπηρετέω, ῶ, & ἐξυπηρετοῦμαι, in act. ſignif. pro ſimplici: vt Baſil. ἐξυπηρετουμένη τῷ κτίσαντι.

Ἀνυπηρέτητος, miniſtris carens.

Compoſita ab ἐρετμός.

Δολιχήρετμοι, naues Homero, longos habentes remos: aut diuturnę remigationi ſufficientes.

Εἰκοσήρετμος ναῦς, nauis habens viginti remos.

Ἐπήρετμοι, naues remis inſtructæ. Ἐπήρετμοι ἑταῖροι, ad remigandum parati, vtpote qui iam ipſis remis velut incumbunt, aut eis aſtant.

Εὐήρετμος, bonis remis inſtructus.

Ἰσήρετμος, totidem ſeu æquales remos habens, Eurip.

Λευκήρετμος, nauis (Euripidi) albos habens remos.

Συνηρετμεῖν, vnà remigare. Item metaph. concorditer aliquid facere, concordare, conuenire.

Φιλήρετμος, ſtudioſus remorum, i. rei nauticæ, Hom.

Alia compoſita in ηρης deſinentia.

Ἁλιήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt apud Eurip. ἁλιήρης κώπη, qua remigant in mari.

Ἀμφήρης, vtrinque inſtructus remis. Metaph. ἀμφῆρες στόμα, vtrinque comedens: vel vtrinque inſtructum dentibus.

Ἀμφηρικὸν ἀκάτιον, ambireme acatium, in quo vnuſquiſque remex remis binis remigat, Thuc.

Ἀντήρεις πληγαί, apud Soph. in Electra, ſunt qui dictas putent ſumpta metaphora à remigibus ęquali connixu nauem impellentibus. Vide & comp. ab Ἐρείδω. Ἀντήρης, exp. etiam, qui iuxta alium remigem ſedet & remigat, contendens remigando.

Διήρης, ους, ἡ, ſubaudi ναῦς, (vel διῆρες πλοῖον) biremis, nauis quę binis remis agitur.

Sic τριήρης, triremis. Τριηρικός, ad triremẽ pertinẽs. Et τριηρίτης, remex triremis. Plut. in Themiſt. Apud Thuc. autem τριηρίται, triremibus aduecti. Et τὸ τριηρικὸν ex Ariſtot. pro multitudine nauali. Sic dicitur τετρήρης, quadriremis.

πεντήρης, quinqueremis.

Ἑξήρης, nauis ſex ordinum. Sic ἑπτήρης, ὀκτήρης, ἐννήρης, δεκήρης, ἑνδεκήρης, δωδεκήρης, τρισκαιδεκήρης, πεντεκαιδεκήρης, ἑκκαιδεκήρης, εἰκοσήρης, τριακοντήρης, τεσσαρακοντήρης, nauis ſeptem ordinum, octo, nouem, decem, &c. de quibus vide Bayf.

Ἐνήρης, nauis, nauis remigio inſtructa. Plut. in Bruto.

Ἑνήρης, vniremis, Pachym.

Ἐπήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, paratus & inſtructus propriè ad remigationem, vnde nauigium dicitur ἐπῆρες, apud Suid. itidem ἐπῆρες κελήτιον, apud Arrianum.

Εὐήρης, remigationi aptus & accommodus, Luc.

Κρατήρης pro εὐήρης: vt κρατῆρες πλοῖον. Herodot. in Vrania, nauis inſtructa & parata.

Κωπήρης, vt κωπῆρες πλοῖον, Thuc. l. 4. nauis quæ remis agitatur, nauigium actuarium. Item nauta remũ tenens.

nens κωπήρης dicitur Alciphr.
Μονήρες πλοῖον, nauigium quod vnicum habebat per tranſtra & ſedilia remum, non binos aut ternos: licèt alioqui pluribus remis ageretur. Bayf. Item μονήρης, ſolitarius, ſoliuagus, vide in Μόνος.
Ποδήρης ναῦς dicitur ἡ ἐρεσσομένη ποσὶν, i. κώπαις. Euſt. & Heſych. Vide in com. ex Ἀρω.
Alia compoſita in ορης deſinentia.
Εἰκόσορος ναῦς, nauis quę viginti remis agitur. Sic πεντηκόντορος, quę triginta, vide Bayf.

ΕΡΕΣΧΕΛΕΩ, ῶ, f. ήσω, cauillor, ſcommate illudo, aut etiam ſcommate irrito. vel ludificor, mendacio illudo. Plato in Phædro. Et Luc. ἐρεσχελεῖν βουλόμενοι αὐτὸν καὶ διηματιῶ. ¶ Item contendo & rixor, apud
513 Hermog. vt teſtator idem Bud.
Ἐρεσχελοῦμαι, cauillis & verbis ludificatoriis ac territantibus impetor, Greg.
Ἐρεσχελία ἡ, ludificatio, contentioſa, diſputatio, Greg.

ΕΡΕΥΓΩ, F. ύξω, Aor. 2. ἤρυγον, ructo. Sic paſſiuum interdum, vt δυσωδῶς ἐρεύγεσθαι, Alexand. Aphrod. fœtidum ructum emittere. Item ἐρεύγεσθαι φωνὴν (q. d. ructare vocem) emittere vocem. Fluuij quoque dicuntur in mare ἐρεύγεσθαι, vndas ſuas in mare deuoluere, quaſi eructando & euomendo. ¶ Euſtathius indicat ἐρεύγειν eſſe etiam τὸ μετὰ βίας ἀναπαυστεῖ πεδίμα. Il. σ.
Ἐρευγμὸς ῦ, ὁ, ructatio, eructatio, ructus.
Ἐρευγματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ructus mouens.
Ἐρευκτικὸς, idem. Dioſc.
Ἐρευγμὸς, ructatio, Ariſtot.
Ἐρυγματώδης, ructus mouens, Hippocr.
Ἐρυγὴ, idem quod ἐρυγμός.
Ἐρύγμηλος, pro ἐρύγηλος, per pleonaſmum τῦ μ. vnde Il. σ ταῦρον ἐρύγμηλον, grauiter boantem.
Ἐρυγγάνω, idem quod ἐρεύγω, ſeu ἐρεύγομαι, ructo, hiſque vſitatius in proſa.
Ἐρυγμαίνω, eructo, Heſych.
Compoſita.
Ἀνερεύγω, vel ἀνερεύγομαι, eructo, propriè ſurſum eructo. De fluuiis interdum dicitur, metaphoricè *pro* emitto quaſi eructando: Apoll. Arg. 2. ἀνερεύγεται εἰς ἅλα βάλλων.
Ἀπερεύγω & ἀπερεύγομαι, idem.
Ἐνερεύγω, eructo in, irructo, Ariſtoph. in Veſp.
Ἐξερεύγω, eructo, ructu effundo.
Ἐξέρευγμα, τὸ, id quod ructu eiectum eſt.
Κατερεύγω, eructo in Ariſtoph.
Ὀξυρεγμία, ἡ, acidus ructus, Hippocr.
Ὀξυρεγμιώδης, qui acidum ructum emittit.
Ὀξυρεγμιάω, ῶ, acidum ructo, Dioſc.
Decomp. Κρομμυοξυρεγμία, fœtidus ructus, qualis eorum qui cepas ederint, Ariſtoph.
Προσερεύγω, adructo: vel cum ructu afflo, Il. ο.
* Ὑπεξερεύγω, ſubeuomo, euomo, Nic. in Alexiph.

ΕΡΕΥΘΟΣ, εος, τὸ, rubor. Propriè ita dici putatur rubor eorum qui erubeſcunt.
Ἐρευθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ruber, Arat.
Ἐρευθήεις, poet. rubicundus, ruber.
Ἐρευθέδανον, herba quæ Lat. rubia; de qua vide Dioſc.
Ἐρευθέδανον, alia herba & diuerſa à ſuperiore: de qua vide Theophr. hiſt. pl. lib. 9. cap. 14.
Ἐρεύθω rubefacio: vt Il. λ. αἵματι γαῖαν ἐρεύθων. Ἐρεύθομαι, rubefio, rubeſco.
Ἐρευθιάω, ῶ, rubefio, rubeſco. Item rubeo, ſum ruber. Nonn. Item erubeſco, Heſych.
Ἐρύθημα, ατος, τὸ, (amiſſo ε) rubor: Thucyd. lib. 2. τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα. Item verecundia. Item radix quę ἐρευθέδανον etiam & ἐρυθρόδανον.
Ἐρυθαίνω, idem quod ἐρεύθω, rubefacio. Ἐρυθαίνομαι, rubefio: Il. φ. ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ.
Ἐρυθρὸς, (amiſſo itidem ε, & aſſumpto ρ) ruber. vt οἶνος ἐρυθρὸς, & νέκταρ ἐρυθρόν. Homer. & ἐρυθρὰ θάλασσα. Dem. Item frutex qui & ῥοῦς, vulgò ſumach
Ἐρυθρόδανον, herba quę & ἐρευθέδανον. Vnde ἠρυθροδανωμένος, rubefactus, & quaſi rubia tinctus.
Ἐρυθρίας, rubicundus, ruber, Ariſtot in præd.
Ἐρυθραίνω, rubefacio. Ἐρυθραίνομαι, rubefio, Herodia. 5. καὶ τὰς παρειὰς ἐρυθραίνων.
Ἐρυθριάω, erubeſco, rubore ſuffundor, Plat.
Ἐρυθραῖος, interdum pro ἐρυθρός: vt ἐρυθραῖον οἶδμα θαλάσσης, Dionyſ. Alex. Et ἐρυθραῖος κάλαμος, ab eodem appellari creditur calamus odoratus, vel quòd iuxta rubrum mare naſcatur, vel quòd ruber ſit. Ἐρυθραῖος λίθος, in Erythræo legitur quę littore cōcha.
Ἐρύθριον, malagmatis nomen, apud Æginet.
Ἐρυθροὶς, vel ἐρυθροειδὴς, tunica teſtium & vaſorum ſpermaticorum, vbi extra ventrem proceſsêre: quia rubet.
Ἐρυθρινὸς ῦ, ὁ, (alij ἐρυθρῖνος) rubellio, Ariſtot.
Ἐρυθρόνιον ſiue ἐρυθραϊκὸν, dicitur alterum ſatyrij 514
genus habens radicis corticem rubrum, Dioſc.
Ἐρυσίβη, ἡ, rubigo, morbus è cœlo ſuperueniens plantis, & ſegetibus, Theophr.
Ἐρυσιβώδης, rubiginoſus, rubigini ſimilis, vel rubigini obnoxius. qui rubigine infeſtatur.
Ἐρυσιβόω, ῶ, rubigini obnoxius ſum, vel rubigine laboro, Theophr.
Ἐρυσιβόομαι, infeſtor ſeu vitior rubigine, Th. l. 3. c. 17.
Compoſita.
Ἀπερυθριάω, pudorem depono, erubeſcere deſino, vel me non pudet: Ariſtoph. Ἀπηρυθριασμένον, quod impudenter factum dictúmve eſt, & pudore depoſito.
Ἀπηρυθριασμένως, impudenter, depoſito pudore.
Ἀπερυσιβόω, ῶ, rubiginem ingenero, vel rubigine conſumo.
Διέρυθρος, rubro colore diſtinctus.
Ἐνερευθὴς, ruber. Ἐνερεύθω, rubeo.
Ἐξέρυθρος, valde ruber, Gal.
Κατερυθραίνω, idem quod ἐρυθραίνω.
Λευκέρυθρος, alborem rubori admixtum habens, Bud.
Ποικιλέρυθρος μέλας, rubeis nigríſque diſtinctus maculis, vel niger rubeis maculis pictus, Athen lib. 7.
Ὑπέρυθρος, ſubruber, aliquantulum ruber. Ὑπερευθὴς, idem.
Ὑπερυθριάω, ſubrubeſco, Ariſtoph.

ΕΡΕΥΝΑΩ, ῶ, F. ήσω, indago, veſtigo, Plat. Item ſcrutor, perſcrutor, inquiro. Il. σ. Xen. Pæd. 1 κηκήρυγος ἐρευνῆσαι.
Ἐρευνητὴς, ῦ, ὁ, & Ἐρευνητὴρ, ῆρος, ὁ, ſcrutator, Nonn.
Ἐρευνα, ἡ, indagatio, ſcrutatio, Ariſtot.
Compoſita.
Ἀνερευνάω, ῶ, perueſtigo, perſcrutor. Ἀνερευνῶμαι, pro eodem.
* Ἀνερεύνητος, imperſcrutatus, qui perſcrutatus & inueſtigatus non eſt. In auth.
Διερευνάω, ῶ, idem. Appian. Dicitur & διερευνῶμαι actiua ſignif. vt τὸ θεῖον πάντα διερευνᾶται, Greg.
Διερευνητὴς, perſcrutator, indagator.
Decomp. Ἀδιερεύνητος, imperueſtigatus, non perueſtigatus. A Bud. exp. non exploratus, non excuſſus, apud Plut. in Dione. Interdum imperueſtigabilis, inſcrutabilis.
Ἀδιερευνὴς, pro eodem.
Δυσδιερεύνητος, inueſtigatu difficilis.
Προδιερευνάω, ῶ, ante perſcrutor & perueſtigo.
Δυσερεύνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cuius difficilis eſt ſcrutatio.
Ἐξερευνάω, ῶ, idem quod διερευνάω.

Ἐξερδύνησις, perſcrutatio, indagatio.
Ἐξερδυνητὴς, perſcrutator, indagator, Eurip.
* Ἐξερδυνητικὸς, indagator, perſcrutator, Strabo.
Decomp. Ἀνεξερδύνητος, inſcrutabilis.
Διεξερδυνάω & διεξερδυνάομαι, ῶμαι, diligenter perueſtigo, accuratiſſimè indago ſeu rimor, Plat.
Δυσερδύνητος, inueſtigatu difficilis.
Προερδυνάω, ῶ, prius indago ſeu veſtigo.
Προερδυνῶμαι, pro eodem, Xen.

ΕΡΕΦΩ, F. ψω, tego, contego, tectum impono: Dem. ἤρεψε τ̃ οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας ξύλοις.
Ἔρεψις, εως, ἡ, q. d. tectura, i. ipſe tegendi actus. vt τεῶν ἐρέψιος. Interdum & tectum, Plut.
Ἐρέψιμος, vt ἐρέψιμος ὕλη, materies tectis conficiendis idonea. Ἐρέψιμον, herba quædam, Suid.
Ὀροφὴ, contignatio qualis eſt tectorum, tectum, Ariſtot. & Thuc. lib. 4.
Ὄροφος, ου, ὁ, tectum, camera, Thuc. Eſt etiam aquatilis calami genus quo domus tegi ſolebant. Iliad. ω. Ariſtot.
Ὀροφίας, ου, ὁ, vt ὀροφίαι μύες καὶ ὄφεις, qui in camera ſeu tecto latibula habent.
Ὀροφόω, f. ώσω, concamero, contigno, Plut.
Ὀρόφωμα, τὸ, tectum, concameratio, cõtignatio, Ath.
Ὀρόφωσις, idem.
Compoſita, ac primùm ex ἐρέφω.
Ἀμφηρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, circumquaque tectus, Il. α.
Ἀνηρεφὴς, tecto carens: apud Apollon. ἀνηρεφέος νηοῦ. Exp. etiam altè tectus.
Ἐπηρέφω, tego, tectum impono, Il. α.
515 Ἐπηρεφὴς, tectus, coopertus, opacus, Apoll.
Κατερέφω, idem quod ἐρέφω.
Κατερέφομαι, tegor, Apoll. Arg 2. Ariſtoph.
Κατηρεφὴς, idem quod ἐπηρεφής. Od. ν. σπέος κατηρεφές. Dicitur verò κατηρεφὲς κῦμα, vnda que ſe attollendo, velut alto quodam tecto operit.
Πετρηρεφὴς, petris contectus, petroſus.
Συνηρεφὴς, tectus vmbra ſpiſſa tanquam tecto, vmbroſus, opacus, Luc. in Anach.
Συνηρεφέω, ῶ, opaco, inumbro, Theophr.
Ὑψηρεφὴς, altè tectus, altum tectum habens. Et ex conſequenti, altus, celſus. Poeticè ὑψερεφὴς, Hom.
Compoſita ex ὀροφὴ ſeu ὄροφος.
Αὐτόροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſe ipſum contegens.
Διόροφος, duplici tecto inſtructus, duplicem concamerationem vel contignationem habens.
Ὁμωρόφιος, ου ὁ καὶ ἡ, qui ſub eadem camera vel tecto eſt, Poll.
Παρωροφὶς, ίδος, ὁ, quod eſt inter ὄροφον καὶ ςέγος, vt tradit Poll. libro primo.
Πετρόροφος, habens cameram ſeu tectum ex lapidibus.
Πολυόροφος, multas concamerationes habens.
Συνορόφόω, ῶ, contego, concamero, Luc.
Τετρόροφος, quatuor habens concamerationes ſeu contignationes.
Ὑπερορόφιος, qui ſupra tectum ſeu cameram eſt.
Ὑπορόφιος, qui ſub tecto ſeu camera eſt.
Ὑψόροφος, altam concamerationem habens, Od. β.
Χρυσόροφος, tectum ſeu contignationem habens auratam, vel qui aureis eſt laquearibus, Luc.

ΕΡΗΜΟΣ, ου, ὁ, deſertus, ſolus, ſolitarius, inhabitatus. Item incultus: vt νῆσος ἐρήμη Od. γ. Interdum cum genit. vt Xen. Pæd. 4. χώρα ἐρήμη ἀνθρώπων ἐστι. ¶ Frequenter ἔρημος dicitur & homo deſertus, qui præſidio deſtitutus eſt, cui nemo fert opem, apud Thucyd. Herod. & Plut. Item deſtitutus, orbatus, carens. itidem cum genit. vt Plat. in ep. ἔρημον εἶ ἀνδρῶν φίλων. Et ἔρημος θεραπείας, Plut. in Cam. ἔρημος συμμάχων, Xen. Item incuſtoditus, Thuc. ἐρήμους πύλας, ſchol. exp. ἀφυλάκτους. ¶ Ἐρήμη, ſub. δίκη, vadimonium deſertum. ἐρήμην ἑλεῖν, Dem. indicta cauſa damnare. ¶ Ἔρημος pro vnico & ſingulari, apud Plat. in Tim. οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε.
Ἐρημόω, ῶ, f. ώσω, deſertum reddo, deſolo, vaſto, Thuc. Item cum genit. deſtituo, priuo, Plut.
Ἐρημοῦμαι, deſolor, vaſtor, priuor.
Ἐρήμωσις, deſolatio, vaſtatio, deſtitutio.
Ἐρημωτὴς, vaſtator. Item qui deſtituit.
Ἐρημία, ας, ἡ, deſertus locus, ſolitudo. Æſchyl. Item de eo qui deſtitutus eſt auxilio: Thuc. 1. οὐχ οἱ δι᾽ ἐρημίαν ἄλλοις προσιόντες, i. quod à ſuis deſtituantur ſeu deſerantur. Item generaliter, penuria, vt ἐρημία φίλων, Xen.
* Ἐρημιὰς, άδος, orbata, ſolitaria, Theocr. Id. 28.
Ἐρημικὸς, ſolitarius, ſolitariam vitam agens, in ſolitudine habitans, Greg.
Ἐρημίτης, idem. Peculiariter dicti ſunt ἐρημῖται qui ſanctitatem quandam in vita ſolitaria ponebant, eámq; ideo agebant.
Ἐρημαῖος, poet. idem quod ἔρημος. vt νῆσος ἐρημαίη. Apoll. Et cum genit. priuatus, orbatus.
Ἐρημὰς άδος ἡ, (poet.) orbata, Epigr.
Ἐρημάζω, deſerta loca frequento, in ſolitudine ago.
Compoſita.
Ἀπερημόω, ῶ, idem quod ἐρημῶ. 516
Ἀπερημοῦμαι, deſolor. Item deſtituor, Plat.
Δυσέρημος, deſertus, vel difficilis ob ſolitudinem.
Ἐξερημόω, ῶ, deſolo, vaſto, Plato.
Πανέρημος, omnino deſertus, Syneſ. epiſt. 4.
* Ὑπέρημος, quaſi deſertus, non valde habitatus, Plut. in Pompeio.
Φιλέρημος, amans ſolitudinis, in Epigr.

ΕΡΗΤΥΩ, F. ύσω, inhibeo, cohibeo, reprimo: Il. α. ἢ χόλον παύσειεν ἐρητύσειέ τε θυμόν.
Ἐρητύομαι, inhibeor, prohibeor, Apollon.
Compoſita.
Ἀπερητύω, reprimo, cohibeo, Apollon. Rhod.
Κατερητύω, detineo, Od. κ.

ΕΡΙ, particula in compoſitione tantùm vſitata, intendens & augens ſignificationem eorum quibuſcum componitur, vt & ζα: vt in ἐριδουπος, ἐρικυδὴς, &c. ¶ Eſt & vocatiuus à nominatiuo ἔρις.

ΕΡΙΘΑΚΗ, ης, ἡ, erithace, eadem cum κήρινθος de qua Ariſtot. hiſt. anim. lib. 3. cap. 22.
Ἐρίθακος, ου, ὁ, erithacus, auis de qua Ariſtot. de anim. lib. 9. cap. 49.

ΕΡΙΝΕΟΣ, ſiue ἐρινὸς, οῦ, ὁ, caprificus arbor, *ficus ſylueſtris*, Athen. Theophr. & alij. Item caprificus fructus, Soph. In hac tamen ſignificatione vſurpatur potius neutro genere ἐρινεὸν ſiue ἐρινόν. ¶ Ἐρινὸς eſt etiam herbę nomen apud Dioſc. lib. 4. c. 16.
Ἐρινεὸν ſiue ἐρινὸν, οῦ, τὸ, caprificus fructus, ficus ſylueſtris, Ariſtot. Theophr.
Ἐρινὰς άδος, dicitur & ipſum eſſe caprificus vel ὄλυνθος, apud Nic. in Ther. v. 854.
Ἐρινάζω ſiue Ἐρινεάζω, caprificos admoueo, Theophr. de cauſ. plant lib. 2. cap. 2. cap. 13.
Ἐρινασμὸς, οῦ, ὁ, caprificatio, Theophr.
Ἐρινόω, ῶ, idem quod ἐρινάζω, Theophr.
Compoſita.
Ἀνερίναςος συκῆ, cui caprifici adhibitę non fuerunt, Suid. Dicuntur & σῦκα ἀνερίναςα, incaprificatę fici, Theophr. Prouerbialiter autem ἀνερίναςος dicitur de eo qui non retinet quę habet, ſed amittit. Ab Heſych.

ſych.expōn.mollis & ſterilis ſeu infœcundus, metaphora à ficubus quę non caprificatę non retinent, nec maturant fructus. Pro eodem dicitur & ἀνήρινα-ς☉.

Ἐξερινάζω,metaph.apud Athen.lib.3.ἄλλως ἐξερινάζεις λόγῳ.

Λευκέρινεός,q.d.caprificus alba:ficus ſpecies eſt.

ΕΡΙΝΝΥΣ,ύ☉,ἡ,Erinnys,furia:dea infernalis peccatorum vltrix & pœnarum irrogatrix. Odyſſ.ο.θεὰ δασπλῆτις Ἐρινύς.Aliquando Ἐρινὺς dicitur qui vel quę iniuriam alicui illatam perſequitur: vt Odyſſ. ρ. Ἀλλ' εἴ πȣ πτωχῶν γε θεοὶ καὶ ἐρινύες εἰσί. Interdum etiam qui fecit:vt Odyſſ.λ.v.278.Heſychius verò Ἐριννύας,expon.ἁμαρτίας, reſpiciens fortaſſe ad locum Heſiodi qui eſt in Theog.v.471.

Ἐριννύειν,indignari,apud Soph.in Aiace.

517 ΕΡΙΣ,ιδος ἡ,contentio, concertatio,Xenop.Interdum additur genitiuus:vt ἔρις πολέμοιο,Ilia.ρ.ὁρμᾶσθαι εἰς ἔριν ταύτης τῆς μάχης.Xenoph.Pæd.2.¶ Fingitur ἔρις etiam dea contentionis autor, quam ab εἴρω dictam volunt nonnulli grammatici, παρὰ τὸ εἰς μάχην εἴρειν,ἤ συμπλέκειν

Ἐρίζω, f.ίσω.contendo, concerto, τινὶ,cum aliquo, Hom. Plut.& alij.In libro autem 3.Reg.12.ἐρίζητε τῷ ςόματι Κυρίου,exp exaſperaueritis os Domini.

Ἐρίζομαι,dicitur pro ἐρίζω,Ilia.ε.

Ἐρισμα,τὸ,contentio,certamen,Ili δ.

Ἐριςής,ȣ̃,ὁ,litigator. Ἐριςικός ȣ̃.ὁ,contentioſus,qui verbis lubenter contendit, Luc. Apud Ariſtot.in Sophocl elench.ἐριςικοὶ λόγοι, qui ex rationibus,quæ probabiles eſſe videntur,aliquid inferunt. Ἐριςός,ȣ̃, ὁ,de quo contenditur aut concertatur, ſeu de quo contendere & concertare licet,Soph.in Electra.

*Ἐρει☉,contentioſus,Theocr.

Ἐριςὸς f.ήσω,factum ex fut.1.verbi ἐρίζω,idémque ſignificans quod ἐρίζω,Il ψ

Ἐριδαίνω,idem,Iliad.α. Hinc & ἐρίδηνα apud Apoll. concertaui,contendi.

Ἐριδμαίνω, irrito, ad contentionem & certamen prouoco,Il.π (de veſpis)ὡς παῖδες ἐριδμαίνωσιν.

Ἔριθος & ἐριθεία, contentio. Poſterius legitur 1.ad Corinth. cap.12. & Iacobi 3. Alias ſignif. vide & in Εἴρος.

Ἐριθεύω, vel potius ἐριθεύομαι,contendo,apud Ariſtot.

Compoſita,ac primùm ex ἔρις.

Ἀντερις ιδος ἡ,obluctatio.

*Διερίζω,contendo,ἐρίζω,Plut.in M Cat.

Δύσερις ιδος ὁ καὶ ἡ,contentioſus,moroſus,Ariſtot.

Φίλερις,ιδος ὁ καὶ ἡ,contentionum amans.

Compoſita ab ἐρίζω,& deriuatis.

Ἀμφήριςος,ȣ,ὁ καὶ ἡ, de quo eſt controuerſia. Propriè, de quo vtrinque eſt contentio. Item anceps,Polyb. lib.5.

*Decomp.*Ἀναμφήριςος,de quo contentio non eſt,de quo vtrinque non contenditur.

Ἀνέριςος & ἀνήριςος,de quo non contenditur.

Ἀντερίζω,certo cum aliquo per æmulationem.

Ἀντεριδαίνω, contra contendo.

Δυσέριςος, de quo contendere difficile eſt, in infelici contentione poſitus,Soph.in Electra.

Εἰκοσινήριτος,de quo viginti inter ſe contendunt,Ilia.χ.

Ἐπήριτος,(pro ἐπήριςος) exp.de quo contenditur,ſeu ob quem contenditur. Item æmulatione dignus. Eſt & nomen proprium,apud Hom.

Νήριςος,de quo non contenditur.

Νήριτος,(exempto σ) idem. Exp.multus, innumerus, immenſus,Herod.

συνερίζω,contendo,φιλονεικῶ.

ΕΡΙΦΟΣ,ȣ,ὁ, hœdus:partus capræ recens adhuc & tener,vt agnus,Ilia ω.Inuenitur ἔριφ☉ etiam fœminino genere apud Theocr. idyll.8. Ἔριφοι,hœdi,ſunt etiam conſtellatio quædam apud Aratum & Proclum,cæteróſque aſtronomos.

Ἐρίφιον,ȣ,τὸ, paruus,ſeu tenellus hœdus,Athen.

Ἐρίφει☉,ȣ,ὁ,hœdinus,qui ex hœdo eſt.

ΕΡΜΑ, ατος,τὸ, fulcrum, ſtabilimentum,ὑπέρεισμα. (Ab εἴρω,necto,) Il.β (de claſſe ſoluēte) ὑπὸ δ' ἥρεον ἕρματα νηῶν,Il.α.ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν.Latini phalangas ſeu palangas vocant. Apud Hipp.de articulis, ἕρματα, autore Galeno, ſunt fulcimenta,& idem quod ἐρμάσματα. Metaphoricè etiam capitur, vt Od.ψ & Il.π.ἕρμα πόληος columē ciuitatis. ¶ Apud Theogn. pro confidentia & incœpto & propoſito poni videtur, vt Bud.annotat:χαλεπὸς δ' ὅτι πᾶσιν ἄρις☉ ἕρμασιν ἀνθρώπων. Apud Plut.in Solone, ἕρμασι γὰρ ἐν μεγάλοις ἁδεῖν χαλεπὸν, exp.in rebus 518
magnis adminiſtrandis difficile omnibus placere. ¶ Eſt etiā ſaburra, i. ſabulum craſſius quo naues ad certam vſque menſuram|onerari ſolent vt ſtabiliores ſint,Ariſt.de apibus,ὅταν δ' ἄνεμος ᾖ μέγας φέρȣσι λίθον ἐφ' ἑαυτῆς ἕρμα πρὸς τὸ πνεῦμα. ¶ Item, ſcopulus,ſaxum in mari.Anacreon, ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φερόμεσθα, Plato lib.8.de rep.ὅταν αὐτὸν ἴδῃ πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει. Nonnulli ſaxeas pilas ex Virgilio interpretantur, & crepidines atque obices in portus oſtiis. ¶ Item,inauris,Il.ξ.ἕρματ' ἔηκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι,i.τὰ τοῖς ὠτίοις ἐνδεδεμένα κόσμια, vt Euſtath. exponit.etymologiam ibi exponens huius vocabuli, quòd inaures ornatus causâ auribus innecti ſolerent.

Ἑρμαὶ quoque dicitur ſaxum in mari,ab Ariſtoph.

Ἑρμάζω,f.άσω, fulcio,ſtabilio. Vnde in paſſ.apud Gal. in exegeſ. γλωσσῶν, Hippocr. ἡρμάσθη.eſt ἐρηρείσθη. Ab eodem ἑρμάζειν exponitur ἑδράζειν & ςηρίζειν Item ſaburro,i.ſaburra onero & ſtabilio. Ἑρμάζει,Heſychio eſt etiam μαλάσσει.

Ἕρμασμα ατος,τὸ, idem eſſe videtur quod ἕρμα, ſaburra Dicitur etiam ab Hippocrate partis ægræ fulcimentum chirurgi induſtria adhibitum, iniecta faſcia & vinculo.

Ἕρμασις εως ἡ,idem quod ἕρμα & ἕρμασμα,Erot.

Ἑρματίζω,f.ίσω, ſaburro, idem quod ἑρμάζω,Plut.

Ἑρμὶν ſeu ἑρμὶς,ῖν☉,ὁ, fulcrū tori,pes lecti,Od.θ.& ψ. Tradit Euſt. deductum eſſe vel ab ἕρμα,quoniam ſit fulcrum & ſtabilimentum tori ſeu lecti,vel ab εἴρω, παρὰ τὸ ἐνείρεσθαι τρήμασι κλίνης, quod tori foraminibus inferatur:vel ab Ἑρμῆς,qui ſit ſtator ſomni,& cuius eam ob rem imago in ipſis ἑρμῖσιν affingi ſoleret.

Compoſita.

Ἀνερμάτιςος,ȣ,ὁ καὶ ἡ, non ſaburratus,ſaburra non ſtabilitus:vt ἀνερμάτιςον πλοῖον,apud Baſil. Et metaph.apud Plut.de homine animi fluctibus agitato.

Περίερμα,τὸ,lignum quod nauibus ſupponitur,Thucy.

ΕΡΜΗΝΕΥΣ,έ☉, vel έως Atticè.ὁ.interpres. Παρὰ τὸ Ἑρμῆς, Xen.Pæd.1. ὅπως μὴ δι' ἄλλων ἑρμηνέων τὰς τῶν θεῶν συμβουλὰς συνίῃς.

Ἑρμηνεύω,interpretor,Syn.Sępe etiā ponitur *pro* explicare ſeu explanare.Affertur & pro eloqui ex Thucy.

Ἑρμηνεία,interpretatio,expoſitio,enarratio. Exp.& eloquutio,apud Halicarn.

Ἑρμήνευμα,interpretamentum,interpretatio.

Ἑρμηνευτής,interpres,Plato.

Ἑρμηνευτικός,ad interpretationem pertinens. Et ἑρμηνευτικὸς σύνδεσμος, apud grammaticos, ἤτοι,ſicut ἤγȣν.

Compoſita ex ἑρμηνεύω.

Ἀνερμήνευτος,ου,ὁ κ ἡ, qui dicendo explicari nequit,ineffabilis,Heſych.

Ἀφερμηνεύω,enarro,explico,expono,ex Plat.

Διερμηνεύω,interpretor,explano.

Δυσερμήνευτος,explicatu difficilis,ad Heb 5.

Ἐξερμηνεύω,interpretor.

Μεθερμηνεύω,idem quod ἑρμηνεύω.Polyb.

Παρερμηνεύω, perperam & malè interpretor.

Παρερμηνεία,mala ſeu peruerſa interpretatio.

ΕΡΜΗΣ ου,ὁ,Mercurius,nuntius deorum. (Ab εἴρω,i. nuntio, quaſi εἰρέας, & per pleonaſmum τοῦ μ,ἑρμέας, deinde per ſynęreſin ἑρμῆς.) A poetis dicitur etiam Ἑρμείας & Ἑρμείας,Od.ο Ἑρμείαο ἕκητι διακτόρου. ¶Ἑρμοῦ κλῆρος pro prima carnium portione , ex Polluce. Vide aliam expoſ.apud Euſtath. ¶Ἑρμῆς,ex eodē Poll. pro vltimo portu quòd Mercurio vt ſomni præſidi libarent à cœna ſurgentes. Ἑρμῆς,pars quædam Delphinij.i.templi quod Athenis dicatum fuit Apollini , ex Plut. in Theſeo. ¶Ἑρμῆς κοινός, prouerbialiter dicitur ab eo qui participem ſe fieri poſtulat lucri quod fauēteMercurio(qui πλουτοδότης

519 etiam creditus fuit) ſeſe nobis obiecerit. ¶Ἑρμαῖ, lapideę ſtatuę Mercurij , quas mutilatas fuiſſe cùm alij multi ſcribunt,tum Thuc lib.6 Sunt qui capita & membra virilia eis abſciſſa fuiſſe tradunt, Heſyc. ſunt etiam inutiles arborum fruticationes,ſtolones. Vide Pauſ.& Plut.in Alcibiade.

Ἑρμαῖος,ſeu Ἑρμαῖος & Ἑρμαϊκός , (vt Ἑρμαϊκὴ κύλιξ, Euſtath.)Mercurialis.Ἑρμαῖος ſeu Ἑρμαῖος λόφος apud Homerum , variè exp. apud Euſtath Et Ἑρμαῖα, Mercurij feſta apud Plat.

Ἑρμαῖον, frequētiſſimo in vſu eſt pro lucro inſperato & aduentitio.Budæus poni ait pro bono inexpectato , ac pro ſorte exoptanda quę forte fortuna nobis oblata ſit:item pro re opportuna &exoptanda. Plat. in ſimp.ἕρμαιον & τύχημα copulat. Plut. in Symp. ſept.ſap.ἕρμαιον τὸ συμπόσιον ἡμῖν γέγονεν.

Ἑρμάδιον,Mercuriale,Suid.

Ἑρμακας,apud Nic.in Ther.v.150. ſchol.ann. dici poſſe lapides congeſtos in honorem Mercurij.

*Ἑρμήδιον,diminut.ab Ἑρμῆς,Mercurioſus,Lucian.

Compoſita.

Δυσερμής,ἑος,ὁ κ ἡ,infelix , vtpote cui non fauet Mercurius mercatorum & furum deus.

Δυσερμία,infelicitas, infortunium,Heſych.& Suid.

Εὐερμής,fortunatus, idem H.& S Εὐερμία, felicitas,bona fortuna,proſper ſucceſſus,Suid.

ΕΡΝΟΣ,εος,τὸ, planta,germen,interdum & ramus, Il.ρ.Theophr.hiſt.plant.lib.2 ἔρνη φυτεύεται,rami feruntur.

Ἐρνώδης,εος,ὁ κ ἡ,ſimilis ἔρνει,ramoſus.

Compoſita.

Εὐερνής,εος, ὁ κ ἡ, exp.εὐθαλής,virens,lætus germinib. Exp.& pulchros habens truncos.

Εὐερνώδης,εος,ὁ κ ἡ,fruticoſus,ramoſus.

Λιπερνής,Heſych.qui ex diuite factus eſt pauper,ſeu qui ex agro in vrbem confugit : vt ſit ὁ λιπὼν τὰ ἔρνη,qui plantas deſtituit.

Λιπερνῆτις fœm.gen.exp.πτωχή, mendica.παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρνέων. Inuenitur & λιπερνήτης maſc.gen.& λιπερνῖτις fœm.gen.

ΕΡΠΩ , F. ψω , ſerpo, repo, repto. Item metaph.pro, paulatim gradiendo accedo,Soph.in Aiace. πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει. Plerunque ſimpliciter ponitur pro βαδίζω,incedo,vado,vt Theocr.idyll.1.

Ἕρψις εος,ἡ,reptatio,ſeu reptatus.

Ἑρπετός,οῦ,ὁ , reptilis. Vnde ἑρπετά,reptilia,ſerpentes, animalia quę ſerpunt. Ἑρπετὸν pro ἑρπετῶν apud Ariſtot.

*Ἑρπετόεις,qui eſt naturę reptilis,Oppian.

*Ἑρπετώδης , qui eſt naturę reptilis , reptilis, Merc. Triſm.

Ἕρπης ητος,ὁ,hulcus ſerpens vel manans, Dioſc.& Gal. l.14.therap.Ἑρπηδών,idem.Nic.

Ἑρπηστής οῦ ὁ,qui ſerpere ſolet ſeu repere,reptator.

Ἑρπηστικός,idem quod ἑρπετός.

Ἑρπηνώδης,εος,ὁ κ ἡ, ſerpendi vim habens,Philo.

Ἑρπύζω,idem quod ἕρπω,vt ἑρπύζων βρέφος,in Epigr.

Ἑρπυσμός οῦ,ὁ,reptatio.

Ἑρπυστής,οῦ,ὁ,reptator,reptilis Ἑρπυστήρ pro eodem.

Ἑρπυστικός,idem,ſeu rependi vim habens.

Ἕρπυλλος, ſeu ἕρπυλλον, ſerpyllum. herba de qua vide Dioſc.l.3.c.46. Dicta ἀπὸ τοῦ ἕρπειν,vnde comp.ἀφερπυλλοῦσθαι,mutari in ſerpyllum.

Ἕρπις,vinum. Dicitur eſſe vox Ægyptiaca, qua tamen vſus eſt Lycophron.& ante eum Sappho.

Compoſita.

Ἀνέρπω,ſurſum repo,irrepo. Interdum, vado:propriè quaſi rependo ſurſum.

Ἀνερπύζω,idem Ariſtoph.

Decomp. προσανέρπω , vt προσανέρπει τῷ τραχήλῳ apud Plut. exp.ſerpit ſeu perrepit in ceruicem.

Ἀφέρπω,abeo,quaſi reptando Item ſimp abeo Soph.

Ἀφερπύζω,pro eodem.

Διέρπω,penetro reptando.

*Διερπύζω,idem quod διέρπω.Nonnus.

Ἐξέρπω,repo,prorepo,Ariſtoph.Ἐξερπύζω,idem.

Decomp. Διεξέρπω & διεξερπύζω,idem Ariſtot.

Ἐπόμνυμι ſeu ἐπόμνυμαι, aut ἐπομνύω, q.d. ſuperiuro: de re aliqua iuro, iuſiurandum interpono: ſeu iureiurando confirmo. Il. α. καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Thuc. l. 2. καὶ ἐπομόσαι φασὶν αὐτοῖς. Xen. pæd. 6 ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν. Item inſuper iuro, iureiurando meo addo. Plut. in Pericle. Item pro ſimpl. iuro, vel pro deiero. Ariſtoph. in Nub. καὶ νὴ Δί᾽ ἀποδώσειν ἐπώμνυς τοῖς θεοῖς.

Ἐπωμοσία, iuſiurandum quod additur ad confirmationem alicuius rei. Exponitur &, iuſiurandum quod dabatur ab eo qui vel morbum vel aliam cauſam iuſtam quare ad diem præſcriptum iudicio non affuiſſet, afferebat. ſchol. Ariſtoph.

Ἐπώμοτος, qui iurauit, aſtrictus iureiurando. Item generaliter obſtrictus. Soph. in Aiace. Apud eundem in Trach. Ζεὺς dicitur ἐπώμοτος, id eſt, τοῦ ὅρκου ἐγγυητὴς, vt exp. Suid.

Κατόμνυμι vel κατόμνυμαι, deiero: Pauſ. ἡ παῖς συνοικήσειν κατώμνυτο αὐτῷ σὺν παντὶ αὐτῷ.

Κατωμοσία, q.d. deieratio: Exp. & iuſiurandum, in qua ſignif. dicitur & κατώμοσις: apud Herodot.

1165 Κατωμοτικὸς, q.d. deriuatiuus: ſchol Ariſtoph.

Decomp. Προσκατόμνυμι ſeu προσκατόμνυμαι, inſuper deiero, præterea deiero. Pauſ.

Ὁρκωμότης, ου, ὁ, iureiurando adſtrictus. Ὁρκωμοτικὸς, & ad iuſiurandum pertinens.

Ὁρκωμοτέω, f. ήσω, iuro in ſanciendis fœderib. Luc.

Ὁρκωμόσιον, ου, τὸ, iuſiurandum. Plato in Phæd. Ὁρκωμόσια, τὰ, ſacrificia in quibus fiebant fœdera. Ὁρκωμοσία, idem quod ὁρκωμόσιον.

Προόμνυμι ſiue προομνύω, præiuro, antè iuro. Dem.

προωμοσία, ſeu προομοσία, q.d. præiuratio, ipſa actio prius iurandi. Exp. &, iuſiurandum quod accuſator προομνύει, veram eſſe ſuam accuſationem. Poll.

Προσόμνυμι, vel προσομνύω, prætereà iuro.

Συνόμνυμι vel συνομνύω, vnà cum aliis iuro, ſimul iuro. Thuc. ξυνώμνυσαν τὸν αὐτὸν ὅρκον. Item coniuro, conſpiro. Demoſth. συνώμνυσαν οὗτοι ἐπ᾽ ἐμὲ οἱ ὑπ᾽ ἐμοῦ τὰ κοινὰ εἰσπραχθέντες. Sic & apud Philoſtr. Hinc partic. συνομόσαντες vel συνωμοκότες, coniurati, qui conſpirarunt.

Συνωμοσία, vel συνομοσία, coniuratio, conſpiratio. Ariſtoph. & Herodian.

Συνωμότης, ου, ὁ, coniuratus, coniurationis ſocius. Ariſtoph. in Veſp. Thuc. l. 8.

Συνώμοτον, τὸ, coniuratio: vel iuſiurandum de coniuratione datum. Thuc. l. 2.

Συνωμοτικῶς, aduerbium, facta conſpiratione ſeu coniuratione. Plut.

Ὑπόμνυμι ſeu ὑπόμνυμαι, excuſans me cum iureiurando dilationem peto. Demoſth. οὐ προσγεγραμμένου ἐμοῦ οὐδ᾽ ὑπομνυμένου.

Ὑπωμοσία, dilatio quę iureiurando poſtulatur & impetratur.

Decomp. Ἀνθυπόμνυσθαι, litem aut creationem differre præſtito iuramento. Heſych.

ΟΜΟΡΓΝΥΜΙ, F. ξω, P. χα, pro quo vſurpatur potius ὀμόργνυμαι, abſtergo: vt apud Apoll. Arg. 2. δάκρυ δ᾽ ὀμορξαμένῳ. Poni etiam *pro* imprimo & inuro, tradit Bud. Ponitur & μόργνυμι pro ὀμόργνυμι, apud Euſt.

Compoſita.

Ἀναμόργνυμι, vel ἀναμόργνυμαι, imprimo, inuro, quaſi tergendo premendóque imbuo. Metaphoricè: Plut. in Cicerone, τὰ τῶν πολλῶν ἀναμόρξασθαι πάθη δι᾽ ὁμιλίας καὶ συνήθειαν τοῖς πολιτευομένοις, affectus populares imbuere & inurere.

Ἀπομόργνυμι, vel ἀπομοργνύω, exprimo, informo. Alex. Aphr. Item abſtergo: vt Il. β. ἀπεμόρξατο δάκρυ. Ponitur etiam abſolutè *pro* lacrymo. Heſ. & Suid.

Ἀπόμοργμα, τὸ, quod eſt expreſſum ex alio: item quod eſt abſtergendo expreſſum. Dion. Areop.

Ἀπόμορξις, expreſſio, item abſterſio.

Decomp. Ἐναπομόργνυμαι, imprimo, inuro. Syneſ. ἐναπομόρξῃ τὴν προστρόπαιον, inures piaculum. Item abſtergo, detergo. Ariſtoph.

Ἐκμόργνυμι, vel ἐκμόργνυμαι, & ἐξομόργνυμι ſeu ἐξομόργνυμαι, imprimo, exprimo. Plato in Gorg. ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. Item abſtergo. Eurip. in Electra, κόρας δακρύοισι τέγξας ἐξομόρξασθαι θέλω.

Ἐνομόργνυμι, abſtergo, ſeu detergo in. Heſych.

Ἐπομόργνυμι, vel ἐπομόργνυμαι, imprimo, inuro. Greg. in carmin.

Προσομόργνυμι, vel προσομόργνυμαι, imprimo, inuro: item abſtergo.

ΟΜΟΣ, οῦ, ὁ, ſimilis, par. Il. ω. Εἰ δ᾽ ὁμὴν Ἀχιλλῆϊ καὶ Ἕκτορι θήσετε τιμήν. Interdum ſignificat, idem, ὁ αὐτός: vt ὁμὸν λέχος. Il. θ. Ὁμὸν, aduerbialiter acceptum exp. ſimiliter, ſimili vel eodem modo: item vnà ſimul.

Ὁμόω, venio, in vnum idémque coire facio: vnde ὁμωθῆναι φιλότητι, coire, apud Hom. Il. ξ.

Ὁμὰς, άδος, ἡ, omnes ſimul ſeu vniuerſitas. Item multitudo: in Pand.

Ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo. Plato de rep. l. 2. Item tumultus & ſtrepitus quem multitudo concitat. Il. π. ὅμαδος δ᾽ ἄλιαστος ἐτύχθη. Sic & Iliad. μ. & Il. π. & alibi apud Hom. Sunt tamen qui compoſitum exiſtiment ex ὁμοῦ & αὐδὴ, ſicut & Euſt. Il. ψ. & alibi accipi annotat.

Ὁμαδὸν, ſummatim.

Ὁμαδεύω, in vnum cogo & coaceruo. Heſych.

Ὁμαδέω, tumultuor: Propriè de multitudine quæ in vnum eundémque locum collecta, colloquendo ſtrepitum quendam & tumultum excitat: Od α. 1166

Ὁμῶς, ſimpliciter, æquè, pariter. Il. α. ι. Od. θ. Interdum cum dat. exp. æquè ac, perinde ac: at Il. ι. ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι. ¶ At ὅμως, tamen: plerunque ei annectitur δέ: vt apud Demoſt. pro cor. ὅμως δὲ φερέτω σοι καὶ ἐγώ. Sic & apud Plat. Iſocr. &c. Dicitur etiam ὅμως δ᾽ οὖν, ὅμως μέντοι, ὅμως μέντοιγε, itidem pro, tamen, ſeu,

atta-

attamen. Et ὅμως κὴ, tametſi. ὅμως μὲν, cæterum tamen.

Ὁμοῦ, vnà, ſimul, eodem in loco. Xen. pæd. 6. ὁμοῦ μένοντες ἀλλήλων Et cum dat. vnà cum. Od. ο. Τῷ ὁμοῦ ἐτρεφόμην. Soph. in Aiace, θεοῖς ὁμοῦ, diis iuuantibus. Itẽ prope, *Atticè*: vt annotat ſchol. Ariſtoph. in Equit. Item, propè, i. fermè, ferè, circiter. Dionyſ. Halicarn. l. 5. Euſth in aduerbium tranſiiſſe tradit ex genitiuo ὁμοῦ, vt αὐτοῦ: dici enim ὁμοῦ pro ἐπὶ ὁμοῦ τόπου, ſicut αὐτοῦ pro ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου.

Ὁμόσε, eundem in locum, eodem. Hom. Thuc.

Ὁμόθεν, ex eodẽ loco. Eurip. Exp. etiã, ex propinquo. Xen comp. ἐξομόθεν, pro eodem. Od. ε.

Ὅμοιος, ſiue ὁμοῖος, ου, ὁ, ſimilis. Xen. Hell. 3. ὅμοιόν τινα Θερσάνδρῳ ἀποκτείναντες ᾤοντο Θέρσανδρον ἀπεκτονέναι. Interdum exp. par, æqualis: vt Od. ρ Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Sic Plato in Symp ὁ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Sic & eth. 3 c. 1. Exponitur etiam ſicut ὁμός, idem. Il. σ. Ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαῖαν ἐρεῦσαι Αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, eandem terram. Item ſui ſimilis. Thuc. ὅμοιός εἰμι περὶ τοῖς αὐτοῖς κινδύνοις. Sic & apud Heſiod. in Erg. ¶ Item ὅμοια eſſe alicui dicuntur quæ expediunt & conducunt: vt apud Soph. in Aiace, Ἢ πᾶνθ' ὅμοια πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ ποιεῖ. Ὅμοιον ſubſtantiuè aliquando vſurpatur *pro* ſimilitudo: vt apud Platon. in Timæo. Eſt etiam figuræ nomen: de qua Iul. Rufin. Ponitur & aduerbialiter pro ὁμοίως: vt apud Theocr. idyll. 8. ἀμφω ὁμοῖον Μωσίσδεν Δάφνις ταῖσιν ἀηδόνισι.

Ὁμοίως, ſimiliter, perinde. Plato, & alij.

Ὁμοιότης, ητος, ἡ, ſimilitudo. Plat. Ariſtot &c.

Ὁμοιόω, ῶ, aſſimilo, ſimilem efficio. Iſocr. Item comparo, exæquo, ſimilem eſſe dico. Marci 4 τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; item neutraliter, ſimilis ſum: aut aſſimilor. Dioſc. l. 3. c. 52. ἄγριον πήγανον ὅμοιοι τῷ ἡμέρῳ. ſylueſtris ruta ſatiuæ ſimilis eſt.

Ὁμοιοῦμαι, ſimilis efficior, vel ſimilis ſum, Thucyd. Item comparo, ſimilis & par eſſe dicor. Il.

Ὁμοίωμα, τὸ, ſimilitudo: vel ſimulacrum, figura expreſſa ad rei alicuius ſimilitudinem. Ariſtot.

Ὁμοιωματικός, vt ὁμοιωματικὸν ὄνομα, nomen ſimilitudinem ſignificans. Gaz. Grammat. l. 4.

Ὁμοίωσις, ἡ, apud rhet. figuræ nomen eſt. de qua Iul. Ruf. In nouo Teſt. pro ὁμοίωμα: Iacob c. 3.

Ὁμοιωτής, οῦ ὁ, qui rerum ſimulacra exprimit. Poll.

Ὁμοιάζω, ſimilis ſum, aſſimilo, Marci 14.

Ὕμοιος, dicunt Æoles pro ὅμοιος.

Ὁμοίϊος, dicunt poetæ pro ὅμοιος. Heſiod. in Erg. Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος. Itẽ pro ὁμός: vt ὁμοίϊον νεῖκος, Il. δ. Et γῆρας ὁμοίϊον ibidem. Videtur tamen quibuſdam grammaticis ὁμοίϊος, compoſitum ex ὁμοῦ & ἰέναι (nam ὁμοίϊον γῆρας exp. τὸ πᾶσιν ὁμοίως κατὰ φύσιν ἐπερχόμενον: quibuſdam ex ὁμοῦ & οἴεσθαι, qui ὁμοίϊον θάνατον vocari ſcribunt διὰ τὸ πάντες ὁμοίαν ἔχουσι δόξαν: vel τὸν ὁμοίως πᾶσι φορτικόν, deriuantes, ex ὁμοῦ & οἴω ſignificante φέρω.

Compoſita.

Ἀνόμοιος, ου, ὁ κὴ ἡ, diſſimilis, diſpar, diuerſus. Plat. Τὸ ἀνόμοιον, diſſimilitudo.

Ἀνομοίως, diſſimiliter, diuerſo modo. Ἀνομοιότης, ητος, ἡ, diſſimilitudo, diuerſitas.

Ἀνομοιόω, ῶ, fut. ώσω, diſſimilem reddo.

Ἀνομοιοῦμαι, diſſimilis reddor, diſſimilis ſum. Plat.

Ἀνομοίωσις, εως, ἡ, actio illa qua aliquid alicui diſſimile redditur. item diſſimilitudo.

Ἀφόμοιος, abſimilis, diſſimilis.

Ἀφομοιόω, aſſimilo, ſimilem reddo, ſimilitudinem ſeu formam alicuius repræſento Plat. ἀφομοιοῦντες τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος, aſſimilantes veritati mendacium. Exp. etiam, imitor.

Ἀφομοιόομαι, οῦμαι, aſſimilor. Plat.

Ἀφομοίωμα, τὸ, ſimilitudo rei alicuius repræſentata. Item ſimulacrum. Ἀφομοίωσις, aſſimilatio.

Συναφομοιόω, vnà aſſimilo: ἀφομοιόω. Plut.

Δυσόμοιος, diſſimilis.

Ἐξομοιόω, aſſimilo, ſimilem efficio.

Ἐξομοιοῦμαι, ſimilis efficior. Soph.

Ἐξομοίωσις, effictio, qua ſimulacrum rei alicuius exprimitur. 1167

Decomp. Συνεξομοιόω, aſſimilo, ad imitationem effingo. Plut. in polit. præcept.

Πανόμοιος, omni ex parte ſimilis, perſimilis. Dicitur & πανομοίϊος poeticè.

Παρόμοιος, & poet. παρομοίϊος, aſſimilis, propè ſimilis. Dioſc. Item ferè par. Xen.

Παρομοιόω, aſſimilo, ſimilem reddo. Παρομοιοῦσθαι, aſſimilem eſſe, ad ſimilitudinem accedere.

Παρομοίωσις, figuræ rhetoricæ nomen, quę & παρόμοιον Ariſtot. Rhet. lib. 3.

Παρομοιάζω, aſſimilis ſum. Item aſſimilo. Matth. 23.

Προσόμοιος, aſſimilis.

* Συνομοιόω, aſſimilo. Plut.

ΟΜΦΑΛΟΣ, οῦ ὁ, vmbilicus. Plat. in ſymp. ἀπέδησε κατὰ τὴν μέσην γαστέρα ὃ δὴ τὸν ὀμφαλὸν καλοῦσι. Transfertur quandoque ad inanima. Od. α. Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης. ¶ In agmine militari ſic dicitur media illa pars inter duo cornua: quæ & ἄκρος & συνοχὴ & στόμα & διχοτομία. Poll. l. 1 ¶ Ὀμφαλὸς in clypeis dicitur vmbo: vt Il. ν. ὁ δ' ἄρ' ἀσπίδος ὀμφαλὸν οὖτα. ¶ Habent & phialæ ſuos ὀμφαλούς. ¶ Librorum quoque ornamenta quę antiqui eorum integumentis ſolebant addere, confecta vel ex ebore, aliove oſſe, vel metallica materia ὀμφαλοὶ dicuntur, itidémque Latinè vmbilici. Luc. ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοί. ¶ Ὀμφαλὸς ζυγοῦ dicitur τὸ μέσον: apud Heſych. & Euſth. ¶ Ficuum quoque fundus & ima pars ab Atticis ὀμφαλὸς dicitur, teſte Poll. l. 2. Similiter & in pomis, pyris, meſpilis, ſorbis, ὀμφαλὸς dicitur quod in fundo vmbilici modo prominet. ¶ Ὀμφαλὸς vocatur etiam vmbilicus fornicis, i. lapis continens compagem & coagmentationem ſeſe forficum modo interſecantem. Ariſtot. de mundo.

Ὀμφαλώδης, εος ὁ κὴ ἡ, vmbilicaris. Ariſtot.

Ὀμφαλόεις εντος ὁ, vmbilicatus, Il. μ. & ω.

Ὀμφαλωτός, οῦ ὁ, idem Athen. l 11.

Ὀμφάλιον, vmbilicus (propriè) clypei, i. vmbo Suid.

Ὀμφαλιστήρ ῆρος, ὁ, ſcalper exciſorius quo obſtetrix infanti recens nato vmbilicum præſecat. Poll.

Compoſita.

Ἀκρόμφαλον, ſiue ἀκρομφάλιον, τό, mediana vmbilici pars vmbilici meditullium. Poll. l 2.

Βαλανειόμφαλος, ὁ κὴ ἡ, epitheton eſſe dicitur φιαλῶν, apud Cratinum: inde dictarum quòd οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν κὴ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι ſimiles eſſent: vel quòd earum ὀμφαλὸς ἰσθμοῦ ſimilis eſſet, vel aliis de cauſis quas recenſet Athen. l. 11.

Ἐξόμφαλος, cui prominet ſeu procidit vmbilicus. Item vitium illud quum prominet vmbilicus & amplius more ſolito extat. Gal. Aegin. Dioſc.

Ἐπομφάλιον, quod ſuprà vmbilicum eſt. Poll. Exp. & vmbo clypei. Ἐπομφάλιος vmbilicatus, in Epigr.

* Κατομφάλιος, qui eſt iuxta vmbilicum, ad vmbilicum pertinens. Nicand.

Μεσόμφαλος, vmbilicum in medio habens. Athen. Item in medio vmbilico ſitus. Eurip.

Μεσομφάλιον, τό, medius vmbilicus, vel ſimpl. vmbilicus. Poll. Exp. etiam, vmbilicus clypei.

Πνευματόμφαλος, cui vmbilicus à flatu protuberat: ſpecies eſt τῶν ἐξομφάλων. Apud Gal. in def. med. legitur πνευμόμφαλον, quod eſſe dicit τὸ ἀνεύρυσμα τοῦ ὀμφαλοῦ.

* Πολυόμφαλος, multos vmbones habens, multis clypeis munitus. Oppian.

Προτόμφαλον, vmbilicus clypei, Heſych.

Ὑδρόμφαλον, ſuperuacui humoris circa vmbilicum collectio: autor defin. medic.

Χρυσόμφαλος, cui inauratus eſt vmbilicus ſeu vmbo. Poll.

ΟΜΦΑΣ, ακος, ἡ, vua acerba necdum matura. Od. η. πάροιθε δὲ ὄμφακές εἰσιν ἄνθος ἀφιεῖσαι. Vſurpatur & maſcul. gen. apud Plut. in præcept. connub. Sic dicitur etiam oliua, necnon lauri baccæ, omnéſque omnium plantarum acerbi adhuc & crudi fructus, & qui ad maturitatem nondum peruenere. Heſych.

Ὀμφακώδης, εος ὁ καὶ ἡ, acerbus in modum vuarum immaturarum. Theophr. hiſt. pl. l. 3.

Ὀμφάκινος, omphacinus: ex vuis acerbis & immaturis confectus. Dioſc. Ὀμφάκινον eſt etiam veſtimenti muliebris genus: apud Poll.

1168 Ὀμφακίτης, ου ὁ, vt ὀμφακίτης οἶνος, vinum omphacites. Dioſc. l. 5. c. 12. Et fœm. gen. ὀμφακῖτις κηκὶς, ſpecies gallæ: de qua Dioſc. l. 5. c. 147.

Ὀμφακίας, ου, ὁ, acerbitate ſua ὄμφακας referens: ſeu ex vuis immaturis & acerbis confectus: vt ὀμφακίας οἶνος, apud Euſth. Metaphoricè apud Ariſtoph. in Acharn. ὀμφακίας θυμὸς, acerbus immitíſque animus.

Ὀμφάκιον τὸ, omphacium, ſuccus vuæ acerbæ necdum matureſcentis. Dioſc. l. 5. c. 7.

Ὀμφακίνη ἡ, ex acerbis vuis expreſſa melligo. Dioſc.

Ὀμφακὶς, ίδος, ἡ, cauum illud ex quo glans quercina enaſcitur, qua vtuntur coriarij. Plinius calicem glandium vocat, recentiores medici cupulam. vide Paul. Ægin. l. 3. c. 42.

* Ὀμφακίζω, vuam acerbam necdum maturam emitto, produco. Eſa.

Ὀμφακίζομαι, vuas acerbas & adhuc immaturas lego, vnde prouerb. Σικελὸς ὀμφακίζεται, apud Suid. de quo vide Eraſm.

Στόμφαξ, Ariſt. ſchol. exp. σκληρὸς, τραχύς: deriuans ex στόμα & ὄμφαξ. Vide & in deriuatis à Στόμα.

ΟΜΦΗ, ῆς ἡ, diuina vox, reſponſum à deo datum conſulenti (quaſi ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, aperiens id quod eſt, veritatem prodẽs.) Il. β. Ἔχετο δ' ἐξ ὕπνου· θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή. Accipitur & ſimpl. pro φωνὴ, ſeu αὐδὴ, vox: Eurip. Sic Nonn. ὑποκάρδιον ὀμφὴν, vocem ſub pectore latentem dixit, pro mente & cogitatione.

Ὀμφήεις, εντος ὁ, fatidicus, vates.

Ὀμφητὴρ ῆρος, ὁ, idem. Tryphiodor.

Πανομφαῖος (comp.) dictus fuit Iupiter quod ad ipſum omnis ὄσσα καὶ ὀμφὴ referebatur, teſte Euſt.

ΟΝΑΡ (nomen indeclinabile) ſomnium, inſomnium Il. α. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. Xen. in ſymp. ἐάν τι ὄναρ ἀγαθὸν ἴδῃς. Sæpe dicitur pro κατ' ὄναρ, per quietem per ſomnium, in ſomnis. Moſch. idyll. 2. Τὰ δ' οὐδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλλῳ. Plut. in Per. ἡ θεὰς ὄναρ φανεῖσα. Interdum ὄναρ accipitur pro vmbra: vt apud eundem in Theſ. ὄναρ ἐλευθερίας. Et in Epigr. οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβου.

Ὄνειρος, ου, ὁ, ſomnium. Hom. Plut. A poetis accipitur & pro ipſo quietis Deo. Il. β. Euſth. deriuat παρὰ τὸ ἐν εἴρειν, i. ἀληθὲς ἀγγέλλειν: vel ab ὀνεῖν, i. ὠφελεῖν.

Ὄνειρον, ου, τὸ, idem cum ὄνειρος. Od. δ. Ὡς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ. Reperitur etiam ὀνείρατα plur. num. in proſa, pro eo quod poetæ dicunt ὄνειρα. Luc. de calumn. ὀνείρατα διηγούμενοι. Chryſoſt. ποίοις προσώποις ὀνείρασιν ὁμιλῆσαι; Genit. ſing. ὀνείρατος legitur apud Plat. ep. 3. & in polit. & apud

Plut. de ſera num. vind. Datiuo ὀνείρατι vtitur Athen. l. 3.

Ὀνείρειος, ου, ὁ, vt ὀνείρειαι πύλαι, ſomni portæ: vel inſomniorum portę. Od. δ.

Ὀνειρώττω, ſomnio, Plat. Et cum accuſ. apud Plut. de defec. orac. μέσον τι τοῦ ἀπείρου τόπον οὐκ ὀρθῶς ὀνειρώττων. Peculiariter medici ὀνειρώττειν de iis inſomniis dixerunt quæ coniunctas ſibi veneris & libidinis imagines habent. Et ſchol. Ariſtoph. ὀνειρώττειν vult eſſe genituram per ſomnium emittere.

Ὀνειρωγμὸς, ου, ὁ, inſomnium: vt plurimum dicitur de libidinis imaginatione in ſomnis. Dioſc. l. 3.

Ὀνείρωξις, ipſa ſomniandi actio, ſomnium. Suid.

Compoſita.

Βραχυόνειρος, pauca habens ſomnia.

Δυσόνειρος, malis ſomniis moleſtans. Dioſc.

Εἰκελόνειρος, ſomno vel ſomnio ſimilis, vanus.

Ἐξονειρώττω, in ſomnis ſemen emitto. Ariſtot.

Ἐξονειρωγμὸς, ſeminis in ſomnis emiſſio. Idem.

Ἐξονειρωκτικὸς, cui ſemen in ſomnis profluere ſolet. Idem probl. ſect. 5. probl. 31.

Εὐθυόνειρος, qui quod euenturum eſt apertè videt in ſomnis. apud eundem.

Εὐθυονειρία, ἡ, inſomnium apertè oſtendens quod futurum eſt. apud eundem.

Εὐόνειροι, qui bona vident ſomnia. Strab.

Ἡδυόνειρος, iucunda afferens ſomnia. Athen.

Ἰσόνειρος, ſomnio ſimilis, inanis, vanus. Æſchyl.

* Πολυόνειρος, multa inſomnia habens, multa inſomnia obuerſari faciens. Plut.

ΟΝΕΙΔΟΣ, εος, τὸ, probrum. Il. γ. Μή με γυναι χαλεποῖσιν ὀνείδεσι θυμὸν ἔνιπτε. Heſiod. in Erg. Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. Demoſt. in epith. κἂν τὰ δεινότατα ἀσχημονήσῃ, μικρὸν ὄνειδος τὸ λοιπὸν αὐτῷ καταστήσεται. ¶ Aliquando ſumitur in bonam partem, & exp. κλέος ἐγκώμιον; vt apud Eurip. in Phœn. Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος, decus & gloriam. 1169

Ὀνείδειος, ſiue ὀνείδεος, probroſus, contumelioſus.

Ὀνειδεία, ſiue ὀνειδία ας ἡ, probrum, dedecus. Nic.

Ὀνειδίζω, fut. ίσω, probris increpo, probra in aliquem iacto. Plat. in apol. ὀνειδίζετε αὐτοῖς ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν. Et cum accuſ. ὀνειδίζων ἕνα ἕκαστον, probris increpans. Exponitur & vitupero. Il. ι. Ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας ἐν Δαναοῖσι. Significat etiam opprobro, probroſè obiecto. Herodian. l. 3. δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ.

Ὀνειδίζομαι, probris increpor, Philo de vita M. lib. 1. Τοιαῦτα ὀνειδιζόμενος οὐχ ὅπως ἐπὶ ταῖς εἰς αὐτὸν κατηγορίαις ἐδυσχέραινεν.

Ὀνείδισμα, τὸ, probrum, quod vt probrum obiicitur.

Ὀνειδισμὸς, οῦ ὁ, exprobratio, obiectio probrorum.

Ὀνειδιστὴς οῦ ὁ, exprobrator.

Ὀνειδιστικὸς οῦ, ὁ, exprobratorius, exprobrationem habens, vt ὀνειδιστικὴ ἔννοια, apud Hermog.

Ὀνείδιστος ου, ὁ, probroſus.

Compoſita.

* Ἀπονείδιστος, probroſus, qui contumeliis & probris afficitur, 3. Macrob.

Ἐξονειδίζω, exprobro, impropero. Eurip.

Ἐξονειδισμὸς, οῦ, ὁ, exprobratio.

Ἐπονειδίζω, probris & conuiciis increpo: vel exprobro, impropero.

Ἐπονείδιστος ὁ καὶ ἡ, qui probroſè obiici poteſt, probroſus. Iſocr. in Panathen.

Ἐπονειδίστως, probroſè, cum probro. Iſocr.

Κατονειδίζω probris increpo, vitupero, exprobro.

Προονειδίζω, prior increpo probris. Euſt.

Προσονειδίζω, præterea obiicio & exprobro.

Προσονειδίζομαι, exprobrationibus oneror.

ONHMI, ſiue, ὀνίνημι, (fut. ὀνήσω, aor. 1. ὤνησα ab ὀνέω inuſit.) iuuo, proſum, vtilitatem affero. Il. α. Ζεῦ πάτερ εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα Ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ. Philo, ὀνήσεις γὰρ οὐδέν. ¶ Item vitupero, probris inceſſo: in qua ſignif. vſurpatur potius vox paſſiua.

¶ *Deriuata ab ὄνημι, i. iuuo.*

Ὀνήμαι, ſiue ὄναμαι, & ὀνίναμαι, iuuor, fructũ & vtilitatẽ percipio: interdũ etiam fruor. Galen. ἐκ τῆς προσηκόντων ἰαμάτων οἱ κάμνοντες ὀνίνανται. Odiſſ. β. Ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι ὀνήμενος. Syneſ. ep. 121. ἔμελλον ἄρα τῆς πανουργίας ὀνήσεσθαι, fructum erat laturus aſtutiæ ſuæ. Et cum accuſat apud eũdem, ep. 54. ὀνήσομαι δὲ μόνον τοῦτο τῆς παρ' Ἀθηνᾶς ὁδοῦ. Significat etiam iuuo. Syneſ. ep. 21. ἐδεήθησαν ὄνασθαί τι τῶν ἐμῶν γραμμάτων.

Ὄνησις, εως, ἡ, iuuamen. Od. φ. Item vtilitas. Dem.

Ὀνήσιμος, qui iuuare poteſt, vtilis. Soph.

Ὀνήτωρ, ορος, ὁ, qui iuuat, vtilis. Heſych.

Ὀνητὸς, οῦ, ὁ, qui frui queat. Suid. Ὀνητικὸς, vtilis, qui iuuare & prodeſſe poteſt.

Ὀνίσκω, iuuo, proſum. Athen. l. 2.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, vtilitas, emolumentum. Heſiod. in Erg. Peculiariter autem ab Hom. Od. α. & alibi ὀνείατα vocãtur τὰ βρώματα, ἀπὸ τοῦ ὀνίσκειν ἡμᾶς, inquit Athen. Ὀνείατα dicuntur etiam πάντα εἰς ὄνησιν ἐπιτήδεια, apud Hom. teſte Suid.: vt Il. ω. ὀνείατ' ἄγοντα.

Ὄνειος, vtilis: pro quo facta reſolutione Ionica dicitur ὀνήϊος. Nic. in Alex.

Ὀνήϊστος, videri poſſet eſſe ſuperlat. ab ὀνήϊος, niſi ſchol. Apoll. Arg. l. 2. per compar. exponeret, ὠφελιμώτερος. Apud Diog. Laert. ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω, Cic. exp. nemo de nobis vllus excellat.

Compoſita.

Ἀνόνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inutilis. Soph. & Dem.

Ἀπόνημαι ſiue ἀπόναμαι, vtilitatem aliqua ex re capio. Il. ρ. Interdum exp. fruor. vt Il. ω. σὺ δὲ δέξαι ἄποινα Πολλὰ τά τοι φέρομεν. σὺ δὲ τῶνδ' ἀπόναιο. Apoll. Arg. lib. 2. ἀπόνασθαι ἐδωδῆς.

Ἐριούνιος, ſiue ἐριούνιος, ου, ὁ, valde vtilis, magnas vtilita-
1170 tes afferens: epith. Mercurij. Il. υ. & ω, ſic dicti quaſi τοῦ ἔρι ὀνοῦντος, teſte Euſt.

¶ *Deriuata ab ὄνημι i. vitupero.*

Ὄναμαι, vitupero. Il. ρ. ὅτε μ' ὤνατο.

Ὀνητὸς, οῦ, ὁ, qui vituperari meretur.

Ὀνόω, f. όσω, idem cum ὄνημι, vitupero, reprehendo.

Ὄνομαι, idem quod ὀνόω, eóque vſitatius. Od. θ. ὡς ἂν σὴν ἀρετὴν βροτὸς οὔτις ὄνοιτο. Fut. eſt ὀνόσομαι, & aor. 1. ὠνοσάμην. Il. ι. & ξ.

Ὄνοσις, reprehenſio, vituperatio. Euſt.

Ὀνοστὸς, οῦ, ὁ, reprehenſione dignus. Il. ι.

Ὀνοτὸς, οῦ, ὁ, idẽ cum ὀνοστός. Apoll. Rhod. Argo. l. vlt.

Ὀνοτάζω, vitupero, carpo. Heſiod.

Κατονόω, (*comp.*) vitupero, carpo. Κατονόομαι, pro eodem. Item ſperno, deſpicor, vilipendo: vt apud Herodot. l. 2. Μή με κατονοσθῇς πρὸς τὰς λιθίνας πυραμίδας.

ONΘOΣ, ου, ὁ, ſtercus ſeu fimus iumentorum vel boũ. Il. ψ. Τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος.

Ὀνθηλεύω, quidam exp. fimo iumentorum aſpergo, apud Suid. ¶ Ὀνθυλεύω, autem, exquiſitè apparo, exquiſitè condio, apud Athen. l. 14.

Ὀνθυλεύσεις, exquiſitiores ciborum apparatus & lenocinia coquorum. Poll.

Ὀλονθος γνάθος, (*comp.*) mala quæ tota fimo ſeu amarore plena eſt. i. os conuinciatoris maledicũ & ſpurcũ.

ONOMA, (& Æol. ὄνυμα, poet. οὔνομα) ατος, τὸ, nomen. Od. σ. Ἀρναῖος δ' ὄνομ' ἔσκε· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ. Thuc. l. 6. τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα: *per contract. pro* ὄνομα. Item vocabulum ſeu verbum. Iſoc.

¶ Item nomen, fama, celebritas. Xen. ¶ Item prætextus, obtentus. Dionyſ. Halic. ἐπεραστὴς δὲ Ἀμούλιος τοῦτο μετ' ὀνομάτων καλῶν, honeſtis nominibus: *vt loquitur Saluſt.*

Ὀνομαίνω, f. ανῶ, aor. 1. ὠνόμηνα) nomino, nuncupo, appello. Heſiod. Item nomine voco vel compello. Il. π. Item nominatim recenſeo, vel percenſeo. Il. β. Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω. Exponitur & nominatim polliceor.

Ὀνομάζω, idem quod ὀνομαίνω. Plat. Item loquor, profero. Dem. pro coron. ῥητὰ καὶ ἄρρητα ὀνομάζων, dicenda tacenda loquens. Item celebro, decanto.

Ὀνομάζομαι, nominor, appellor. Luc.

Ὀνομασμένος, celebris, decantatus. Iſocr.

Ὀνόμασμα, τὸ, nomen ſeu appellatio. Plat.

Ὀνομασία, ας, ἡ, nomen. Ariſtot. de poet.

Ὀνομαστὸς, qui nominari poteſt ſeu debet. Il. τ. item celebris, nobilis, clarus. Plat.

Ὀνομαστῶς, celebriter, nobiliter. Ὀνομαστὶ, nominatim ſeu nomine. Thuc. & Dem.

Ὀνομαστικὸς, οῦ, ὁ, q. d. nominatiuus, ſeu nominatorius. Plat. Ὀνομαστικὸν, ſubſt. dictionarium.

Compoſita, ac primùm ex nomine ὄνομα, in quibus obſeruandum eſt prius o mutari in ω, poſterius in υ.

Ἀντωνυμία, ἡ, pronomen: pars orationis apud gramm.

* Ἀντωνυμικὸς, ad pronomen pertinens. Ἀντωνυμικῶς habendo vſum pronominis, &c.

Ἀνώνυμος, ὁ καὶ ἡ, nomine carens. Od. θ. ¶ Item minimè celebris, obſcurus, ignobilis. Dem. ¶ Eſt & arboris nomen quæ & εὐώνυμος: vide εὐώνυμος.

Ἀνωνύμως, & ἀνωνυμεὶ, abſque nomine. Item ignobiliter, abſque celebritate.

Νώνυμος poeticè dicitur pro ἀνώνυμος, Il. μ.

Διώνυμος, binominis, duo habens nomina. Item celebris ſeu peruulgatus. Plut.

Διωνυμία, duo habere nomina.

Δυσώνυμος, cui malum ſeu infauſtum eſt nomen: aut cuius nomen odioſum eſt. Il. ζ. & Soph. Et general. infauſtus, inauſpicatus.

Ἐπώνυμος, q. d. ſupernominis, ſeu quaſi additirius ad nomẽ. vt ἐπώνυμον ὄνομα, quod pro cognomine alicui tribuitur & diſtinguitur à nomine proprio: Plut. Itẽ ἐπώνυμος pro φερώνυμος: vt ἐπώνυμον ὄνομα, nomen quod imponitur perſonæ ob conuenientiam quandã rei quæ in perſona eſt & nominis: vt Vlyſſes fuit appellatus Ὀδυσσεὺς, quod auus eius Autolycus πολλοῖσιν ὀδυσσάμενος in Ithacam venerat. Od. τ. Item ἐπώνυμος, denominatus qui nomen traxit. Ariſtot. ¶ Item qui nomẽ aliis dat, vt ἐπώνυμος ἄρχων, à cuius nomine alij ἄρχοντες in actis perſcribebantur. Plut. in Demetr. Sic & ἐπώνυμοι ἥρωες decẽ dicti fuerunt, quòd decem tribus ab aliis denominatæ eſſent.

Ἐπωνύμως, cognomento. Item nomine ducto ſeu ſump- 1171
to: vt apud Dioſc. l. 3. ἐπωνύμως τῇ χώρᾳ. Item nomine rei conueniente.

Ἐπωνυμία, ἡ, cognomen. Ariſtoph.

Decomp. Αὐτεπώνυμος, cui idem nomen vel cognomen eſt impoſitum, cognominis. Eurip.

Χρυσεπώνυμος, qui ab auro cognominatus eſt. Dam.

Ἑτερώνυμος, diuerſum nomen habẽs. Itẽ diuerſitatẽ nominis habẽs, quæ eſt cõtra analogiã. Euſt. Ammon. ἑτερώνυμα vocari ſcribit quæ in vno eodẽq; ſubiecto diuerſũ nomẽ habẽt: vt in ſcala aſcẽſus & deſcenſus.

Ἑτερωνύμως, diuerſo nomine: non ἀναλόγως. Euſt.

Ἑτερωνυμία, ἡ, diuerſitas nominis. Item diuerſitas nominis in eodem ſubiecto. Et diuerſitas nominis quæ eſt contra analogiam. Euſt.

Εὐώνυμος, boni nominis: bonum & fauſtum nomen habens. Apud Luc. in Lexiph. λόγος εὐώνυμος, oratio bona nomina habens. Item ſiniſter, læuus. Herodot. Thuc. Xen. Ariſtot. Apud Heſiod. in Theogn. Ἀστερίην

νώνυμον, quidam exp. celebrem, quidam læuam. ¶ Eſt & nomen arboris, ſic κατ' ἀντίφρασιν dictæ, de qua Theophr. & Plin. l. 13. c. 22. Quidam eam ἀνώνυμον vocarunt.

Θεωνυμίαι, αἱ, diuinæ appellationes. Areop.

Ἱερώνυμος, cui ſacrum eſt nomen. Luc.

Καλλιώνυμος, pulchrum nomen habens: nomen piſcis: apud Ariſtot.

Κυθώνυμος, nomen habens occultandum, & obliuioni mandandum. Et generaliter infamis. Heſych.

Μεγαλώνυμος, nominatus, celeberrimus. Ariſtoph.

Μετωνυμία, transnominatio: nominis pro nomine poſitio: figura rhet. de qua vide Fabium, &c.

Μετωνυμικός, ad metonymiam pertinens: vel metonymiam habens.

Μετωνυμικῶς, metonymicè, vtendo metonymia.

Μυριώνυμος, infinita nomina habens. Plut.

Ὁμώνυμος, idem nomen habens, cognominis. Iſocr. in Euag. Plut. in Them. Ὁμώνυμοι λέξεις, vocabula idem ſignificantia. item quæ duas res aut plura ſignificant, æquiuoca.

Ὁμωνύμως, eodem nomine, vel communi nomine. Ariſtot. eth. 5. cap. 1. & alibi.

Ὁμωνυμία, nominis communitas. Ariſtot.

Ὁμωνυμέω, cognominis ſum. Athen.

Παρώνυμος, q. d. denominatiuus: ab alio denominationem habens: vnde παρώνυμα, quæcunque ab aliis deriuata ſunt: apud Ariſtot. in categ.

Παρωνύμως, denominatiuè. Plut.

Παρωνυμία, appellatio denominatiuè facta, & q. d. deriuatiuè. Quibuſdam idem eſt quod παρονομασία: vide Aqu. Rom.

Παρώνυμος, denominatione ſimilis. Plat.

Παρωνύμιον, cognomen. Plut.

Παρωνυμίζω, ſeu παρωνυμιάζω, denomino, Ariſtot.

Πατρωνυμικός, q. d. è patre denominatiuus. Et πατρωνυμικὰ ὀνόματα, quæ ex patris nomine facta ſunt.

Πατρωνυμία, denominatio à patre, aut nomen è patris nomine factum. Euſt.

Πολυώνυμος, multa nomina habens. Orph. & Heſiod. Item celebris, honoratus. Τὰ πολυώνυμα, dicuntur etiam quæ aliàs συνώνυμα. Euſt.

Πολυωνυμία, multitudo nominum. Callim. Item celebritas. Item pro συνωνυμία. Euſt.

Προσωνυμία, appellatio, cognomen. Plut.

Προώνυμος, nomen habens antea. Nonn.

Συνώνυμος, nomen commune habens. Ariſtot. eth. 5. c. 2. Συνώνυμος λέξις, vocabulum cum alio communem ſignificationem habens. Euſt. Dialecticis verò συνώνυμα ſunt quæ nomen commune habent, & quibus eadem reſpectu huius nominis eſſentialis definitio competit. Ariſtot. in Categor. c. 1.

Συνωνύμως, communi ſeu eâdem diuerſorum vocabulorum ſignificatione. Plut. Apud Dialecticos συνωνύμως, prædicari dicuntur ea quibus communis

1172 nominis eadem definitio rectè tribuitur, Porphyr. Iſag. c. 3. Συνωνυμία, nominis cum alio in ſignificatione communio. vel nomina diuerſa idem ſignificantia: numeratur inter ſchemata rhetorica ab Aqu. Rom. Dialecticis autem eſt quum eiuſdem nominis eadem definitio pluribus conuenit.

Συνωνυμικῶς, idem quod συνωνύμως.

Τριώνυμος, tria nomina habens. Τριωνυμία, tria nomina. Euſt.

Φερώνυμος, q. d. ferens nomen ſuum, i. cui verè conuenit nomen quod habet. Theodorit.

Φερωνύμως, nomine rei congruo. Ariſtot.

Φερωνυμία, nominis conuenientia cum re. Euſt.

Ψευδώνυμος, nomē habens rei non reſpondens. Æſchyl.

Ψευδωνύμως, mendaci nomine, nomine rei non conuenientē: apud eundem.

Compoſita ex ὀνομάζω, & ὀνομαίνω.

Ἀντονομάζω, (q. d. pronomino) pro nomine nomē pono, nomen commuto, transnomino. Item contra aliū nomino, i. ex aduerſo: vt quum accuſator crimen vno nomine appellat, & reus alio vt crimen extenuet.

Ἀντονομασία, ἡ, figura qua loco proprij nominis ponitur aliud. Fab. l. 8. c. 6.

Ἀνωνόμαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non nominatus, nomen non habens. Eur.

* Ἀπονομάζω, appello, denomino. Plut.

Διονομάζω, denomino, appello. Apud Ariſtot. l. 1. meteor. διωνομασμένος exp. nominatus, celebris.

Ἐξονομάζω, nomine voco. Aliquando exp. loquor. vt ſæpe apud Hom. ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε.

Ἐξονομαίνω, idem quod ὀνομαίνω. Il. γ.

Ἐπονομάζω, cognomino. item nomen do. Plat. Item nominatim conſecro, dico. Plat. de leg. l. 5.

Ἐπονομάζομαι, cognominor. Plut. & Plat.

Ἐπονομασία, cognominatio.

Ἐπονόμαστος, cognominatus, Ἐπονομαστῶς, exp. nomitim. Athen.

* Ἐπώνυμος, eiuſdem nominis, ſimilis nominis. Nicand.

* Ἐπονομάζω, inuoco. Exod.

Κατονομάζω, nomino, denomino. Phil. in epiſt. Phalar. κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς, deſtinata diis.

* Κατονομασία, appellatio, denominatio. Strabo.

Ἀκατονόμαστος, (*decomp.*) qui nominari non poteſt, ſeu denominari. Baſil.

Μετονομάζω, transnomino, nomen muto.

Μετονομάζομαι, transnominor. Athen. l. 13.

Μετονομασία, transnominatio. Athen. l. 7.

Παρονομάζω, q. d. agnomino, i. appello nomine ad aliud alludente. Quidam exp. alludo ad nomen.

Παρονομασία, agnominatio. Fab. l. 9. c. 3.

Προσονομάζω, q. d. inſuper nomino.

* Συνονομάζω, ſimul nomino, ſimul appello. in Auth.

ΟΝΟΣ, ου ὁ, vel ἡ, aſinus, vel aſina. Il. λ. νωθὴς ὄνος. Xen. pæd. 7. οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι, aſini clitellarij. Vſurpatur in fœm. gen. Matt. c. 21. apud Nic. in Ther. ὄνου πετάλειον, origani ſpecies quædam. ¶ Ὄνοι dicuntur etiam ſtellæ duæ cancri iuxta præſepe collocatæ, quas Latini aſellos vocant. Theoc. idyl. 22. ¶ Ὄνος ſiue ὀνίσκος, piſcis etiam nomen eſt, apud Athen. l. 3. & l. 7. ¶ Eſt etiam genus quoddam locuſtæ. Dioſ. l. 2. c. 57. ¶ Ὄνος, ſiue ὀνίσκος, dicitur etiam beſtiola quædam multipes, coloris fuſci & ſubcineritij, naſcens in locis humectis. Latinis multipeda, cutio, porcellio: Dioſc. l. 2. c. 37. Gal. l. 3. de loc. aff. & l. 11. de ſimpl. med. fac. in c. περὶ δράκοντος ¶ Ὄνος in quodam ludi genere cui nomen οὐρανία, dicebatur is qui victus fuerat & imperata facere cogebatur: Poll. 9. ¶ Ὄνος, axis. & ὀνίσκος, axiculus, i. ſucula quæ & ὄνευος dicitur: Gal. in lex. Hipp. ¶ Ὄνος, fuſus, Poll. l. 10. c. 28. & l. 7. c. 10. ¶ Ὄνος dicitur etiam ſuperior molæ lapis, Heſych. A Poll. l. 7. c. 4. vocatur ὄνος ὁ ἀλέθων: à Xen. ὄνος ἀλέτης, l. 1. anabaſ. ¶ Ὄνος eſt etiam vaſis quoddam genus apud Ariſtoph in Veſp. ¶ Ὄνος appellatur etiam vnio in teſſera, quæ & μονὰς & κύβος.

Ὀνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, aſininus, aſinini generis. Ariſt.

Ὀνικός, οῦ, ὁ, aſininus vel aſinarius.

Ὄνειος, ου, ὁ, aſininus: vt ὄνειον κρέας. Gal. Ὀνεία, ſub. δορά, pellis aſinina. Suid.

Ὀνεῶν, ῶνος, ὁ, ſtabulum aſinorum.

Ὄνιθοι, ſtercora aſinina. Heſych.

Ὀνίς, ίδος, ἡ, ſub. κόπρος, fimus aſininus. Ariſtot.

Ὀνίδιον, & ὀνάριον, ου, τὸ, aſellus. Athen.

Ὀνίσκος, idem. Eſt etiam ſerra fabrilis. Heſych. Vide & alias ſignificationes in Ὄνος.

Ὀνίας, ου, ὁ, ſcari piſcis genus. Athen. l. 7.

Ονῖτις, ιδος, ἡ, q. d. aſinaria, ſpecies quædam origani. Dioſc.lib.3.c.32.& 33.

Ονίσκ@-, ſucula: machina tractorij generis, de qua vide ſch. Thuc.

Ονίσω, ſuculam verſo & circumago. Æl. Dionyſ.

Ονίσομαι, idem. Gal. in lex. Hippocr.

* Ονώδης, aſininus. Plut.

Compoſita.

Ημίονος, ου, ὁ, vel ἡ, mulus, mula. Hom. Plato. ¶ Item ἡμίονος ſeu ἡμιόνιον, herbæ nomen quę aliàs aſplenon: ſic dictæ vel quod mulæ ea delectentur, vel quòd mulieres ſteriles inſtar mularum reddat, vt teſtatur Theophr. hiſt. pl. lib.9.c.19. vide & Dioſc. lib.3.c.151. ¶ Ημιόνιον, Heſych. eſt etiam auis quædam.

Ημιόνειος, mularis Il. ω. & ζ. Ημιονίτης, ου, ὁ, idem. Et in fœm. gen. ἡμιονῖτις, vt ἡμιονῖτις ἵππος, equa mulos pariens. Item ἡμιονῖτις, ſub. πόα, vel βοτάνη, herba quę & ἡμίονος ſeu ἡμιόνιον: de qua Dioſc.l.3.c.152.& Gal. τῶν κατὰ τόποις.l.8.

Κατονίσομαι, idem quod ὀνίσομαι. Gal. in lex Hip.

ΟΝΥΞ, υχος, ὁ, vnguis: vel vngula, *quum de quadrupedibus dicitur* (παρὰ τὸ νύξω futuro verbi νύσσω, pleonaſmo τοῦ ο) teſte Euſt. (eſt enim pars corporis ad fodicandum & lancinandum accommodata) Heſiod. Ariſtot. & alij. Prouerbialiter dicitur δι' ὄνυχος ἀκριβοῦν, ad vnguem exigere, apud Plut. Et ἐξ ὀνύχων, à teneris vnguiculis, apud Greg. Nazianz. Sic ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα, ex vngue leonem: de quo vide Eraſm. ¶ Pro vnco quoque ſiue vncino vſurpatur: apud Hippocr. de ſuperf. & Plut. de virt. mul. ¶ Eſt & βασανιστήριον ὄργανον, apud Syneſ. & Theodorit. in eccleſ. hiſt. ¶ In roſis ὄνυχες dicuntur capita foliorum & partes candidæ, teſte Dioſc.l.1.c.111.& Plin.l.21.c.18. In aliis verò ὄνυχας volunt eſſe nucleos qui & ἄγλιθες & σκελλίδες. ¶ Cordis quoque quædam pars ὄνυξ appellatur. ſchol. Nicand. & Ruf. Epheſ. ¶ Item ὄνυξ in oculo dicitur quum tunica cornea cernitur purulenta, id que non profundè, nunc in ſuperficie, vt pus figura vnguem repræſentet. Actuar. & Paul. Ægin. lib.3.c.22. ¶ Eſt & gemmæ nomen: quam ſic appellatam eſſe quòd in ea candor conſpiciatur vnguis humani ſimilitudine, teſtatur Plin. l.37.c.6. ¶ Item marmoris genus, ſeu lapis ex marmorum genere qui & alabaſtrites: de quo idem Plin.l.36.c.7.& Dioſc.l.5.c.153. Ex quo lapide pocula facta ὄνυχες etiam appellabantur: quamuis apud Athen. l.11. ὄνυχα. Pamphilus exp. ξύλινον ποτήριον Παναθηναϊκόν. ¶ Eſt & operculum conchylij, purpuræ operculo ſimile: de quo Dioſc.l.2.c.10.& Plin.l.32.c.10. Ipſum etiam oſtreum ὄνυξ vocatur, apud Athen. l.3. ¶ Item frutex quidam paruus, alio nomine ἀσπάλαθος dictus: in append. Dioſc.l.4.c.62.

Ονύχινος, ου, ὁ, onychinus: vt ὀνύχινον μύρον, apud Dioſc. l.1. Item onychis conchylij colorem referens.

Ονυχίτης, ου, ὁ, vt ὀνυχίτης λίθος, apud Dioſc. Fœm. ὀνυχῖτις: vt ὀνυχῖτις καδμεία, dicta à ſimilitudine venarum onychis lapidis. Dioſc l.5.c.84.

Ονύχιον, τό, vnguiculus. Item pro lapide onychite, Exo. 28.

Ονυχίζω, vngues præcido, vngues reſeco: Artemid. oniroc.l.16. ¶ Dicitur & de roſis ὀνυχίζειν, quum ea pars iis eximitur quæ ὄνυξ appellatur: apud Dioſc. l.1.c.54. ¶ Exponitur etiam ὀνυχίζω, vngue noto. ¶ Item ad vnguem exigo, exactè ſubtiliterque expendo. Phrynich.

Compoſita.

Αἰγώνυξ, υχος, ὁ καὶ ἡ, vngulas habens caprinas: anth. Exp.

Ακρώνυξ ſiue ἀκρώνυχος: vt ἀκρώνυχα ποδῶν ἴχνια: veſtigia quæ aliquis impreſſit terræ ſummis vnguibus incedens. Plut. de fort. Rom. Ακρώνυξ dicitur etiam ἡ ἀκρωνυχία, i. vnguium extremitas, teſte Suida.

Ακρωνυχία, ἡ, idem quod ἀκρώνυξ. Suid. ¶ Item iugum montis, vertex montis. Suid. ex Xen.

Αμφώνυξ, propriè videtur ſignificare, vngues ambiens. Heſych. eſt γαστρόμαργος, ἀκρατής.

Απονυχίζω, f. ίσω, vngues reſeco. Poll. Et metaph. aufero, adimo. Ariſtoph.

Απονυχίσματα, vnguium reſegmina. Pythag.

Γαμψώνυξ ſiue γαμψώνυχος, cui curui vngues ſunt. Od. χ. & apud Ariſtot.

Εξονυχίζω, vngues excindo ſeu eximo. Metaphoricè, exarmo. Plut. Item exquiſitè expendo. & ad vnguem exigo. Athen.

Εὐθυόνυξ, quæ εὐθυόνυχος, rectos vngues habens. Ariſt.

Κρατερώνυξ, ſiue κρατερώνυχος, validos vngues habens. 1174

Il. ω. Athen. l.4. Pro eodem dicitur etiam καρτερώνυξ ſiue καρτερώνυχος. Suid.

Μονώνυξ (ſiue μώνυξ per ſyncopen) & μονώνυχος ſiue μώνυχος *per ſyncopen*, ſolidas vngulas habens, ſimplices & indiuiduas vngulas habens. Ariſtot. Sic & μώνυχες ἵπποι. Il. π.

Παρωνυχία, abſceſſus ad vnguis radicem natus: alij inflammationem vocant. Latini reduuiam vel rediuiam malum hoc nuncuparunt. Paul. Ægi.l.3. ¶ Eſt etiam nomen herbæ nominatæ ἐκ τοῦ παρωνυχίδας θεραπεύειν: vt docet Dioſc.l.4.c.54.& Suid.

Περιονυχίζω, vngues in orbem reſeco. Deut. 2.

Πλατυώνυχος, qui latos habet vngues. Laert.

Πολυώνυχος, multos habens vngues.

Ριζώνυξ, radix vnguis. Et plur. ῥιζώνυχες, vnguium radices. Poll. l.2.

Σαρδόνυξ, ſardonyx: lapis ita dictus à candore in ſarda, *hoc eſt* velut carnibus vngue hominis impoſito, & vtroque tranſlucido. Plin.l.37.c.7. Scribitur σαρδώνυξ apud Baſil. & Areth.

Στόνυξ, vnguium extremitas. Heſych. Στόνυχες dicuntur etiam quæ in acutum deſinunt. Lycophr.

Σχιζώνυχος, vngulas habens fiſſas.

ΟΝΩΝΙΣ, ἡ, herba inter eas quæ ſecundum ſpinam habent folium: apud Theoph. hiſt. pl. lib.6.c.1. Dioſc. ἀνώνιν vocat. l.3.c.22.

ΟΞΥΣ, εος, ὁ, acutus (vt ea quæ mucrone & cuſpide præfixa ſunt) Od. υ. κατέκτανον ὀξέϊ χαλκῷ. Metaphoricè de acumine ſenſuum dicitur, & interdum de obiectis eorum. Plato polit. 2. οὐ φαῦλον, ἀλλ' ὀξὺ βλέποντος. Ariſtoph. in Pluto ὀξύτερον βλέπων τοῦ Λυγκέως. Sic αὐτὴ ὀξεῖα, & ὀξεῖα φωνή, vox acuta. Il. ο. & apud Ariſtot. Rhet. l.3. Item ὀξὺ βοήσας, Il. ρ. Et Ὀξέα κεκληγώς. Il. β. Sic & ὀξὺς χυμός, acutus ſeu acidus ſuccus, qui linguam tanquam acutum ferrū penetrat: apud Xen. pæd.9.& Plut. ſymp.6. Alia metaphora ὀξεῖαι μέριμναι dicuntur. Od. τ. Et ὀξεῖαι νόσοι, acres morbi & vehementes, apud Gal. & Hipp. Sic & ὀξὺς Αρης. Il. η. & ὀξὺς ἀγών, apud Plut. in Rom. ¶ Item celer, ſubitus: Plut. in Rom. (de quodam Celere) καὶ ἀπ' ἐκείνου τοὺς ταχεῖς οἱ Ρωμαῖοι καὶ ὀξεῖς κελέρες ὀνομάζουσι. Sic ὀξέα πάθη, apud medicos, vitia præcipitia. Et ὀξεῖς πυρετοὶ apud Hippocr. febres quæ caliditatem exhibent manui celeriter occurrentem. Homo quoq; ὀξὺς dicitur qui promptus & expeditus eſt in aggrediendis, vel expediendis negotiis, apud Ariſtot. eth.3.c.7. Item qui citò ad irā fertur, ſeu cui facili & leui de cauſa bilis accenditur: vt apud Theoc. idyll. 14. Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὸ φίλ' Αἰσχίνα, ἄνυχος ὀξύς. &c. Sic καιρὸς ὀξύς, occaſio ſubita vel quę citò prēterlabitur: apud Plut. in Coriol. & Xen. pæd.8. ¶ Eſt & ὀξὺς herbę nomē apud Plin.l.27.c.12. ¶ Item lumbus Erot. apud Hippoc. ¶ Subſtantiuè quoq; & abſolutè dicitur ὀξεῖα, pro ἡ λόγχη, vnde prouer. δι' ὀξείας δραμεῖν, ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων. Suid.

Ὀξὺ,(ſubſtantiuè)id quod in acutum exit,mucro,acumen,acies:Ariſtot. Metaphoricè acumen etiam ſenſuum ſic appellatur, & quicquid efficaci motu ab iis percipitur. Ὀξὺ dicitur etiam celeritas: vt apud Thucyd.lib.3.τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη. Vſurpatur & aduerbialiter in vtraque ſignificatione & pro acutè & pro celeriter, velociter: ſic ὀξὺ ἀκούειν, apud Plat.de leg. & ὀξὺ ᾄδειν apud Ariſtoph. Et ὀξὺ νοεῖν,apud Hom.Il.ε.celeriter animaduertere. In plurali ὀξέα quoque pro ὀξέως,capitur apud Heſiod. in Aſp. pro quo & ὀξεῖα, ι metri gratia inſerto,apud eundem ibidem.

Ὀξέως,acutè,Frequentius ſignificat celeriter,velociter interdum & ſtudioſè:apud Thuc.

Ὀξύτης,ητος,ἡ,acumen,acies. Plut.de Hom.acrimonia, acerbitas. Idem ſymp.3. & metaph. acrimonia in rebus gerendis. Item acor,quem frigoris humoríſque copia gignit,Alex.Aphr.probl.70.lib.2. Item celeritas,velocitas.Plut.in Rom.

Ὀξύνω, acuo,acutum reddo: vt grammatici ſyllabam acuunt quum eam acuto tono pronuntiant ſeu inſigniunt.Athen.l.11.οἱ μὲν ὀξύνουσι τὴν τελευταίαν,&c.Item,acuo ad,inſtigo,incito,Suid. Item acidum reddo,aceſcere facio.Gal.Item,aceſco,coaceſco,in acorem vertor.Item l.5.ſimpl.

Ὀξύνομαι, in acidam qualitatem abeo, aceſco,coaceſco,Gal.lib.3.de aliment.facult.

Ὀξύα,ἡ, arbor apud Theophr. hiſt.pl.l.3. c.3. folia habens ſpinoſa & in acutum deſinentia.

Ὀξύινος & ὀξυόεις,ex ea arbore confectus.Il.θ.

Ὀξυγαλας,ὁ, vt ὀξυγάλας τυρὸς, genus caſei quo Siculi vtebantur,ita dictum ab acore.Poll.l.6.c.9.

Ὄξος,εος,τὸ,vinum quod coacuit,acetum.Plut.

Ὀξώδης,εος,ὁ κὶ ἡ,acetoſus,acidus.Gal.

Ὀξηρὸς,ᾶ,ὁ,acetum recipiens,vel acetarius.

Ὀξείδιον,ου,τὸ,idem cum ὄξος.Suid.

1175 Ὀξίνης,ου,ὁ, vinum quod coacuit aliquatenus,vappa. Chryſoſt.Ariſtoph.in Veſp.dixit etiam θυμὸν ὀξίνην, acrem,acerbum ſeu bilioſum. Ὀξίνα, dicitur crates dentata ſtylis ferreis,occa.Heſych.

Ὀξὶς ίδος,ἡ, acetabulum,vas in quo acetum aſſeruatur vel in menſa apponitur. Ariſtoph. in Ran. Item vas in quo acetum metiuntur qui id vendunt.

Ὀξίζω,aceo,acidus ſum,acorem refero.Dioſc.

Ὀξαλὶς,ίδος,ἡ,acida fæx,vel vappa.Heſych.Eſt & lapathi ſpecies:de qua Dioſc l.2.c.140.

Compoſita.

Ἀπόξυς,acuminatus,mucronatus.Dioſc.

Ἀποξύνω,exacuo.Od.ζ.ἀποξύνουσιν ἐρετμά.Item acidum reddo,in acidam naturam muto.Aët.

Ἀποξύνομαι,exacuor.item aceſco.Gal.

Ἐξαποξύνω,(Decomp.)idem quod ἀποξύνω.Eur.

Ἐξοξύνω,acidum reddo,acorem affero. Ἐξοξύνομαι,acidus reddor,aceſco.Theophr.

Ἐποξύνω,exacuo,item facio vt quis properet.

Ἐποξίζω,coaceſco,Suid.

Κάτοξυς,peracutus.Ariſtoph.

Πάροξυς,acer,acerbus.Athen.l.6.ex comico.

Παροξύνω, acuo,exacuo,inſtigo,concito,inflammo. Xenoph.pæd.6. κὶ τούτοις ἐπαινῶν παρώξυνε. Et cum infinitiuo,apud Plut.Interdum ἐπὶ,vel εἰς:apud eundem. Item ad iram concito,ira accendo. Morbus etiam παροξύνειν dicitur quum hominem inuadens exacerbat priorem ſtatum in quo erat. Galen.l.1. ad Glauc. ¶Grammaticis παροξύνω,eſt acutum tonum in penultimam ſyllabam colloco.Athen.l.1.

Παροξύνομαι,acuor,incitor ad aliquam rem.Iſocr.Item ira inflammor.Æſchin.

Παροξυντικὸς,ῦ,ὁ,concitatorius.Xen.pæd.2.

Παροξυντικά,quæ ad iram irritare ſolent.Plut.

Παροξυσμὸς,irritatio,exacerbatio.Act.15.Item acceſſio, l.particularis motus morbi à remiſſione ad deterius.Gal.

Παροξίζω,ad acorem vergo.Dioſc.

Σύνοξυς,cuius anguli in mucronem coeunt,Theophr.

Συνοξύνω,in acutum ſenſim extenuo.Polyb.

Ὑπόξυς,leuiter acuminatus,ſubacutus. Item ſubacidus, acorem quadantenus referens,Dioſc.

Ὑποξίζω,ſubacidus ſum.Athen.

ΟΠΑΖΩ,F.σω, perſequor,κατόπιν διώκω, vt Euſt.exponit.Iliad.θ.Ὡς Ἕκτωρ ὤπαζε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. ¶Item ſequi iubeo,comitem do.Od.ι. Ἄνδρε δύο κρίνας,τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας.Euſt.videtur deriuare ab ἕπω ſeu potius ἕπομαι. ¶ Item ὀπάζω,præbeo, do.Ilia.ζ. Τῷ δὲ θεοὶ κάλλός τε κὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν ὤπασαν.

Ὀπάζομαι, à perſequente premor, Il.λ. Item comitem datum accipio.Il.τ.

Ὀπαδὸς,ῦ,ὁ, qui ſequi aliquem iubetur,comes,aſſectator.Plut.in Rom.Philo de vita M.l.5.

Ὀπαδέω,comitor,ſector.Heſych.

Ὀπηδὸς, idem cum ὀπαδὸς, quod Atticum eſſe teſtatur Euſt.Pro eodem Doricè ὀπαδὸς.Theocr.

Ὀπηδέω,comitor,comes ſum,aſſector.Il.ζ.Κῆρυξ,Εὐρυβάτης Ἰθακήσιος,ὅς οἱ ὀπήδει.

Ὀπηδεύω,idem Etym.ex Apollon.

Ὀπηδητὴρ,idem cum ὀπαδὸς.Heſych.

Ὀπάων,ονος,ὁ κὶ ἡ,idem cum ὀπαδὸς.Il.ψ. 1176

Compoſita.

Κατοπάζω,perſequor,à tergo premo.Heſiod.

Συνοπαδὸς,ῦ,ὁ κὶ ἡ,idem cum ὀπαδὸς.Athen.

Συνοπηδὸς, idem. Panyaſides(de vino) Ἐσθλὸν,ἀλεξίκακον,πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.

ΟΠΗ, ῆς,ἡ, foramen.Ariſtoph.in Pluto, Ὀπὰς γὰρ εἶχεν ἐκ ὀλίγας. Dicitur & ὀπὴ τῶν ὤτων, foramen aurium, i.meatus ille per quem vox penetrans auditorum ſenſum verberat.Poll.l.2.

Ὀπήπιον,ου,τὸ,fibula qua aliquid perforatur.Poll.

Ὀπεὺς,idem quod ὀπήπιον,apud eundem lib.7.c.21.

Ὀπαία,fictile vas in quo foramen eſt: aut dolium foramen habens.Idem lib.2.

Ὀπαῖον,ου,τὸ,foramen ollæ:item foramen per quod fumus è furno aut camino exit.Plut.

Compoſita.

Δίοπος, qui habet duo foramina:Athen.l.4.

Βορβορόπη, in meretricem iactatum eſt ab Hipponacte, quaſi βορβορώδη τὴν ὀπὴν ἔχουσα.

Ἡμίοποι αὐλοὶ, dicuntur tibiæ quædam minores perfectis conuiuiis adhiberi ſolitæ.Athen.

Μετόπη & μετόπιον, columbaria tignorum & aſſerum, ſeu ea caua quæ ſunt inter tigna & aſſeres.Vitruu.

Μυοπία,ἡ,muris ſeu murium cauernula.Ariſtot.

Πολύοπος, multa habens foramina. Pro eodem ſcrib. πολυωπός.Od.χ.Vide & in compoſ.ex Ὀπός.

ΟΠΗ, vbi.Plato de rep. l.2. Τάχ' ἂν κατίδοιμεν ὅπῃ ποτὲ πόλεσιν ἐμφύονται. vbi,vbinam. Interdum coniunctim ſcribitur ὁπήποτε quod ſignificat vbicunque:vt apud Plut.in Pericle,πάντας τοὺς Ἕλληνας τοὺς ὁπήποτε κατοικοῦντας Εὐρώπης ἢ Ἀσίας. Dicitur etiā ἔσθ' ὅπῃ,alicubi,aliquando.Herodian.l.6.ἀλλὰ κὶ αὐτοὶ τοὺς πολεμίους ἔσθ' ὅπῃ κακώσαντες. ¶ Item quò. Odyſſ.ο. Πέμψῃ δ' ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει, Poeticè pro ὅπῃ. Et ſequente ἂν, quocunque quemcunque in locum. Plato in apol. Socr. ὅπῃ ἂν ἔλθω, λέγοντος ἐμοῦ ἀκροάσονται οἱ νέοι. ¶Item quà,qua via. Xen.pæd.7. ἔφευγον οἱ Λυδοὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ὅπῃ ἐδύναντο ἕκαστος. Et ſequente ποτὲ: quánam, quánam via. Plato ἀπορῶν ὅπῃ ποτε διαδύσεται. Sequente verò ἂν, exp. quacunque, quacunque via. Plato de rep. l.2

ὅπῃ

ὅπη αὖ ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. ¶ Significat etiam qua ratione, quomodo, prout. Plato in apol. Socr. ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ ὅπῃ μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν. Et ſequente αὖ, apud Thucyd. l. 5. ὅπη αὖ δίκῃ ἀμφοτέροις. Exp. etiam, quomodocunque, pro vtcunque: plerunque tamen ſequente αὖ ποτε, δή ποτε, vel ἄν apud Plat. in Tim. & ep. 7. Ὅπητι οὖν, aliquid, quidquid tandem illud ſit. Plato in Apol. Socr. οὐ χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς τοὺς δοκοῦντας ὅπητι οὖν εἶναι, qui alicuius autoritatis eſſe videmini. Dicitur & ἔστιν ὅπη, aliquo modo, aliqua ratione, quadantenus: apud Herodian. lib. 6. ¶ Doricè pro ὅπη dicitur ὅπα.

ΟΠΙΣ, ιδος, ἡ, vltio ſeu vindicta, qua Deus aliquem perſequitur. Odyſſ. υ. Οὐκ ὄπιδα φρονέοντες θεῶν. Heſio. in Erg. θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. ¶ Exponitur etiam, cura, conſideratio. vt ὄπιν οὐδεμίαν ἔχων, nihil penſi habens.

Ὄπις, ιδος, ἡ, aſpectus. Moſch.

Ὀπίζομαι, curo, reuereor. Od. ξ. Διὸς δ' ὠπίσατο μῆνιν Ξενίου. Cum genitiuo etiam, vt Apollon. l. 2. οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ, ne tantillum quidem reuerebatur Iouem ¶ Item caueo: Od. υ. Ἀλλὰ σὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπίζομαι ἠδ' ἀλεείνω. ¶ Item pro ἀμείβομαι, vnde apud Pind. in Pyth. ὀπιζομένη χάρις, exp. beneficium repenſum ſiue mutuum.

Ὀπιδνός, οῦ, ὁ, reuerendus: vel ſummopere cauendus & extimeſcendus. Apollon. Arg.

Ὦπις, Dianæ epith. παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι αὐτὴν τὰς τικτούσας, quòd parturientium rationem & curam habeat. Etym.

Compoſita.

Ἐποπίζω, reuereor, caueo. Heſyc.

Φύλοπις (quaſi ἡ τῶν φύλων ὄπις, quòd bellis puniat Deus homines) pugna, prælium. Il. λ. & ſæpè alibi.
1177 Vide & in comp. ab Οψ.

ΟΠΙΣΩ (ſiue ὀπίσσω, poeticè) retrorſum, retro, in auerſum. Odyſſ. π. Ἀλλὰ σύ γ' ἀγγείλας ὀπίσω κίε, retrorſum redi. Od. η. ἀπήγαγεν οἴκαδ' ὀπίσσω, domum reduxit. Et Iliad. φ. Δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας, retro ligauit manus, vel à tergo. Ariſtot. de mundo, πρόσω τε καὶ ὀπίσω διεξέρπειν, & ante ſe & in auerſum ſeu retro perrepere. Dicitur & εἰς τοὐπίσω, retrorſum, in auerſum: vt ἡ εἰς τοὐπίσω ζωολκή ſiue καμπή, apud Aret. Significat etiam, poſt: ac interdum cum genit. vt 1. Timoth. c. 5 ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ ἐξετράπησαν Satanam ſequuti ſunt. Eccleſ. 9. ὀπίσω αὐτῶν, poſthæc: Nonnunquam etiam ſine caſu: de tempore dicitur, & expon. poſtea, in poſterum: Od. ξ. πολλὰ δ' ὀπίσσω λάχ' ἀνον, multa mihi poſtea obtigere. Iliad. ζ. Τούτῳ δ' οὔτ' ἂρ νῦν φρένες ἔμπεδοι, οὔτ' ἂρ ὀπίσσω ἔσονται, nec ſunt nunc, nec in poſterum erunt.

Ὄπισθεν ſiue ὄπισθε (poeticè) à tergo, ponè. Il. χ. Plat. l. 1. de rep. καί μου ὄπισθεν λαβόμενος τοῦ ἱματίου, ponè me prehendens veſte. Item ὄπισθεν τὰ ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι dicimus eum quem præuertimus & ſuperamus. Xen. Hell 4. Et ὁ ὄπισθεν qui pone vel à tergo eſt. Xen. τὰ ἔμπροσθεν ἅμα καὶ τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν tum quæ antè ſunt, tum quæ retro. Apud Ariſtot. εἰς τοὔπισθεν, in auerſum. ¶ De tempore etiam dicitur pro, poſthac, poſtea, poſt: Od. ξ. αὐτὰρ ὄπισθεν μάρτυροι ἀμφοτέροισι θεοί. Et ὁ ὄπισθεν, poſterior.

Ὀπισθος, ου, ἡ, poſticus, auerſus ſeu poſterior Ariſtot. hiſt. an. lib. 9. & Xenoph. de re equ. Item ὀπισθεν τάγμα, extrema acies: id eſt milites qui à tergo agminis ſunt.

Poeticè pro ὄπισθεν: ſiue ὄπισθε, metri cauſa vſurpatur ὄπιθεν: vt Heſiod. in Theog. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Ὄπιθεν εἶναι, dicuntur etiam ij qui non adſunt. Od. α.

Ὀπιστερος, poſterior. à tergo ſequens: Nonn. Ὀπίστατον poſtremus, vltimus. Il. θ.

Compoſita.

Ἀνόπιν, retrorſum. Heſych.

* Εἰσοπίσω, poſtea. Homer.

Ἐξοπίσω, in auerſum, retrorſum, retro. Heſiod. Exp. etiam, poſtea.

Ἐξόπισθεν, à tergo. Ariſtot. ἐξόπισθέν μου. Expon. etiam in poſterum. Dicitur etiam ἐξόπιθεν, poet. pro ἐξόπισθεν.

Ἐπόπισθεν à tergo, pone. Athen. ex fragm. Heſiod.

Κατόπισθεν, idem. Arat. κατόπισθεν ἰὼν κυνοσουρίδος ἄρκτου. Vſurpatur & κατόπισθε à poetis.

Κατόπιν, à tergo. Ariſtoph. & Plut. Dicitur, & κατόπιν τίθεσθαι, poſtponere, apud Suid. Item poſt, vt apud Naz. κατόπιν τῶν ἐρωτήσεων, poſt interrogationes. Sic ὁ κατόπιν, exp ſequuturus, venturus, in Epigr. & apud Baſil.

Μετόπισθεν, & poet. μετόπισθε, idem quod κατόπισθεν. Item poſt, poſtea. Il ρ.

Μετόπιν, à tergo, item poſtea.

ΟΠΛΟΝ, ου, τό, & in plurali ὅπλα, arma. Phocyl. Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τιμώτερον ἐστὶ σιδήρου. Iliad. κ. Τῷ δ' ἐπεὶ οὖν ὅπλοισιν ἔνι δεινοῖσιν ἐδύτην. Thuc. l. 6. ἐν ὅπλοις γενέσθαι, in armis eſſe, ſeu armatum eſſe. Apud Syneſ. epiſt. 104. σπεύδουσιν εἴσω τῶν ὅπλων γενέσθαι, quidam exp. in præſidia ſe recipere ¶ Ὅπλα ab Homero vocantur etiam inſtrumenta fabrilia & nautica. Od. γ. χαλκεὺς ὅπλ' ἐν χερσὶν ἔχων χαλκήϊα, æraria arma. Od. ξ. νηῶν ὅπλα μελαινάων. Ab Hippocr. quoque ὅπλα dicuntur funes ex ſtuppa, lino, vel cânabe, vt docet Gal. in lex. Hippocr. Sic dicuntur & quælibet inſtrumenta.

Ὁπλάριον, (dimin.) arma parua, q. d. armula.

Ὁπλομαι, armor. Apud Hom. Il. τ δεῖπνον ὁπλέσθαι, exp. inſtrui & parari cœnam.

Ὁπλέω, armo, inſtruo. Od. β.

Ὁπλίζω, f. ίσω, idem cum ὁπλέω: Thucyd. l. 8. ὁπλίσας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας. Item inſtruo, paro. Iliad. ω.

Ὁπλίζομαι, armor. Xen. Itē actiuè, inſtruo, paro, Od. π οἱ δ' ἄρα δόρπον ἐπισταδὸν ὡπλίζοντο, cœnam inſtruebant ſeu parabant.

Ὡπλισμένως, cum armis, ſeu more armatorum.

Ὁπλισμὸς ὁ, armatura vel potius ipſa actio armandi.

Ὅπλισμα τό, armatura qua quis munitur. Item apparatus bellicus, apud Eurip.

Ὅπλισις εως, ἡ armatura, ipſa arma. Thuc.

Ὁπλιστής, οῦ, ὁ, armatus. Ὁπλιστεύω, armo: item armagero.

Ὁπλίτης οῦ, ὁ, armatus, qui arma geſtat. Thuc. l. 6. ἐπὶ τοὺς πομπέας τοὺς ὁπλίτας Item ὁπλίτης δίαυλος, & 1178
ὁπλίτης δρόμος, qui ab armatis decurritur, ſeu quem in armis decurrunt. Item miles armatus, miles armiger. Plut. in Fab. βαρὺς ὁπλίτης, grauis armaturæ miles. Plerunque etiam ſine adiectione de grauis armaturæ milite dicitur: apud Thucyd.

Ὁπλῖτις, armata. ὁπλίτιδες dicuntur etiam ſtatuę fœminarum armatę.

Ὁπλιτικός οῦ, ὁ, ad militē grauis armaturę pertinens, Plat. Τὸ ὁπλιτικόν ipſi grauis armaturæ milites.

Ὁπλιτεύω, miles ſum grauis armaturę. Ariſtot. pol. 4. Item τοῦ ὁπλιτικοῦ ἄρχω, apud Thuc. l. 6. Exp. etiam ὁπλίζομαι, Suid.

Ὁπλότερος ου, iunior. Et ὁπλότατος, minimus natu. Dicitur de iis qui iam arma ferre poſſunt, vt teſtatur Euſth. & Etymol. Il. γ. Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, Ilia. ι. ὁπλότερος γενεῇ, natu minor. Impropriè fœminino etiam ſexui tribuitur. Od. γ. Νέ-

τυρὸς ὀπλοτέρη θυγάτηρ.

Ὁπλὴ, ῆς ἡ, vngula: vnguis quadrupedum. Xen. & alij.

Compoſita.

Ἄνοπλος, ſiue ἄοπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inermis, armis nullis indutus ſeu accinctus. Herodot.

Ἀνθοπλίζω, armo contra, vel, viciſſim armo.

Ἀφοπλίζω, exarmo, armis ſpolio. Suid.

Ἀφοπλίζομαι, exarmor, item arma depono. Idem.

* Ἀφοπλιστὴς, exarmator, qui armis exuit & ſpoliat.

Δυσπραγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, infelix. Δυσπραγέστερος, infelicior.

Εὐπραγία, idem quod εὐπραξία, apud Thuc. Plat.

Εὐπραγέω, feliciter res gero. Thuc.

Εὐπραγὴς, felix, Εὐπραγέστερος, felicior.

Ἰδιοπραγία, q. d. ipſa actio curandi propria negotia. Apud Plat. exp. priuata commoditas.

Ἰδιοπραγέω, mea negotia curo non aliena.

Καινοπραγία, rerum nouarum deſignatio. Plut.
Κακοπραγία, idem quod δυσπραγία.
Κακοπραγῶ, idem quod δυσπραγῶ. Apud Gal. ἐπὶ σπλῆνι κακοπραγοῦντι, exp. male affecto.
Κοινοπραγία, conſpiratio. Polyb. l. 2.
Κοινοπραγέω, communiter aliquid ago, auxiliatorem & conſortem me præbeo. Polyb.
Οἰκειοπραγία, adminiſtratio ſuorum negotiorum.
Οἰκειοπραγέω, priuata negotia ago, non publica.

ΠΡΕΜΝΟΝ, ου, τὸ, ſtipes, ſtirps στέλεχος. Heſych. Exp. & truncus, caudex. Apoll. Apud Dioſc. l. 2. c. 143. τὸ μεταξὺ τοῦ φλοιοῦ καὶ τοῦ πρέμνου κείμενον, liber qui cortici & ligno intercedit. Item pro fundamento, vt πρέμνον τῆς ἑστίας, apud Heſych. exp. τῆς οἰκίας θεμέλιος. Metaph. apud Ariſtoph. in Auib. ἔχοντι πρέμνον πράγματος πλωρίμ. ¶ Item extremitas albi oculorum. Poll.
Πρέμνιον, τὸ, paruus ſtipes. Heſych.
Πρεμνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſtipiti ſimilis. Theoph. Et τὸ πρεμνῶδες in plantis dicitur quod ſtipitis vice eſt: vt apud eundem hiſt. pl. l. 4. c. 11.
Πρεμνίζω, vnà cum ſuo ſtipite & radice euello. aut vnà cum ſtipite ſuo amputo. Poll.
Πρεμνίζομαι, vnà cum ſtipite ſuccidor. Dem.

Compoſita.

Ἀπόπρεμνα φυτάρια, plantæ particula ſtipitis ſuffultæ. Theophr hiſt. pl. l. 2. c. 7.
1387 Αὐτόπρεμνος, per ſe radicatus: natiuus, ſua ſponte proueniens. Heſy. Metaphoricè apud Ariſtoph. in Ran. αὐτοπρέμνοις τοῖς λόγοισιν ἐμπεσόντα, quod Suid. exp. δυσκόλοις, ῥιζηρίζοις ἢ μεγάλοις.
Ἐκπρεμνίζω, ſtipitem excido, extirpo. Dem.
Εὔπρεμνος, pulchrum habens ſtipitem. Heſyc. Pro quo poetæ dicunt ἠΰπρεμνος.
Κατάπρεμνος, idem exp. κατάκλαδος.
Πολύπρεμνος, multos habens ſtipites ſeu truncos.
Ὑπόπρεμνος, habens aliquid ſtipitis. Theoph.

ΠΡΕΠΩ, decorus ſum, conſpicuus ſum. Item excello. Il. μ. ὁ δ᾽ ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων. Eurip. πρέπω ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ, veſte & cultu corporis decorus ſum.
Πρέπει, decorum eſt, decet, conuenit, dignum eſt, Plat. in Char. πρέπει τοιοῦτον αὐτοῖ εἶ(ν). Et πρέπων, decorus, decens, conueniens, dignus. Chryſoſt. βίος τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ πρέπων. Item τὸ πρέπον, quod decet & conuenit, decorum. Plat. de leg. κατὰ τὸ πρέπον αὐτῷ ἑκάστῳ. Exponitur etiam ὅμοιον. ab Heſyc. Interdum & πρέπον pro πρεπόντως dici Attica dialecto, annotatur.
Πρεπώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, decens, decorus. Ariſtoph.
Πρεπῆς, Heſy. exp. ὁμοίως.
Πρεπτὰ, eidem ſunt φαντάσματα, εἰκόνες.
Πρόπιον, τὸ, vaticinium, oraculum. Suid.

Compoſita.

Ἀγαθοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, q. d. bonos decens: benignus.
Ἀγαθοπρεπῶς, benignè: vel vt bonum decet.
Ἀνθρωποπρεπὴς, hominem decens.
Ἀνθρωποπρεπῶς, humanæ naturæ cõuenienter. Dem.
Ἀξιοπρεπὴς, dignus, decorus. Xen. Τὸ ἀξιοπρεπὲς & ἡ ἀξιοπρέπεια, dignitas: ſeu dignitas oris.
Ἀπρεπὴς, indecens, indecorus. Thuc.
Ἀπρεπέως, ῶς, indecorè, indecenter. Herod.
Ἀπρέπεια, ἡ, q. d. indecentia. Plat.
Ἀριπρεπὴς, valde decorus, decore inſignis. Il. ζ. ψ. θ. &c. Exp. & præclarus, magnificus.
Ἀριπρεπέως, admodum decenter.
Ἀριπρέπεια, eximium decus, alij expon. decor quo quis clarus efficitur, claritas.
Αὐλοπρεπὴς, aulæ conueniens.
Αὐτοπρεπὴς, ſeipſum decẽs, ſibiipſi conueniens. Hom.

Βαρυπρεπὴς, idem cum ἀρυπρεπὴς. Exp. & ſumptuoſus.
Γυναικοπρεπὴς, mulieres decens. Xen. & Plut.
Γυναικοπρεπῶς, muliebriter, vt mulieres decet.
Διαπρέπω, decorus ſum & excello inter alios. Plut. in Erot. κόρη τις κάλλει διαπρέπουσα. Theodor. hiſt. eccl. l. 2. αὐτὸς ἐν τοῖς εὐσεβείας διαπρέψας ἀγῶσι. Exponitur & actiuè, καλλωπίζω, apud Plat. in Gorg.
Διαπρεπὴς, decorus & inſignis inter alios, eximius, vt διαπρεπὴς εὐψυχία, apud Eur.
Διαπρεπῶς, decorè, eximiè.
Δουλοπρεπὴς, ſeruos decens, ſeruilis. Plat. Luc.
Δουλοπρέπεια, ſeruilitas, vt ſeruos decet. Poll.
Δυσπρεπὴς, indecorus, turpis. Heſyc.
Ἐκπρέπω, idem cum διαπρέπω. Eur.
Ἐκπρεπὴς, idem cum διαπρεπὴς. Il. β. Plut. Item excedens τὸ πρέπον, indignus. Thuc.
Ἐκπρεπῶς, idem cum διαπρεπῶς. Heſy.
Ἐλευθεροπρεπὴς, liberum decens, liberalis.
Ἐλευθεροπρεπῶς, liberaliter.
Ἐμπρέπω, decorus & præſtans ſum inter. Ariſtoph. Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων. Item decori ſum, cum decore conuenio. Plut. in Alcib. τῇ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, voci balbutiem quoque decus & gratiam attuliſſe.
Ἔμπρεπος, decorus, conueniens. Heſy.
Ἐπιπρέπω, decorus ſum in vel ſuper. Luc.
Ἐπιπρεπὴς, decorus, eximius. Et τὸ ἐπιπρεπὲς, decus.
Ἐπιπρέπεια, idem quod τὸ ἐπιπρεπές. Ariſt. Ἐπιπρέπειαι, αἱ, decoræ veſtes: apud Suid.
Εὐπρεπὴς, decorè eximius, perdecorus. Xen. Εὐπρεπὴς τράπεζα, menſa magnificis & opiparis epulis inſtructa. Interdum exp. ſpecioſus: vt εὐπρεπὴς φιλία, apud Thuc. l. 3. Et τὸ εὐπρεπὲς, ſpecioſitas.
Εὐπρεπῶς, perdecorè, decorè, eleganter. Item ſpecioſè, ſpecioſo prætextu. Thuc. 1388
Εὐπρέπεια, decor eximius, decora forma. Plut. Item ſpecies ſeu ſpecioſitas. Plat.
Θεοπρεπὴς, deum decens ſeu deos. Plut. Et τὸ θεοπρεπὲς, diuinum decus, diuina maieſtas. Phil.
Θεοπρεπῶς, vt deum vel deos decet, diuinè. Luc.
Θεοπρόπος, ὁ καὶ ἡ, idem cum θεοπρεπὴς, in Epigr. Item vates, diuinus, ὁ τοῖς θεοῖς, vel τῷ θεῷ πρέποντα λέγων, inquit Euſt. Il. μ. & ν. Item qui vadit ad oraculum petendum, qui oraculum conſulit. Herodot. l. 1. Plut. in Fab.
Θεοπροπία, ἡ, & θεοπρόπιον, τὸ, oraculum, vaticinium. Il. π, & α.
Θεοπροπέω, oracula expono, vaticinor. Il. α.
Ἱεροπρεπὴς, talis qualem decet eſſe eum qui ſacer eſt: ſanctitatem ſeu ſanctimoniam decens. Polyb.
Ἱεροπρεπῶς, vt decet ſanctum ſeu ſanctimoniam: vel, ſacro quodam modo. Heſy.
Καινοπρεπὴς, nouitatem decentem habens. Her.
Κομψοπρεπὴς, qui decet τοὺς κομψούς, feſtiuus, lepidus, elegans: vt κομψοπρεπὴς μοῦσα, Ariſtoph.
Κτηνοπρεπὴς, cui conueniunt eadem quæ & iumentis, iumentis ſeu brutis ſimilis. Athen.
Μεγαλοπρεπὴς, magnum virum decens, magnificus. Plut.
Μεγαλοπρεπῶς, magnificè. Xen. pæd. 6.
Μεγαλοπρέπεια, ἡ, magnificentia. Ariſt.
Μεταπρέπω, idem quod διαπρέπω, decorus ſum inter. Il. β. ὅς ἐστι μεταπρέπει.
Μικροπρεπὴς, viles abiectóſque homines decens, vilis, illiberalis. Syn. Plut.
Μικροπρεπῶς, illiberaliter, ſordidè, more decente abiectos homines. Poll.
Μικροπρέπεια, illiberalitas, ſordes. Ariſt.
Μικροπρεπεύομαι, ſum μικροπρεπὴς, ſum vilis abiectíque animi vel indecore parcus. Syneſ. Dicitur & σμικροπρεπὴς & σμικροπρέπεια.

Μιλτόπρεπος, miniaceo colore decorus, i. rubens. Euſt.
Νεοπρεπής, iuuenes decens, iuuenilis. Item iuuenilis, non maturus. Plut. apud Plat. de leg. exp. etiam iuuenili decore inſignis.
Σεμνοπρεπής, grauem virum decens. Item graui eximiáque grauitate præditus. Τὸ σεμνοπρεπὲς, & ἡ σεμνοπρέπεια, grauitas decora, vel dignitas oris. Exp. & ſimpliciter dignitas. Syn.
Σεμνοπρεπῶς, cum dignitate. item grauiter. Herod.

ΠΡΕΣΒΥΣ, υος, & Atticè εως, ὁ, ſenex. Eurip. Ω πρέσβυ δόμων τῶνδε πάρεισιν στίχε. Fœm. πρέσβειρα vetula, ſenex: pro quo per ſyncopen dicitur πρέσβα, teſte Etymol. vt Il. ε. & θ. Ἥρη πρέσβα θεά. Pro eodem πρέσβειρα dicitur & πρέσβειρα: vt πρέσβειρα θέμις, apud eundem Hom. Πρέσβεις etiam dicũtur principes, reges & quibus is honor exhibetur qui ſenibus exhiberi ſolet, teſte Heſych. Pro ſenatore etiam ſumitur, in Epigr. ¶ Item πρέσβυς auis quæ & τρόχιλος. Ariſtot. ¶ Item πρέσβυς, legatus. Ariſtoph. Frequentius vſurpatur numerus plur. πρέσβεις. Iſocr. ad Philipp. πρέσβεις πέμπειν πρὸς οὓς αἱ ἑλληνίδες, καὶ λέγειν παῤ ὧν αἱ σοὶ δοκῇ. Sic & apud Xen. Plut. Dem. &c. Orta autem hæc ſignificatio ex prima videtur, quòd olim ſenibus legationes mandarentur. Πρέσβεις, exp. etiam, mediatores, interceſſores. Heſych. Scribitur & πρέσβυς, apud Suid & Etym.

¶ *Deriuata à πρέσβυς, ſenex.*

Πρεσβύτερος, ὁ, ſenior, ætate prouectior. Xen. Ariſt. Vnde πρεσβύτεροι ſpecialiter dicuntur ſeniores qui eccleſiæ præſunt: quorum alii politiam eccleſiaſticā adminiſtrabant, aliis interdum doctrinæ verbi cura incumbebat: in ep. ad Tim. 1. c. 5. ¶ Item πρεσβύτερος, vetuſtior, antiquior, magis priſcus. Plut. Item antiquior, i. potior, pretioſior, apud Plat. in ſymp. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον.
Πρεσβυτέρως, vt πρεσβυτέρως τετιμηκέναι, antiquiorem habuiſſe, ſeu antiquiore cura ei honorem habuiſſe: Plat. de rep. l. 8.
Πρεσβυτέριον, τὸ, cœtus presbyterorum, presbyterium. Act. 20. Exp. & honor ſenectutis.
Συμπρεσβύτερος (*decomp.*) & qui & ipſe presbyter eſt.
1389 1. ep. Petr. c. 5.
Πρεσβύτατος, maximus natu. Athen. Item antiquiſſimus, vetuſtiſſimus. Plut. Item, potiſſimus. Plut.
Πρεσβύτης, ου, ὁ, idem cum πρέσβυς, Ariſtoph.
Πρεσβῦτις, ιδος, ἡ, idem cum πρέσβειρα Æſchin.
Πρεσβυτικὸς, ſenilis. Ariſtoph. Dioſc. Item antiquus, priſcus. Ariſtoph.
Πρεσβυτικῶς, ſeniliter, ſenum more. Greg.
Πρεσβεύω, ſenior ſum, natu maior: vel maximus ſum. Herodot in Polymn. τῶν μὲν δὴ πρεσβεύει Ἀρτοβαζάνης. Item in honore & pretio ſum. Xen. Hell. 7. Apud Soph in Aiace, Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ, exp. moderator olympi. Item honore afficio vt grandæuum Eur. Rem verò aliquam πρεσβεύειν, dicimur, qua nihil antiquius & potius ducimus. Plut. ¶ Item aſſero aliquid & conſtituo. Greg.
Πρεσβεύομαι, antiquior habeor & honoror. Plat.
Πρέσβευμα, τὸ, honorarium.
Πρεσβεία, ἡ, honos auguſtior, Heſych.
Πρεσβεῖον, τὸ, honorarium quod meretur is qui natu maximus eſt: vel quo aliquis honoratur veluti maior natu, aut tempore prior aliqua in re. Pro eodem Ionicè dicitur πρεσβήϊον. Il. θ.
Πρέσβευς, έως, ὁ, idem cum πρέσβυς, & à πρεσβεύω deriuatum, ſicut ἱππεὺς ab ἱππεύω, inquit Etym. Hinc plur. nomin. πρεσβῆες, Ionicè pro πρεσβεῖς. Heſiod. in Aſpide.

¶ *Deriuata ex πρέσβυς, legatus.*

Πρεσβεύω, legatione fungor, legatus mittor, legatus venio. Demoſth. πρεσβεύω εἰς Πελοπόννησον. Dicitur & πρεσβεύειν τι, legatum miſſum eſſe de re aliqua, vt Iſocr. in Paneg. τῶν πρεσβευσάντων ταύτην τὴν εἰρήνην. Apud Philoſtr. in Heroic. πρεσβεύω τὰς λιτὰς, exp. preces Deo offero velut legatione fungens & interpretem agens. Exp. & deprecor pro alio: apud Greg. ¶ Item ſum legatus in exercitu, i. vicarius imperator. Luc. πρεσβεύειν τῷ πατρί.
Πρεσβεύομαι, legationem mitto. Dem. Olynth. 1. πρεσβεύεσθαι ἐφ' ἃ δεῖ. Item legatus venio. Thuc. lib. 8. πῶς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένοις ἐπιμένειν. Res verò πρεσβεύεσθαι dicuntur quæ in legatione peraguntur: vnde πεπρεσβευμένα, negotia in legatione tranſacta. Dem.
Πρεσβεία, ἡ, legatio Plat. Interdum ſic dicuntur ipſi legati apud Dem. & Iſocr. Item deprecatio, poſtulatio, preces. Greg.
Πρέσβευσις, ἡ, idem cum πρεσβεία, legatio. Thuc.
Πρεσβευτὴς, οῦ, ὁ, idem cum πρέσβυς. Thuc. Item legatus, i. vicarius imperator. Plut.

Compoſita.

Ἀντιπρεσβεύω, è contrario legatus eo. Poll.
Ἀντιπρεσβεύομαι, è contrario legatos mitto, vel viciſſim.
Ἀποπρεσβεύω, renuntio legationem, i. acta in legatione expono. Plut.
Διαπρεσβεύω, legatus dimittor: apud Suid.
Διαπρεσβεύομαι, legatos dimitto, i. in diuerſas partes mitto. Ariſtid.
Ἐπιπρεσβεύω, legatus mittor ſeu eo ad. Poll.
Ἐπιπρεσβεύομαι, legatum mitto ad.
Παραπρεσβεύω, legationem perperam gero, aliter in legatione ago quàm mandatum eſt. Æſchin.
Παραπρεσβεύομαι, idem. Dem. in Tim.
Παραπρεσβεία, ἡ, malè geſta legatio, Dem.
Σύμπρεσβυς, εως, ὁ, legationis collega. Æſchin.
Συμπρεσβεύω, collega & ſocius ſum legationis.
Συμπρεσβευτὴς idem cum σύμπρεσβυς. Ariſt.

ΠΡΗΘΩ, incendo, inflammo. Il. ζ. πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα. Item flo, ſeu inflo. Heſyc.
Πρήθομαι, incendor, &c. ¶ Item inflor: item diſrũpor, crepo: inflationem enim ſequitur tumor, tumorem ruptura. Numer. cap. 5. πρησθήσεται τὴν κοιλίαν, venter ei inflatus rumpetur. 1390
Πρῆσμα, τὸ, vſtio, ambuſtio. ¶ Item inflatio, tumor. Gal. in lex. Hippocr.
Πρῆσις, εως, ἡ, vſtio, inflammatio. ¶ Item inflatio. Hippocr.
Πρηστὴρ, ῆρος, ὁ, qui incendit & inflammat: vt πρηστὴρ ἄνεμος igneus turbo contacta comburens. ¶ Sic dicitur & ſerpens quidā, ob inextinctæ ſitis ardorem quem infert morſu. Dioſc. ¶ Item exterior gutturis pars faucibus ſubiecta quæ in ira inflatur & intumeſcit. Poll. l. 2.
Πρηστήριος, ὁ, imburens in modum preſteris. Exponitur & fulmineus.
Πρηστικὸς, ὁ, adurendi vim habens. Gal.
Πρῆστις. ſpecies marini ceti quæ dicitur maltha, inquit Suid. Scrib. & πρίστις, apud Ariſt.
Πίμπρημι, ſeu πίπρημι, incendo, comburo. Plut. in Alex. πιμπράναι τὰ βασίλεια, καὶ διαφθείρειν. Item metaph. vro. ¶ Item inflo. Dicitur & πιμπράω, ſeu πιπράω pro eodem: apud Eurip.
Πίμπραμαι, incendor, inflammor, ardeo. Nic. Et metaph. vror. Luc. Item actiuè, inflammo, & inflo. Nic.
Πρημαίνω, ſpiro, flo; ſeu vehementer & furenti impetu ſpiro: παρὰ τὸ πρήθειν, teſte ſchol. Ariſtoph.

Compoſita.

Ἀναπρήθω, incendo, vro. Item efflo, exufflo: vnde δάκρυ ἀναπρήσας. Il. ι. exp. & magna copia effundens.

Ἀντιπίμπρημι, viciſſim incendo, viciſſim vro.
Ἄπρητος, non incenſus aut inflammatus. Heſych.
Βούπρηστις, εως, ἡ, animal ex cantharidum genere, ſimillimum ſcarabeo longipedi: ſic dictum quòd in herba à bobus deuoratum, eos tacto felle ita inflāmet, vt rumpat, teſte Nic. in Alexiph. & Plin. lib. 30. c. 4. ¶ Eſt & oleris ſylueſtris ſpecies: de qua Theophr. hiſt. pl. l. 3. c. 8. & Galen. in lex. Hippocr.
Διαπρήθω & διαπίμπρημι, penitus inflammo, peruro. Dioſc. Exp. & ſimpl. vro ſeu aduro.
Ἐκπρήθω, idem quod διαπρήθω.
Ἔκπρησις, incenſio, inflammatio. Heſych.
Ἐμπρήθω, idem quod ἐκπρήθω. Ariſtoph. ¶ Item inflo, flatu impleo, Iliad. α. Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον.
Ἐμπρησμὸς, ὁ, incenſio, inflammatio. Phil. Item incendium. Plut. & Philoſtr.
Ἔμπρησις, ἡ, idem. Æſch. contra Cteſiph.
Ἐμπρηστὴς, οῦ, ὁ, qui incendit, incendiarius.
Ἐμπίμπρημι, ſeu ἐμπίπρημι, idem cum ἐμπρήθω. Ariſtoph. ἐμπιπράναι τὴν οἰκίαν.
Ἐμπίμπραμαι, incendor, inflammor.
Decomp. Κατεμπρήθω, idem quod ἐμπρήθω. Eurip.
Συνεμπρήθω, vnà cum alio incendo. Eurip.
Εὔπρηστος, facilis accenſu vſtúque, inflatu facilis. Heſ.
Καταπρήθω, comburo, deuro, incendo. Herod.
Καταπίμπρημι & καταπιμπράω, incendo, inflammo, vel incendio abſumo. Plut.
Καταπίμπραμαι, comburor. Pind.
Κυνοπρῆστις, animal quoddam. Heſych.
Ὑποπρήθω & ὑποπίμπρημι, ſuccendo, item contremo.

ΠΡΗΝΗΣ, έος, ὁ καὶ ἡ, pronus, in caput propendens, præceps. Iliad. ρ. πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ κεῖτο. Athen. τὰ πρηνῆ τοῦ σώματος, pronæ corporis partes. Ariſtot. Exp. & decliuis.
1391 Πρηνηδὸν, præcipitando in caput, pronè. Nonn.
Πρηνίζω, f. ίσω, pronum in caput deiicio, præcipito, vnde πρηνιχθεὶς, præcipitatus. in Epigr.
Πρηνισμὸς, ὁ, præcipitatio, deiectio in caput, vel ſubuerſio, euerſio. ex orac. Sibyll.
Πρανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem cum πρηνής. Xen. de equ κατὰ τὰ πρανῆ ἐλαυνόμενοι, per loca decliuia. Τὰ πρανῆ in animantibus exp. pronæ corporis partes, dorſum, tergum. Ariſtot.
Πρανὸς, οῦ, ὁ, idem cum πρανής. Heſych.
Πρανίζω, idem cum πρηνίζω, vnde πρανιχθέντα, apud eund. exp. τὰ ἐπὶ στόμα πεσόντα.

Compoſita.

Ἐπιπρηνὴς, cernuus, in faciem inclinatus Heſych.
Καταπρηνὴς & καταπρανὴς, pronus dependens, vel ſimpl. dependens. Od. ν.
Προπρηνὴς, pronus, præceps, propendens. Il. ω.

ΠΡΗΩΝ, ωνος, ὁ, eminentia mōtis, cacumen, vertex, ſeu prominens in mōte locus. Heſiod. Pro eodem dicitur & πρεών. Il. ρ. Dicitur & πρώων, vnde plur. πρώονες. Il. θ. & π.

ΠΡΙΑΜΑΙ, emo. Demoſt. pro cor. ὁ ὠνούμενος νενίκηκε τὸν λαβόντα ἐὰν πρίηται. Odyſſ. ξ. τίς γάρ σε πρίαιτο κτεάτεσσιν ἑοῖσι; Soph. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν. ¶ Item redimo, i. conduco. Demoſth. εἰ ὑπόρρυ πρίαιντο.

Compoſita.

Ἀποπρίαμαι, idem cum πρίαμαι. Ariſtoph.
Ἀπριάτην, (*aduerb.*) ſine emptionis ſeu redemptionis pretio, gratis. Od. ξ. Pro nomine etiam poni traditur. Il. α. δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην Ἀπριάτην, ἀνάποινον, nullo nec pretio redemptam nec lytro.
Ἐκπρίαμαι, eximo. Lyſias οἱ δὲ κινδύνους ἐξεπρίαντο, data pecunia ſeſe diſcriminibus eximebant. Exp. & pecunia corrumpo, apud eundem.
Ἐκπριάομαι, ῶ, redimo: vt in prouerb. Solom. ἐκπριάσασθαι τὸν κτεινόμενον μὴ φείσῃ, redimere mortuum ne ceſſes.
Συμπρίαμαι, coemo. Ariſtot.

ΠΡΙΑΠΟΣ, & Ionicè πρίηπος, Priapus, Veneris & Liberi patris filius, hortorum cuſtos. Item membrum virile.
Πριαπίσκος, priapiſcus, lignum quoddam in Hippocratis βάθρῳ in modum penis teres & erectum.
Πριαπισκωτὸς μοτὸς, lineamentum in veretri arrecti figuram formatum, apud Gal.
Πριαπισμὸς, pudendi extenſio citra libidinem. Gal.

ΠΡΙΝ, priùs, antè, anteá. Iliad. β. ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν, habens cōſilium immotum, vt antea. ¶ Item priuſquam, antequam. Thuc. πρὶν ἤρετο δύναμις τῶν Ἀθηναίων, priuſquam Athenienſium potentia augeſceret. Cum coniunctiuo. Soph. in Aiace, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ, antequam ipſe coràm adeſſet. Et πρὶν ἀκούσῃς, antequam audieris, apud Heſiod. Sępe cum infinit. Odyſſ. ε. πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι. Sic Luc. πρὶν ἥκειν, antequam adueniat. ¶ Πρὶν interdum geminatur ita vt poſteriori loco ſignificet quàm, idque vel cum coniunct. vel cum infi. vt Il. α. Μὴ πρὶν πημανέειν πρὶν δὴ δεκάτη μόλῃ ἠώς. Interdum in proſa ponitur πρὶν præcedente πρότερον, itidem cum coniunctiuo, vel infin. necnon cum indicat. ¶ Expon. etiam donec, quoad, vt apud Iſocr. πρὶν τινὲς εἶπον, donec quidam dixerunt. ¶ Iungitur cum particulis ἂν δὴ γε μὴ, & ἤ. Nam dicitur πρὶν ἂν, πρὶν ὅτ' ἂν, ſiue πρὶν ὅταν, priuſquam, pro antequam. Πρὶν δὴ, donec, vſquedum, quoad. Πρὶν μὴ præcedente οὐ, non antè quàm. Vſitatiſſimum eſt πρὶν ἢ ſiue πρινή. modò cum opt. modò cum ſubiunct. modò cum infinit.

ΠΡΙΝΟΣ, ου, ὁ, ilex: arbor de qua Theophr. hiſt. pl. lib. 3. c. 16. & Dioſc. l. 4. c. 48.
Πρινώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ilici ſimilis: vt πρινῶδες φύλλον.
Πρίνινος, ου, ὁ, iliceus, iligneus, ex ilice confectus: vt πρίνινος γύης, apud Heſiod. in Erg. Et πρίνινοι ἄνθρακες, apud Ariſtoph. in Acharn. 1392
Πρινίδιον, ου, τὸ, parua ilex, apud eundem.

ΠΡΙΩ, ſiue πρίζω, (vt eſt apud Poll. lib. 7.) ſerro, ſerra ſeco vel findo, ſerra diuido. Thuc. lib. 4. δίχα πρίσαντες, quum ſerra fidiſſent. Apud Ariſtoph. μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας. noli ſerrare dentes, ſeu ſtridere vel frendere dentibus. ¶ Item ſtringo, conſtringo, alligo.
Πρίομαι ſiue πρίζομαι, ſerra ſecor ſeu diuidor: in ep. ad Hebr. Item ſtringor. Soph.
Πρίσμα, τὸ, ſcobs eorum quæ ſerra ſecātur. Theoph. Dicitur & de ſcobe à vermibus eroſa, ſeu lignorum carie, apud Dioſc.
Πρίσις, εως, ἡ, diuiſio quæ ſerra fit. Item πρίσις ὀδόντων, actio frendendi dentibus. Plut.
Πριστὴς, οῦ, ὁ, qui ſerra aliquid ſecat & findit. Poll. Item priſtis piſcis cetacei generis. Ariſtot. ¶ At πρίστης, ſerra. Poll. l. 7. Eſt & poculi genus, apud Ath. lib. 11. & nauigij, apud Polyb. l. 15.
Πριστὴρ, ῆρος, ὁ, idem cum πριστής.
Πριστὸς, οῦ, ὁ, ſerra diſſectus, ſerra ſectus, ſeu fiſſus. Od. σ. Τὸ πριστὸν, ſectile marmoris genus, quod ſerra diſſecari ſolebat. Ioſeph. de an. Iud.
Πρίων, ονος, ὁ, ſerra. Plut. in ſymp. 3. ¶ Eſt & captioſi perplexíque argumenti genus, quod alio nomine κροκοδειλίτην vocant.
Πριονώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſerratus. Athen. l. 33.

Πρισνωτὸς. idem. Ariſtot.
Πρίω, idem cum πρίω.
Πρίσμα, τὸ, idem cum πρίσμα. Heſy.

Compoſita.

Ἀποπρίω, ſerra deſeco, ſerra abſcindo.
Ἀπρὶξ, tam tenaciter & firmiter vt ſerra deſecari nequeas. Theocr. & Soph.
Διαπρίω, ſerra diſſeco, ſerra diſſindo.
Διαπρίομαι, ſerra diſſecor. Syn. Διαπρίεσθαι ταῖς καρδίαις, frendere cordibus. Act. c. 7.
Δύσπριστος, ſerra ægrè ſecabilis, vel ſectu difficilis.
Ἐκπρίω, ſerra exſeco ſeu excîdo. Thuc.
Ἐμπρίω, ſerra incîdo. Item ſerràtis inciſuris ſum. vt ἐμπρίοντα σίνηπι, Nic. in Alexiph. Dicitur & ἐμπρίειν τοὺς ὀδόντας aliquis, comprimere, infrendere dentibus, apud Suid.
Ἐπιπρίω, in ſuperficie ſerro. Item dentibus ſuper aliqua re frendo. Heſy.
Εὔπριστος, ſerra eleganter ſectus aut diſſectus, vel qui ſerra facilè diſſecari aut ſecari poteſt.
Καταπρίω, ſerra diſcindo vel concîdo, & ſimpl. diſcindo, diſſeco, Theocr.
Κινεωπρισις, equorum morbus circa ilia, in Hippiatr.
Κυμινοπρίστης, dicitur qui vel cuminum (granum valdè minutũ) ſecare in plures partes non veretur præ nimia tenacitate ne integrum quidem granulum dare audens, præparcus & ſordidus. Ariſtot.
Νεόπριστος, recens ſerra diſſectus. Od. θ.
Παραπρίω, ſerra ſeco, vel iuxta ſeco.
Παράπρισμα, ſcobs quam ſerræ dentes egerunt è ligno quod diſſecatur. Sic vocantur & concreti humores in ſuris equorum: apud Hierocl.
Συκοπρίστης, ficuum ſector, ſordidus, auarus.

ΠΡΟ, ante, qua in ſignif. dicitur & Lat. pro πρὸ δόμων, ante ædes. Eurip. Sic πρὸ τῶν θυρῶν, ante fores, pro foribus. Item coram ἔμπροσθεν. Hom. Plut. Cum nõnullis genitiuis poteſt exponi, præ, vt πρὸ ὀφθαλμῶν vel ὀμμάτων, præ oculis, ante oculos. Interdum ſequente verbo exp. præfero, antefero, vbi videlicet aliquid cum alio comparatur, vt apud Iſocratem πρὸ πολλῶν ἂν χρημάτων ἐτιμησάμην, multis pecuniis prætuliſſem. Interdum exp. magis. Plat. de rep. lib. 2. ἐπαινεῖν πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν, laudare iniuſtitiam magis quàm iuſtitiam. Interdum & aliis verbis exponitur: vt πρὸ δούλου δεσπότης ſub. ἐστὶ, dominus ſeruo præſtat. ¶Sæpè & de tempore dicitur: Herodian. lib. 1. εὐγενέστατός τε τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων βασιλέων. ¶Item pro ὑπὲρ, pro: vt πρὸ παίδων καὶ γυναικῶν μάχεσθαι, dimicare pro liberis & vxoribus: apud Hom. Interdum huic præpoſ. apud poetas præponitur. ἀπὸ, ἐπὶ, διὰ, περὶ, vel diuiſim, vel coniunctim: vt ἀπὸ πρὸ οἴκων, procul ab ædibus, apud Hom. Sic τύτθον ἀποπρὸ νεῶν. Il. κ. hinc ἀποπρόθε & ἀποπρόθεν, procul, eminus. Exponitur &, ſeorſum à, vel abſque
1393 apud Nonn. Ἐπιπρὸ, apud Apoll. Arg. 1. ſchol. ait eſſe εἰς τοὔμπροσθεν, ſiue δηλον. Exponitur &, longo tractu. Διαπρὸ ſeu διὰ πρὸ, penitus. Iliad. ο. διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε, ita vt traiecerit. Περιπρὸ vel περὶ πρὸ accipitur pro περισσῶς, ſummè, eximiè, ſupra modũ: vt Il. λ. περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν. Exponitur etiam, valdè, vehementer.
Πρόσθεν, & poet. πρόσθε, antè, coram, in conſpectu, Iliad. φ. Οἴκαν πρόσθε φίλαι τοκέων ἀλόχωντε καὶ υἱῶν, &c. corã parentibus & vxoribus ac liberis. Alij tamen hîc exp. ὑπὲρ. Apud Plat. πρόσθεν ποιεῖσθαι, exp. obtendere, prætendere, opponere. Interdum comparationi adhibetur, vt apud Eurip. in Hec. λέκτρα πρόσθεν θέσθε τῶν λόγων. Et apud Plut. πρόσθεν γεγονὼς τῶν πολιτῶν, qui præſtitit cæteris ciuibus. Item πρόσθεν, anterius, ab anteriore parte: cui opponitur ὄπισθεν, vt Il. ζ. Πρόσθεν λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Item vltra, vlterius, vt apud Ariſtoph. πάριτ' εἰς τὰ πρόσθεν, procedite vlterius. Plat. de leg. εἰς τὸ πρόσθεν προϊέναι τῶν νόμων, vlterius in ferendis legibus progredi. Sic & ἡ πρόσθεν ὁδὸς, vlterior via. ¶Dicitur & de tempore, antea, ſeu antehac, prius. Xeno. pæd. 4. μείζους φαίνεσθε καὶ καλλίους καὶ γοργότεροι, ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Frequenter cum articulo, vt ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, tempore anteacto, præterito tempore. Sic οἱ πρόσθεν, qui tempore præterito fuerunt, priſci, antiqui. Et ὁ πρόσθεν, priſtinus. Apud Platonem τῇ πρόσθεν, ſubaudi ἡμέρα, præcedente die, id eſt pridie. Interdum πρόσθεν ἢ, priùs quàm, antequàm. Soph. & Xen.
Πρόσθιος, anterior, vt πρόσθιοι πόδες. Xen. & Ariſtot. Et πρόσθια τραύματα anteriore parte accepta vulnera, ſeu aduerſa. Epigr.

Compoſita.

Ἔμπροσθεν idem quod πρόσθεν, ante, coram, in conſpectu. Ariſtoteles, εἰς τὸ ἔμπροσθεν ῥίπτει, ante ſe proiecit. Item ante, cui opponitur poſt, ſeu ponè: vt ἔμπροσθεν ἐκείνων τάττειν, Plato. & προπορεύεσθαι ἔμπροσθεν apud Xen. pæd. l. 4. Sic ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι obtendere, apud eundem. Item anterius, ab anteriore vel in anteriore parte. Cum genit. vt ἔμπροσθεν τοῦ πλοίου, in anteriore parte nauigij. Sic εἰς τὸ ἔμπροσθεν, vel (per ſynæreſin ſeu craſin) εἰς τοὔμπροσθεν, in anteriorem partem, in anteriora. Interdum ſignificat, vlterius, vnde εἰς τοὔμπροσθεν προϊέναι, apud Plat. Dicitur & de tempore, vt ὀλίγων ἔμπροσθεν, paulò ante, Plat. Plutarch. de Pythiæ oraculo, πάλιν ἔμπροσθεν ὀλίγῳ χρόνῳ. Et cum gen. apud eundem in Pericle, ὀνομάζεται πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου. Ἐμπρόσθιος, anterior, vt τὰ ἐμπρόσθια τῆς κεφαλῆς, anterior pars capitis. Alex. Aphr. Τὸ ἐμπρόσθιον, eſt quædam pars currus. Poll.
Ἐπίπροσθεν, idem quod, ἔμπροσθεν, ante. vt ἐπίπροσθεν ποιοῦμαι, apud Xenoph. Et cum genit. τὰ ἐπίπροσθεν αὐτῶν, quæ ſunt ante ipſa, Plat. Apud eundem de leg. ἐπίπροσθεν ποιοῦμαι, exp. antefero, antepono, pluris facio. Sic & apud Paul. in Meſſ. κέρδη ἄδικα ἐπίπροσθεν ἢ πιστὸς εἶναι ποιούμενος, lucra iniqua potiora habens quàm fidelitatem. Ἐπιπροσθέω, ῶ, officio luminibus, obtenebro: vt ἐπιπροσθοῦν ὄρος, mons vrbem occultans: apud Greg. Item metaphor. apud eundem, οἷς ὁ ζόφος ἔστιν ἐπιπροσθεῖ πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν, lumen adimit, obumbrat. Item interiectus ſum, vt apud Themiſt. οὐ τὰ μέσα ἐπιπροσθεῖ τοῖς ἄκροις. Ἐπιπρόσθησις, ἡ, obumbratio, obtentus. Themiſt.
Πρόσω, & poet. πρόσσω, ante ſe, in anteriorem partem: cui oppon. ὀπίσω, retrorſum. Iliad. γ. ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει. Xenoph. πρόσω ἰέναι καὶ οὐ κατόπιν. Interdum cum genit. vt Plutarch. in lib. an ſeni capeſſ. reſp. ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων ὁρῶντα, cernentem rerum omnium frontem & occiput. Significat etiam, longè, antè, procul, vt apud Herodot. Αἰγύπτου δὲ οὐ πρόσω, non procul ab Ægypto. Sic πρόσω γίνομαι, procul abſcedo, apud Xen. Apud Philoſtr. in her. πρόσω σοφίας, ſupra ſapientiam. Item τὸ πρόσω quod ante pedes eſt, quod ante nos eſt. Luc.
Προσωτέρω, longius ante, vlterius: vt προσωτέρω διώκειν, apud Plut. Et προσωτέρω αὐτῶν, longius ante ipſos, ſeu vltra ipſos. Superl. προσωτάτω, longiſſimè ante, ſeu longiſſimè. Plut. in Themiſt. προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος, longiſſimè à Græcia.
Προσώτερος, qui longius ante eſt, longius prouectus ſeu progreſſus. Προσώτατος, qui longiſſimè ante eſt, lõgiſſimè prouectus, ſeu progreſſus. Soph. in Aiace.
Προσωτάτω, idem cum προσωτάτω & πορρωτάτω, longiſſimè.

Προσωθεν, è longinquo. Soph.

Πόρρω, idem cum πρόσω, (ex quo & factum eſt meta theſi literarum & verſione, teſte Euſtathio) ante ſe, in anteriorem partem, vel longè ante ſe. Ariſtoph. πεπορευμένος μακρὰ πόρρω πάνυ. Plat. πόρρω προβεβηκότα τῆς ἁμαρτίας, longè in errore progreſſum. Interdum exp. longè, procul. Demoſth. pro cor. οὕτω
1394 μέχρι πόρρω προήγαγεν τὸ πρᾶγμα, vſque adeo longè rem prouexere. Et cum genit. apud eundem πόρρω τῆς πόλεως, procul ab vrbe. Idem ἵνα μὴ πόρρω τοῦ παρόντος γένωμαι, ne longius à propoſito digrediar. Item ὁ πόρρω, longè, ſeu procul à nobis diſſitus. Et εἰς τὸ πόρρω ad id quod longè abeſt. ¶Πόρρω, aliquando cum genit. exponitur ſupra, vltra: vt πόρρω τοῦ ἀποχρῶντος, ſupra modum, vltra quàm ſit ſatis. Comparat. πορρωτέρω, longius, magis procul. Plut. Superl. πορρωτάτω, longiſſimè, maximè procul, Lucian.

Πορρώτερος, longiùs diſſitus, magis procul remotus.

Πορρώτατος, longiſſimè diſtans.

Πορρώτερον, longiùs, idem cum πορρωτέρω. Πορρώτατα, longiſſimè, idem cum πορρωτάτω. Ariſtot.

Πόρρωθεν, è longinquo, eminus: interdum exp. procul. Luc. Apud Plut. ſymp. 1. οὐ πόρρωθεν, non multò antè, à non multis annis.

Πόρσω, idem cum πόρρω & eiuſdem originis, longè antè, ſeu longè, procul. Arat. Πορσώτερος, longiùs diſtans. Πορσώτατος, longiſſimè diſſitus. Πόρσιον longius, vlterius. Pind.

Πρόσθε, antè, antea, antehac, Thucyd. l. 1. καὶ νεμομένοις τὸ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ καὶ πρόσθε ξυνῴκουν. Sæpe cum articulo: vt ὁ πρόσθε χρόνος, tempus ſuperius. Et οἱ πρόσθε φίλοι, ſuperioris temporis amici, apud Dem.

Προτέρω, idem cum προσωτέρω, ſeu πορρωτέρω, aut πορσωτέρω, longius ante ſe, vlterius, vt προτέρω διώκειν Il. υ. Item cum genit. προτέρω χρόνου vltra tempus, ſeu vltra modum. Apoll. Arg. 1. τῶν μὲν ἔτ' οὐ προτέρω μυθήσομαι, vltra hæc minimè verba faciam.

Προτέρωσε, idem cum προτέρω, ſeu εἰς τοὔμπροσθεν, Apoll.

Ἐπιπροτέρωσε, (comp.) vlterius. Idem. Arg. 2.

Πρότερος, ου, ὁ, prior. Il. χ. Τὸν πρότερος προσέειπε Ἕκτωρ apud eundem Hom. Il. ψ. & alibi, πρότεροι, αἰζηοί, ſiue ἄνθρωποι dicuntur ſuperioris ætatis homines. Ariſtot polit. 5. c 12. τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγένετο τῆς ἐπιθέσεως, pridie mutationis, pro quo & abſolutè dicitur προτεραίᾳ, apud eundem.

Πρότερον, (aduerb.) priùs, antea, interdum, & ſuperiore tempore. Dem. Philipp. 1. νῦν οὐ πρότερον. Item præcedente datiuo ἐνιαυτῷ, aut ἡμέραις. Dem. Philipp. ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἁλώσεως, vno anno antequam caperetur. Sic Plat. epiſt. 3. Πρότερον ἤ, priùs quàm, antè quàm. Et οἱ πρότερον, qui ſuperioribus temporibus fuerunt.

Προτέρως, priore modo. Exponitur etiam, anterius

Προτεραίτερος, prior. Ariſtoph.

Προτεραῖος, ὁ, (adiect. ex προτέρα) pridie; vt προτεραῖος ἦλθε, pridie venit. Et τῇ προτεραίᾳ, pro τῇ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ. Dem. & Lyſ.

Προτερικός, ὁ, prior: vt προτερικὴ συκῆ, præcox ſeu feſtina ficus. Athen. l. 3.

Προτερεύω, prior ſum. Item prior ſum dignitate, priores partes obtineo. Greg.

Προτερίζω idem. Exp. & priores partes ambio.

Προτερέω, ῶ, iisdem, prior ſum, vt προτερεῖ Λυσίας ὁ Ἰσοκράτους. Plantæ etiam προτερεῖν dicuntur quæ priores fructum ſuum reddunt. Theophr. Exp. & præuenio. ¶Item primas partes obtineo, victor euado, ſuperior ſum ſeu vinco. Polyb. li. 3. ἐπροτέρευον κατὰ τὴν προτέραν συμπλοκήν.

Προτέρημα, τό, priores partes: aut, maior ſeu potior rei alicuius gerendæ commoditas. Item res bene geſtæ, victoria. Polyb. lib. 3.

Καταπροτερέω, (comp.) primas partes eripio, deuinco. Καταπροτεροῦμαι, priores partes deuictus amitto. Polyb. l. 14.

Πρῶτος, (& Doricè πρᾶτος, apud Theocr.) ου ὁ, primus. Odyſſ. λ. Αἰεὶ πρῶτος ἔβαξε. Et cum genit. vt τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων, apud Plat. in Cratylo. Apud Ioan. cap. 1. πρῶτός μου. expo. prior, i. præſtantior. Τὴν πρώτην, interdum ſine ſubſtant. exp. à principio. Gal. Ariſtot. Dicitur & ἀπὸ πρώτης, à principio: apud Thucyd. Item πρῶτος, primus, primarius, primum locum obtinens. Plutarch. Sic & πρῶται πόλεις primariæ ciuitates: apud Thuc. libr. 2. Τὸ πρῶτον, quod præcipuum & primarium eſt. Et τὰ πρῶτα primæ partes. Item τὰ πρῶτα eſſe dicitur qui princeps eſt, & in primis in honore habitus. Luc. & Greg.

Πρῶτον, (aduerb.) primùm, primò, primo loco, ante omnia. Hom. Ariſtot. Dicitur & τὸ πρῶτον, pro eodem, apud Dem. coniunctim τοπρῶτον. ¶Item prius, pro πρότερον, Alex. Aphr.

Πρῶτα, primùm. Od ρ & υ. Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν 1395
primum inter deos. aduerbialiter etiam dicitur τὰ πρῶτα, apud Luc.

Πρώτως, primò, primariè, i. per ſe & ſua natura, non per accidens. Ariſtot. eth. l. 8. δεῖ γὰρ ἐν μὲν δικαίοις τὸ κατ' ἀξίαν πρώτως, primo loco.

Πρωτεύω, primas partes teneo, principatum obtineo, in primo, i. ſummo honore habeor. Interdum abſolutè Herodian. Interdum cum genit. vt πρωτεύει τῆς Ἑλλάδος, Græciæ tenet principatum. Plutar. Et cum genit. perſ. & dat. rei πρωτεύει ἀρετῇ τῶν πολιτῶν, virtutis inter ciues primas obtinet, apud eundem in Solon. Cum dat. tantùm: vt πρωτεύει σοφίᾳ, principem locum in ſapientia obtinet. Interdum cum præpoſ. ἐν, κατά, vel περί. Plut. de lib. educ. πρωτεύειν ἐν πᾶσι. Apud eundem in Luc. πρωτεύει κατὰ δόξαν, gloriæ palmam obtinet. Æſchin. πρωτεύειν περὶ κακίαν, in malitia principem eſſe.

Πρωτεῖον, τό, primatus, primæ partes. principatus: vnde τὸ πρωτεῖον ἔχειν. primas tenere. apud Dem. Philip. 4. Et τὰ πρωτεῖα φέρεσθαι & τῶν πρωτείων τυγχάνειν eadem ſignif. Τὸ πρωτεῖον φέρεσθαι, exp. præſtantiſſimum eſſe, aut præſtantiorem, & τὸ πρωτεῖον ἐκφέρεσθαι τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, maximè inſignem eſſe victoriis.

Πρώτιστον, prius. Il β. πρώτιστα, idem quod πρῶτα, Heſiod. Et πρώτιστον idem quod πρῶτον. Od. χ.

Compoſita ex πρῶτος.

Δευτερόπρωτον σάββατον, ſabbatum ſecundoprimum ſeu altero primum. Luc. c. 6.

Δεκάπρωτοι, decemprimi Δεκαπρωτεία, decemprimatus.

Εἰκοσάπρωτοι, viginti primi. Εἰκοσαπρωτεία, viginti primatus.

Πάμπρωτος, omnium primus. Il. ι. Πάμπρωτον & πάμπρωτα, imprimis, potiſſimùm.

Πεντάπρωτοι, quinqueprimi. Πενταπρωτεία, quinqueprimatus.

Φιλόπρωτος, amans primarum partium, cupiens eſſe primus. in Geopon.

Φιλοπρωτεύω, primatum ambio. Ioh. ep. 3.

ΠΡΟΒΑΤΟΝ, ου, τό, pecus. De equis vſurpatur apud Pind. quum præſepe equorum Diomedis vocat προβάτων φάτναν, teſte Ariſtoph. Gramm. apud eund. De omni verò pecudum genere πρόβατα intellexiſſe Hippocr. in lib. de artic. teſtatur Galen. ¶Peculiariter & κατ' ἐξοχὴν ouem ſignificat; apud Luc. & paſſim apud alios.

Προβάτιον,ου,τὸ,ouicula. Ariſtoph. Et general.pecus.
Προβατικὸς,ὁ,ad oues ſeu pecudes pertinens:vt προβατικὴ κολυμβήθρα, pecuaria piſcina,ex qua potare & in qua merſari pecudes ſolebant.Ioan.5.
Προβάτειος,ου,ὁ,ouillus. Ariſtot.
Προβατώδης,εος,ὁ καὶ ἡ,oues imitans. Exponitur & εὐήθης,item μωρός.
Προβατεὺς,ouium paſtor,opilio. Ariſtoph.gram. Προβατευτὴς,idem Poll.
Προβατεία,ἡ,pecuaria,vel res pecuaria.Plut.
Προβατευτικὸς,ὁ,pecuarius.Xen.
Προβατεύσιμος,ouibus aptus.Phil.
Προβάτιμα,τὸ,idem quod πρόβατον.Heſy.
Πολυπρόβατος,(comp.)diues ouium & pecoris. Poll.

ΠΡΟΗΓΟΡΕΩΝ, gula, guttur. Suidas propriè ita vocari ſcribit locum in auibus,in quẽ cibus ſumptus primùm colligitur: dici tamen & de hominibus, (ἀπὸ τοῦ ἀγείρεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι ἐκεῖ τὴν τροφήν.) Pro eodem dicitur & πρηγορεών. Ariſtoph.

ΠΡΟΙ͂Ξ, & per ſynæreſin προῖξ,κὸς,ἡ,donum.Od.ν. ἀργαλέον γὰρ ἕνα προικὸς, χαρίσασθαι. Item peculiariter,dos:id quod pater filiæ dat quum eam elocat. Demoſth. ὁ νόμος κελεύει ἐάν τις ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα.Accuſat. προῖκα aduerbialiter etiam vſurpatur,pro,gratis,ſine mercede:vt προῖκα διδόναι,Ariſtoph.& προῖκα ἐργάζομαι.Plat.
1396 Προικῷος,ου,ὁ,dotalis.
Προικεῖος,ου, idem vt προικεῖα δῶρα, dotalia munera, quæ & προικεῖα abſolutè.Theop.ep.75.
Προικίδιον,ου,τὸ,doticula,exigua dos.Plut.
Προίκιος,ου,ὁ,gratuitus,vt προίκιος χάρις,in Ep.

Compoſita.

Απροικος,ὁ καὶ ἡ,dotis expers,indotata.Athen.
Εκπροικίζω, doto,ſeu dote data eloco.
Εξώπροικα,parapherna bona:in Pand.
Επίπροιξ,quod doti accedit, quod adiicitur doti.Heſ.
Επίπροικος dotata.Idem.

ΠΡΟΚΑ, ſtatim, continuò, repentè, ſubitò. Herodot.πρόκα τε φρίκης αὐτὸν ἐπελθούσης.

ΠΡΟΞ,οκὸς, hinnulus, vel ſpecies cerui aut damæ. Od. ρ. ἀγίνεσκον νέοι ἄνδρες Αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς.

ΠΡΟΣ, (& poeticè προτὶ & ποτὶ)pro variis caſibus, quibus iungitur,varia ſignificat.

Cum genit. à, ab. Iliad. α. Τιμὴν ἀρνύμενοι πρὸς Τρώων, pœnam expoſcentes à Troianis. Interdum originem indicat: vt ἐλεύθερον εἶναι καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς, liberum eſſe & ingenuum à patre & matre,i.à genere paterno & materno: apud Æſch. in Cteſiph. Apud Soph. οἱ πρὸς αἵματος, conſanguinei.Apud Hom. πρὸς βορέου & πρὸς νότου, à borea, ab auſtro, ſeu(vt quidam exp.)verſus boream,verſus notum.Sic πρὸς ζεφύροιο. Dionyſ.de ſitu orb. & πρὸς νυκτὸς, Heſiod. Item pro, ἐγγὺς, prope, iuxta, vt πρὸς ἁλὸς & πρὸς Θύμβρης, apud Hom. Sic Thuc. l.3.πρὸς Μεγάρων, prope Megara. Interdum poteſt exponi,à,vel pro: & πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι, à nobis futurum vel pro nobis. Sic πρὸς ἐμοῦ λέγεις. Luc. Interdum tamen πρὸς ἡμῶν ἐστὶ ſignificat,nos decet, officij noſtri eſt. Ariſtoph. in Veſp.ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστ' ἀνοήτου ἐς σωτηρίαν, iſtud decet virum qui. &c.Sic & apud alios.¶Ponitur etiam pro ἐκ, ex: vt Odyſſ.θ.ἵκετο πρὸς ἠοίων ἢ ἑσπερίων ἀνθρώπων.

¶Interdum exp.apud,item erga. Item coram:vt Iliad. α. τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων,πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, &c. Sic Xenoph. anab.l.2. Interdum exp. per Demoſth.Phil.3. λογίζεσθε δὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν. ¶Apud Galen. τοῦτό μοι πρὸς κακοῦ γίνεται, hoc mihi nocet. Sic dicitur & πρὸς καλοῦ εἶναι. ¶Exponitur etiam,μετὰ,cum:vt πρὸς δίκης σθένεις, apud Soph.

Cum dat.propè,iuxta.Ad. Luc.in Philopſeude, πολλοὶ ἔκειντο ὀβολοὶ πρὸς τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ,multi iacebant oboli ad pedes eius. Odyſſ.9. ποτὶ γαίῃ κόπτεν, ad terram alliſit.Interdum exp.in: vt πρὸς ἱεροῖς ποσὶν ὀρχεῖσθαι, Plutarch.in Lyc. Et πρὸς ταῖς ἀγκάλαις τὰ παιδία κομίζειν, in vlnis geſtare,apud eundem.Apud eundem πολὺν χρόνον ἦν πρὸς αὑτῷ σιωπῇ λογιζόμενος,ſecum ipſe meditabatur. Sic dicitur πρὸς ἑαυτῷ σκοπεῖν, vel λογίζεσθαι aut σκέπτεσθαι. Dicitur & εἰμὶ πρὸς τούτῳ,ſum deditus huic rei,vel occupatus in hac re,apud Ariſtot.polit.8. Apud Sop. In Aiace, Εβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ, intinxiſti enſem in exercitum Græcorum. Item præter,vltra:vt Theophr. πρὸς τῇ φύσει καὶ ἔθος.Sic πρὸς τούτοις, inſuper præterea.Luc.in Macrob. ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε,ſeptem ſupra nonaginta annos vixit.

Cum accuſat.ad,in.Odyſſ. ὁ ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον. Dioſc.πρὸς ἑρπετὰ ἄριστον. Exponitur etiam,per, vt πρὸς ὀργὴν, per iram πρὸς φθόνον, per inuidiam. ¶ Item apud:vt πρὸς ἑαυτὸν σκεψάμενος, quum apud ſe cogitaſſet:Item cum:vt πρὸς βασιλέα γενέσθαι συνθήκας, cum rege percuſſa fœdera. Sic πρὸς με παῖσαι, mecum ludere. ¶Nonnumquam ſignif. aduerſus,vt μάχεσθαι πρός τινα, ſeu πολεμεῖν, Plutarch. Sic oratio aliqua dicitur ſcripta πρός τινα, aduerſus aliquem. Et πρὸς φάρμακα θανάσιμα ποιεῖ, efficax eſt contra venena. ¶Item inter, vt ἡ πρὸς ἡμᾶς φιλία amicitia quæ inter nos intercedit.

¶Nonnumquam circa:vt γίνεσθαι πρός τι, occupatum eſſe circa aliquid,ſeu in aliqua re. ¶Item propter vt apud Ariſtot.πρὸς ἀκροατὴν, propter auditorem, auditoris cauſa. Sic πρὸς ταῦτα, propter hæc,propterea,apud Ariſtoph. ¶Item *pro*,prout: vt πρὸς τὸ προσῆκον ἑκάστοις: Iſocr. prout cuique conſentaneum eſt & conueniens. Plut. in Fab.πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμει,prout virtus cuiuſque meretur. Et πρὸς ἀξίωμα,pro dignitate.Dem. ¶Adhibetur etiam 1397
ſignificandis permutationibus & compenſationibus: vt apud Theophr. πωλεῖσθαι δὶς πρὸς ἀργύριον, rependi cum his tanto argenti. ¶Inſeruit etiam comparationi.Plat.epiſt.7. τὰ δ' ἄλλα σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτά μοι βλάβη. Et πρός τι, apud Ariſtot. ſign.relationem ad aliquid.Item πρὸς τί, ad quid? quamobrem?quorſum? ¶Aliquando etiam tempori exprimendo adhibetur,& interdum exp. ſub vt πρὸς τὴν γένεσιν,ſuum generationis principium, apud Theophr.Interdum exp.in:vt πρὸς τὸ γῆρας, in ſenectute. ¶Exponitur interdum per ablatiuum. vt apud Plat. ἀπέστηκα πρὸς καθαρότητα,diſtat claritate. Et πρὸς ἀλήθειαν,re vera. Sic πρὸς ὀρθὴν, ſeu πρὸς ὀρθὰς, ſ. γραμμὴν, vel γραμμὰς, recta linea,aut rectis lineis. ¶Aliquando per aduerbiũ exp.vt πρὸς καιρὸν,tempeſtiuè,apud Soph.πρὸς ἀφθονίαν.abundè, πρὸς ἀφοσίωσιν,perfunctoriè. ¶Per ſe deniq; poſitum aduerbialiter pro προσέτι vſurpatur apud Pla.

ΠΡΟΣΠΑΙΟΣ,recens,idem quod πρόσφατος. Nicand. Dicitur ἐκ προσπαίου, pro προσπαίως,recens, ſubitò,repentè,apud Ariſtot.
Προσπαίως, ſubitò,repentino quodã animi motu.Ar.

ΠΡΟΥΝΗ,ης,ἡ, prunus: arbor grummoſam lachrymam fundens,vt ceraſus,teſte Theophr.

ΠΡΥΛΕΕΣ, quidam exp. propugnatores. Alij populi

populi multitudo in vnum congregata. Alij, pedites conferti. Il. λ. Αὐτοὶ δὲ προμνὸς σὺν πύχεσι θωρηχθέντες Ρώοντο. Pro eodem dicitur & πρύλις, teſte Heſych. & Euſt. Item πρύλις eidem Heſych. eſt ſaltatio armata, *hoc eſt*, quam pedites armati ſaltant: vt apud Callim. hymno in Iouem, Οὖλα δὲ Κούρητές σε πέρι πρύλιν ὠρχήσαντο.

ΠΡΥΜΝΟΣ, ȣ, ὁ, extremus, vltimus. Il. π. Ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, extremam tibiæ partem. Et νηὸς πρυμνὴ extrema nauis pars, i. puppis.

Πρύμνα, ης, ἡ, idem cum πρυμνὴ ναῦς, extrema nauis pars, puppis. Od. ο. Ἐν πρύμνῃ δ᾽ ἤπειτα καθίζετο, in puppi ſedebat. Sic Thuc. Item ſynecdochicè pro ipſa naui. Il. α.

Πρυμναῖος, ȣ, ὁ, ad puppim pertinens. Epigr.

Πρυμνήσιος, idem: vt πρυμνήσια χοινία ſiue πείσματα, funes quibus naues ad terram à puppi religantur. Sæpe verò ſine adiectione in ea ſign. ponitur, vt Il. α. & Odyſſ. ι. κατὰ δὲ πρυμνήσι᾽ ἔδησαν. Sic & apud Athen.

Πρυμνήτης, ȣ, ὁ, gubernator in puppi ſedens. Et metaph. princeps. Æſchyl. Accipitur & adiect. pro πρυμνήσιος, vt πρυμνήτης κάλως. Eurip.

Πρυμνητικὸς, idem cum πρυμνήσιος, Athen.

Πρύμνηθεν, & πρυμνόθεν, à puppi. Luc.

Compoſita.

Ἀμφίπρυμνον πλοῖον, nauigium vtrinque puppim habens: Heſych. & Soph. Andromeda.

Δίπρυμνος, duplicem puppim habens. Athen.

Εὔπρυμνος, bonam ſeu pulchram puppim habens. Iliad. δ.

Πρόπρυμνα, funditus, prorſus: apud Æſchyl.

ΠΡΥΤΑΝΙΣ, εως, ὁ, præfectus, rector, adminiſtrator, diſpenſator. Interdum exp. etiam, cuſtos, tutor. Naz. θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας πρύτανις. In lib. Sap. cap. 13. πρυτάνεις κόσμου, mundi rectores. In repub. Athenienſi πρυτάνεις dicebantur quinquaginta viri, teſtibus Liban. & Harpocr. Thuc. lib. 6. καὶ σὺ ὦ πρύτανι ταῦτα ἐπιψήφιζε. Vide & Ariſtot. polit. l. 6.

Πρυτανικὸς, ἡ, ὁν, vt πρυτανικὴ ἐσθὴς, veſtis qua vti ſolet ὁ πρύτανις, Athen. l. 4.

Πρυτανεύω, ſum πρύτανις, ago πρύτανιν. Sic tribus à Demoſth. pro Cor. πρυτανεύειν dicitur, ex qua quinquaginti viri erant πρυτάνεις. Cum accuſat. dicitur aliquis εἰρήνην πρυτανεύειν, i. pacem agitare vt πρύτανις. Iſocr. Et Demoſth. pro Rhod. ὁ πρυτανεύσας ταῦτα, qui harum rerum tranſactor & ſummus adminiſter fuit. Exponitur etiam, rego, moderor, adminiſtro. ¶ Item ſuppedito, ſubminiſtro, procuro. Syneſ.

Πρυτανεύομαι, regor, adminiſtror, proſpicior. Greg. ¶ Item ſubminiſtror. Philipp. 3.

98 Πρυτανεὺς, έως, ὁ, idem quod πρύτανις, Harpocr.

Πρυτανεία, & (Ionicè) πρυτανηίη, ἡ, dignitas ſeu poteſtas prytanica, munus prytanicum. Plut.

Πρυτανεῖον, (& Ionicè πρυτανήϊον) locus Athenis in quo ἐπρυτανεύοντο ij qui de republ. bene meriti eſſent, aut quos ciuitas honore afficere vellet. Plat. Ariſtot. Thuc. & pro quauis ampla ac magnifica domo, apud Athen. ¶ Πρυτανεῖα, τὰ, pecunia quam deponebant actor & reus iudicio diſceptaturi: vnde apud Ariſtoph. θήσω πρυτανεῖα.

Συμπρύτανις (*comp.*) collega eius qui eſt πρύτανις.

ΠΡΩΙ, manè: cui oppon. ὀψὲ, veſperi. Il. σ. Πρωῒ δ᾽ ὑπ᾽ ἠοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες manè ſub auroram Xenop. Hell. 1. ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωῒ καὶ πρὸς ἑσπέραν matutino & veſpertino cuiuſlibet diei tempore. ¶ Item tempeſtiuè aut præmaturè, ante tempus conſtitutum: cui opp. ὀψὲ, ſerò, tardè. Thucyd. lib. 3. πρωῒ ἐσβάλλοντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. Et πρωῒ πάνυ, præmaturè, ante tempus conſtitutum.

Πρώϊος, ȣ, ὁ, matutinus: vt πρώϊος ὕπνος, in Epigr. Πρωΐα, ſub. ὥρα, vel κατάστασις, aut εἵλη, tempus matutinum. Matth. 27. & Ioann. 18. Et πρωΐαν, hora matutina. Il. ο. ¶ Item maturus. Theoph. de cauſ. pl. πρώϊον σπέρμα...ον, maturè ferunt. Locus etiam aliquis πρώϊος dicitur citò maturans ſemen commiſſum, ſeu præcox. Et πρώϊα δένδρα, arbores præcoces. Theophr. hiſt. pl. l. 8. c. 3. & alibi.

Compar. πρωϊαίτερος, maturior, tempeſtiuior. Poll. Et πρωϊαίτερον (aduerb.) profundiore diluculo.

¶ Item maturius, tempeſtiuiùs: vt πρωϊαίτερον γίγνεται γηράσκειν, maturiùs fieri ſenem.

Superl. πρωϊαίτατος, maximè maturus ſeu tempeſtiuus. Et πρωϊαίτατα, (aduerb.) admodum tempeſtiuè: præmaturè. Plut. ſymp. 3. πρωϊαίτατα γνῶναι. Et πρωϊαίτατα τῆς ἡλικίας, ab ineunte ætatula, admodum maturè. ¶ Item ſummo manè, primo diluculo. Xen. pæd. 8.

Πρωϊότης, ητος, ἡ, præcox maturitas. Theophr.

Πρώϊμος, idem quod πρώϊος, maturus, tempeſtiuus: vt πρώϊμος σπόρος in Geopon.

Πρωϊνὸς, matutinus: cui oppon. ὀψινός.

Πρωΐθεν, de manè.

Πρῷ, pro πρωῒ, Atticè. Ariſtoph. in Auib. Ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων. Apud eundem in Veſp. legitur & πρῴ Et in Concion. πρῴ.

Πρῷος pro πρώϊος, præmaturus. Ariſtoph.

Πρώϊζα, non ita dudum: hodie manè. Il. β. Significat & maturè, vel præmaturè, ante tempus conſuetum apud Theocr. idyll. 18.

Πρωϊζὸν, idem. Suid. Pro quo & πρωζόν.

Πρώην, nuper. Theocr. Exp. & nudiuſtertius, apud ſchol. Hom. Item primùm, apud Aphth.

Πρωῒ pro πρωῒ, tempore, maturè.

Πρώϊμος & πρώϊος, maturus, tempeſtiuus: vel præmaturus, ſtatum tempus præueniens. Heſych. Vnde ſuperl. πρωϊαίτατος, omnium primus, maximè maturus. Suid.

Πρώϊζα, pro πρώϊζα, nuper. Heſych.

Πρὼξ, ωκὸς, gutta, ſtillicidium. Heſych. Propriè de roris gutta: ἀπὸ τοῦ πρωῒ πίπτειν. Theocr.

ΠΡΩΚΤΟΣ, ȣ, ὁ, anus, podex, nates. Ariſtoph.

Compoſita.

Εὐρύπρωκτος, qui lato ſeu amplo eſt podice. Ariſtoph.

Λακκόπρωκτος, podicem habens latum & profundum inſtar λάκκου, apud eundem.

Λευκόπρωκτος, cui albus eſt podex. Schol. Ariſtoph. Sic etiam à Plat. comico dicuntur effœminati.

Σαυλοπρωκτιᾶν, ceuere, turpiter mouere podicem. Suid.

Συκόπρωκτος, qui nates habet ficoſas. Heſych.

Τηρεπρωκτιᾶν, nates inſpicere, & quidem propriè adulterorum, dum διορύττονται ῥαφανίδι καὶ τίλλονται. Ariſto. in Equit.

Χαυνόπρωκτοι, οἱ ab Ariſtophane dicuntur molliculi, quaſi natibus fuſis & hiantibus.

ΠΡΩΡΑ, ας, ἡ, prora: anterior nauis pars. Plut. in Alcib. παρὰ τὰς πρώρας τῶν πολεμίων νεῶν. Metaphoricè pro πρόσωπον accipitur. Viti etiam tribuitur apud Theophr. Dicta eſt à προορᾶν, quaſi πρόορα παρὰ τὸ προέχειν καὶ προορᾶν τοῦ σκάφους.

Πρωρεύς, ȣ, ὁ, proreta, qui in prora nauem regit. Poll.

Πρωρατεύω, proreta ſum. Ariſtoph.

Πρωρεὺς, έως, ὁ, idem cum πρωράτης. Xen. Ariſtot. 1395

Πρωρίω, idem cum πρωρατεύω.

Πρώραθεν, è prora. Plut. & Theocr.

Πρωρίζω, in prora deprimo, ſic πρωρίζεσθαι nauis dicitur, quum prora ponderum vi deprimitur: metaphoricè autem ſenes quum caput in anteriorem partem incuruatur. Heſych.

Compoſita.

Ἀνδρόπρωρον pro ἀνδροπρόσωπον, hominis facies. Soph.

Ἀντίπρωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, obuerſam ſeu oppoſitam proram habens: vt ἀντίπρωροι νῆες, apud Plut. & ἀντίπρωροι ἐμβολαὶ, irruptiones quæ fiunt aduerſis proris, apud Philoſtr. in heroic. Item metaphoricè pro ἀντιπρόσωπος, aduerſam faciem habens, oppoſitus. Soph. At τὸ ἀντίπρωρον, ſubſtant. pars nauis aduerſa proræ, puppis: apud Thuc.

Βούπρωρος, qui bouem in prora habet. Βούπρωρος θυσία, ſacrificium cōſtans ex apro, ariete & tauro, in quo taurus præibat, vt in naui prora. Euſt.

Δίπρωρος, duplicem proram habens. Athen.

Ἐμπρωρος, in proram inclinatus. Polyb.

Καλλίπρωρος, pulchram habens proram. Eurip. Item qui pulchra facie eſt. Heſych.

Κυανόπρωρος, cæruleam proram habens aut etiam nigricantem, Hom. Od. ι. & κ. Pro quo κυανοπρώρειος apud eundem. Od. γ.

Ὀξύπρωρος, acuminatam proram habens. Heſych.

Τανύπρωρος, proram extenſam & promiſſam habens. Heſychio etiam καλύπτραι dicuntur τανύπρωροι, quòd faciei obtendantur.

Ὑπόπρωρος, proram habens depreſſiorem. Plut.

Χαλκόπρωρος, æratam vel æream habens proram. Plut.

Χρυσόπρωρος, auream vel auratam habens proram.

ΠΤΑΙΡΩ, F. αρῶ, ſternuo, ſternuto. Od ρ. Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν.

Πταρμὸς, οῦ, ὁ, ſternutatio, ſternutamentum. Gal.

Πταρμικὸς, ή, όν, qui ſternutare poteſt vel ſolet. Item ſternutamenta mouens. ¶ Πταρμικὴ fruticis genus ſic dicti, quòd in cacumine capitulum habeat acri odore ſuo ſternutamentum excitans, teſte Dioſc. lib. 2. c. 192.

Πτάρνυμαι, idem cum πταίρω. Ariſtot.

Compoſita.

Ἐπιπταίρω, inſuper ſternuto: vel ſternuto aliquam ob rem: vel ſternuto aduerſum. Hom. Od. ρ. Οὐχ ὁράας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν;

Ἐπιπτάρνυμαι, idem. Heſych.

Μελλέπταρμος, vel μελλόπταρμος, iamiam ſternutaturus: apud Ariſtot. in probl.

ΠΤΑΙΩ, F. αίσω, impingo, offendo: apud Suid. μὴ πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν. Exp. etiam, titubo, vacillo: vt apud Herodian. l. 7. εἴ τι πταίσειαν τὰ Μαξιμίνου πράγματα. Interdum &, labor: item collabor, corruo, ſequente autem ὑπὸ, labefactor: vt Gaz. τὰς μεγάλας τῶν πολιτειῶν ὑπὸ νέων πταισάσας. Item fallor, fruſtror: Herodian. lib. πταίων τῆς ἐλπίδος.

Πταῖσμα, τὸ, offenſio, lapſus: propriè quum pedes lapidi aut alij offendiculo impinguntur. Plut. Interdū & pedum ex offenſione oblæſio. Poll. Metaph. pro lapſu & delicto ſeu errato. Greg. Et pro aduerſa fortuna, infortunio. Demoſt. Item pro caſu: vt τύχης πταῖσμα, apud Herodian. l. 5.

Compoſita.

Ἀμετάπταιστος, ὁ καὶ ἡ, qui recidere nequit, conſtans.

Ἄπταιστος, non impingens, (ſeu in proceſſu ſeu in re gerenda) Xen. Plut. in Fab.

Ἀπταίστως ſine offenſione. Heſych.

Ἀπταισία, ἡ, non labi, nec impingere. Plat.

Διαπταίω, offendo, vel titubo. Apud Luc. in ſomn. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα καὶ βαρβαρίζουσα, exp. quum hæc effutiuiſſet.

Ἐπιπταίω, idem cum πταίω.

Ἐπίπταισμα, τὸ, offenſio, quum impingitur: itē quum pes ex offenſione læditur. Poll.

Παραπταίω, offendo, impingo, labor, vacillo.

Προπταίω, prior impingo, prior cladem accipio.

Προσπταίω, offendo, impingo. Plut. οἱ λίθοι προσπταίσαντες ὁδοιπόροι. Item impingo, i. ſermone titubo. Syneſ. Item offendo, i. indignationem aut odium alicuius incurro. Plut. in Per. διὰ Φειδίαν προσέπταισε τῷ δήμῳ. Item aduerſa fortuna vtor. Herodot. προσέπταισε τῇ ναυμαχίῃ.

ΠΤΕΛΕΑ, ας, ἡ, vlmus: ſpecies arboris aptiſſima ædificiorum fundamentis. Vide Dioſc. lib. 1. cap. 112. & cap. 185.

Πτελεώδης, vlmeus, vlmo ſimilis. Heſych.

Πτελεϊνὸς, vlmeus, ex vlmo confectus. 1402

ΠΤΕΡΝΑ, ης, ἡ, calx, calcaneum: os pedis omnium maximum, parte qua ingredimur, leniter rotundum & latiuſculum, poſteriore, tibiæ rectitudinem longè excedens. Il. χ. ¶ In malo nauis πτέρνα dicitur ima eius pars. Athen. lib 15. ¶ Et generaliter ſic dicitur cuiuſuis rei extremitas, vt & Lat. calx. Sic montium extremæ partes πτέρναι vocantur. Heſych. ¶ Metaphoricè pro dolo & fraude capitur, teſte Suid. ¶ Et pro veſtigio: in cant. Solom. cap. 1.

Πτερνὶς, ίδος, ἡ, idem quod πτέρνα, calx, calcaneum: item fundum & baſis peluis. Poll lib 2. & Euſt. ex Ael. Dionyſ. ¶ Ac πτέρνιξ dicitur caulis cacti, apud Theoph. & Plin.

Πτερνίζω, calce peto, ferio. Item ſupplanto, decipio, Suid ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη τέταρτον τοῦτο.

Πτερνισμὸς, οῦ, ὁ, ſupplantatio, deceptio. Heſych.

Πτερνιστὴς, οῦ, ὁ, qui calce impetit & verberat: vel qui calcibus contingere & ferire ſolet.

Πτερνιστὴρ, ῆρος, idem: vel calcar.

Πέρνα, ἡ, perna, petaſo. Athen. & Strab.

Compoſita.

Ἀποπτερνίζω, idem cum πτερνίζω.

Ποσιπτερνίδες, dicuntur eſſe venæ in calcaneo.

ΠΤΕΡΟΝ, οῦ, τὸ, ala, (per ſyncopen dictum quaſi πετερὸν, ἀ πέτομαι, Etym. quòd eius beneficio aues volent.) Il. ω. Τόσσ' ἄρα τοῦ ἑκάτερθεν ἔσαν πτερά. Sic Ariſtot. ¶ Metaph & nauium remi πτερὰ dicūtur, Odyſſ. λ. Specialiter verò remi palmulæ, teſte Poll. Sic & velum nauis appellatur. Heſiod. in Erg. Et proræ nauis vtræque partes Poll Item apud architectos muri duo in altitudinem conſurgentes alarum inſtar, πτερὰ nominari tradūtur. ¶ Πτερὸν penna, & pinna: Luc. de ſalt. τοῖς τὰ ὦτα πτερῷ κνωμένοις. Interdum per ſynecdochen pro animali pennato ſeu alato ponitur: vt Od. κ. Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα. ¶ Apud comicos vmbellam ſeu vmbraculum ſignificat, teſte Poll. Heſych. idem eſt quod σκιώνη.

Πτερίως, celeriter.

Πτερόεις, εντος, ὁ, alatus, pennatus, volucris: vt μύρμηκος πτερόεντος. Epigr. lib 2. Sagittis etiam tribuitur, ſeu quòd pennatæ ſint, ſeu quod inſtar auium volantium celeriter ferantur. Il ε. & δ. Item verbis, quod emiſſa ex ore reuocari nequeant: paſſim apud Hom.

Πτερόω, ῶ, alas addo, alitem facio. Luc. ἡ φύσις τὴν μέλιτταν πτεροῦσα. Item alis ſubueho. Ariſtoph. in Ran. Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ, &c. ¶ Metaphoricè nauem πτεροῦν dicimur, quum vela ei quaſi alas accommodamus, ſeu quum remos eius

in modum

in modum expanſarum alarum vtrinque erigimus. Polyb.lib.1.πτερύσαι τὼ τακώ.

ΣΙΤΟΣ,ου,ὁ,frumentum.Dem.& Plut.¶ Item cibus è frumento confectus,i.panis Od.ξ.Sic & Plut. de fort.Alex. Themiſtoclem dicit à rege Perſarũ τρεῖς πόλεις λαβεῖν τὴν μὲν εἰς σῖτον, τὴν δ' εἰς οἶνον,&c. Generaliter etiam pro quouis cibo ſumitur: vt Iliad. λ. Σίτου γε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ. Et Xen. Pæd.2.σίτου καὶ ὕπνου τυγχάνειν.Interdum exponitur, annona,commeatus: vt apud Thucyd. σῖτον περιάγαγον καὶ θεραπείας ἐγκατέλιπον. Dicitur & σῖτα,in plur. per metaplaſmum, ſicut ζυγὰ à ζυγὸς: vt apud Xen. Pæd.4. Annotant tamen gramm.σῖτον pro frumento,maſculino genere vſurpati,pro pane autem & cibo neutrius generis eſſe, teſte Euſt. Sed & in his ſignif.maſ.g.reperitur. Odyſſ.ω. ἅματα δ' ἔνθα ἐγὼ πέμψω καὶ σῖτον ἅπαντα Ἐδέμεναι ¶ Item σῖτος annua penſitatio ad ſuſtentandas viduas & pupillos,quæ conferebatur à curatoribus bonorum, vel à viris vxoribus repudiatis.Dem.in Aphob. οὐ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρί.

Σιτικὸς,ἡ,ὁ,frumentarius:vt σιτικὸς νόμος.Plut.

Σιτηρὸς,ὁ, frumentaceus, qui frumenti nomine cenſetur.Theoph.Item idem quod σιτικὸς,vt σιτηρὰ μέτρα,menſuræ frumentariæ.Ariſtot.

Σιτώδης,εος,ὁ καὶ ἡ,idem.Theophr.

Σιτών,ῶνος,ὁ,ager frumentarius.

Σιτὼ,οῦς,ἡ, apud Syracuſios vocabatur Ceres, quaſi frumenti præſes.Athen.l.3.

Σιτάριον,τὸ,granum,i.pondus tritici granum æquans. Nicol.Myrepſ.

Σιτανίας & σιτάνιος,ου,ὁ,ſub.πυρὸς,triticum quoddam à σῖτος denominatum, vt colligitur ex Theophr.hiſt. pl.8.c.2. Idem πυρὸς dicitur & σιτάνιος, de quo in Σῖτος. ¶ Meſpili etiam genus quoddam σιτάνιον nominari alias ἐπιμηλὶς dictum, tradit Dioſc.l.1.c.171. & Gal.in Lex.Hippocr.

Σιτίον,τὸ,vnde σιτία,cibi. Ariſtot.& Xen. Exp.& annona,commeatus.Athen.

Σιτέω,nutrio,paſco Heſych.

Σιτέομαι,οῦμαι,cibum capio,comedo,veſcor.Ariſto. Et accuſ. Ariſtoph. in Plut. σιτεῖσθαι τὸν ἄρτον μελιχθεὶς πτόρθοις Metaphor. apud eundem, κινδυνεύειν τὴν σοφίαν σιτήσομαι.

Σίτησις,ἡ,ius cibum capiendi, victus. Athen.

Σιτίσκομαι,idem quod σιτέομαι,Od. ω.

*Ἐπισιτίομαι Idem.Iob 40.

Σιτεύω,alo:pinguefacio,frugibus ſagino.Plut.

Σιτευτὸς,ὁ,frugibus pinguefactus, ſaginatus, vel altilis. Athen.l.9.& 14.

Σιτίζω,idem cum σιτεύω.

Σιτισμὸς,ὁ,& σίτισις,ἡ ipſa actio alendi.

Σιτιστὸς,altilis,ſaginatus.Matth.27.

Compoſita.

Ἀείσιτος,qui quotidie cibum in prytaneo capit.Heſ.

Ἀλφιτοσιτέω, pulte pro pane veſcor.Xen.

Ἀπόσιτος,à cibo abſtinens. Luc.Syn.Item abhorrens à cibis,apud Gal.

Ἀποσιτία,ἡ,abſtinentia à cibo: inedia. Exp. etiam,abhorrentia à cibo.Gal.

Ἀποσιτικὸς,ἡ,Abſtinentiam à cibo inducens.

Ἀποσιτέω,abſtineo à cibo, inediam tolero.Luc.

Ἀρτοσιτέω,pane veſcor.Xen.Et ſimpl veſcor.Luc.

Ἄσιτος,qui cibum non ſumpſit, ieiunus Hom.Xen.

Ἀσιτία,ἡ,inedia,eſuries,ieiunium. Ariſtot.

* Ἀσιτὶ,aduerb.ſine cibo.Iob 24.

Ἀσιτέω,cibum non capio,abſtineo à cibo.Gal.

Αὐτόσιτος,qui ipſe cibum ſibi comparat,qui domi ſuæ cibum capit,non alienæ. Suid.& Heſych. Item qui cum altero cœnaturus ipſe ſuas ſecum dapes affert.Heſychius.

Ἐπίσιτος,qui victus cauſa alicui operam ſuam locauit. Suidas.

Ἐπισίτιος,idem.Athen.l.6. Ἐπισίτια,τὰ, cibaria, commeatus: item viatica.Suid.

Ἐπισιτιάζω, viaticum ſumo, ſeu viaticor.

Ἐπισιτίζω,cibaria præbeo.

Ἐπισιτίζομαι,cibaria ſumo. Thucyd. Pro παρασιτεῖν etiam accipi putatur,apud Athen.l.6.

Προσεπισιτίζομαι,(decomp.)rem frumentariam adaugeo.Polyb.

Εὔσιτος,qui eſt bono ſtomacho.

Εὐσιτέω,bene habitus ſum è cibo.Theophr.

Κακόσιτος,qui ſtomachi vitio cibum faſtidit. Athen.

Κακοσιτία,cibi faſtidium.Poll.

Κακοσιτέομαι,comedo, veſcor.

Μονόσιτος,qui quotidie ſemel tantùm cibum capit. Item, qui ſolus & ſine conuiua cibum capit.

Μονοσιτία,ἡ, quotidie ſemel tantùm cibum capere. Gal.Item ſine conuiua & ſolum veſci.

Μονοσιτέω, ſemel in die veſcor. Xen. Item ſolus & ſine conuiua cibum ſumo.Athen.

Οἰκόσιτος,qui domi ſuæ cibum capit,qui ex ſuis facultatibus viuit.Athen.lib.6. Item qui domi patris adhuc alitur.Luc.in vita ſua, & in lib.de ſacrif.Nuptiæ οἰκόσιτοι dicuntur,quæ domi celebrantur & quibus priuatim familiares excipiuntur non tota multitudo.Athen.lib.6.

Οἰκοσιτία,domi ſuæ victitare,domicœnium.

Ὀλιγόσιτος,modico cibo vtens.Athen.

Ὀλιγοσιτία, modicum cibum ſumere, frugalitas, parſimonia.Ariſtot.& Syn.

Ὀλιγοσιτέω,pauco cibo vtor.

Ὁμόσιτος,qui cibum cum aliquo capit,conuictor. Her.

Ὁμοσιτέω,vna cibum capio,ſimul veſcor. Idem.

Παράσιτος,qui cibum apud aliquem ſumit. Peculiariter apud antiquos παράσιτοι dicebantur qui vnà cum ſacerdotibus partem victimæ in cibum capiebant,vt docet Athen.lib.6.Frequentiùs autem παράσιτοι,appellantur adulatores ſeu aſſentatores,qui vt apud ditiores victum habeant,iis aſſentantur:de quo hominum genere apud Athen.ibidem.¶Item adiect.qui præter panem comeditur,qui opſonij loco ad panem adhibetur. Luc.in Lexiph. ἰχθὺς ἦν παράσιτος.

Παρασιτικὸς,ὁ,ad paraſitum pertinens.Athen.

Παρασίτιον,τὸ, dicebatur archiuum ſeu locus in quo primitias ſacri cibi reponebant ii qui olim παράσιτοι erant ſacerdotum.Athen. 1479

Παρασιτέω,cibum apud aliquem ſumo. Athen.Item ſum paraſitus ſeu aſſentator, ſector & adulor ventris.

tris cauſa,praſitor.Idem l.6.& 13.

Σεμνοπαράσιτος,(*decomp.*)grauis paraſitus,adulator qui grauitate quadam ſuperilioſa paraſitam aſſentationem tegit.Alex.apud Athen.

Πολύσιτος, frumento abundans. Item cibo repletus, multum paſtus.Theocr.

Πολυσιτία,frumenti abundantia.Xen.

Σπανόσιτος,penuria annonæ laborans.

Σπανοσιτία,ἡ,annonæ penuria:idem Hell.4.

Σύσιτος,& Att.ξύσιτος,conuictor.Ariſtoph.

Συσιτία,conuictus,ſodalitas.Poll.

*Συσίτησις,idem quod Συσιτία.Plut.

Συσίτιον,τὸ,contubernium,ſodalitium.Ariſtot.

Συσιτέω,vna cibum capio,conuictor ſum.Dem.Exp. & contubernalis ſum, in contubernio alicuius ſum.Plat.& Lyſ.

Ἀποσυσιτέω,(*dec.*)abſum à ſodalitio.Plat.

*Φιλόσιτος,tritici,frumenti cupidus.Xenoph.

Ὠμόσιτος,qui crudis veſcitur cibis.Eur.

ΣΙΤΤΑ, vox eſt qua paſtores gregem ad feſtinandum incitare ſolent.Theocr. ¶ Σίττη,auis quædam apud Ariſtot.an.l.9.

Ἐπισιττᾷν,Heſy.exp.incitare venatorum more.

Φίττα, idem eſſe quod σίττα tradit Euſt. Et φίτταρες, iuuencularum luſum fuiſſe in quo ſeſe mutuo ad celerãdum incitarent ſimul συφημίσαι τὰς νύμφας.

Ψίττα,idem quoque eſt quod σίττα: ſch.Theoc.Hinc ψιττάζειν,paſtoritium illud ψίττα ſonare.

ΣΙΦΝΟΣ,οῦ,ὁ,vacuus.Heſyc. ¶ At σίφνος, ἡ, inſula quædam, vna ex Cycladibus.Plin.l 4 c.12.

Σίφνιος,ου,ὁ,qui eſt ex Siphno. Item impurus, obſcœnus: ſignificatione ducta à moribus Siphniorum impuris:vide ſequens σιφνιάζω.

Σιφνιάζω, manum admoueo poſtico, nates digito tango, quod facere ſolebant Siphnij libidinis cauſa. Heſy. & Suid.

Σιφνύω, euacuo, exinanio : vnde σιφνύει. Heſych. exp. κενοῖ.

ΣΙΦΩΝ, ωνος,ὁ, ſiphon: tubus & canalis,vt in ſalientibus. ¶Item inſtrumentum ex quo emittitur aqua in incendiis.Heſyc. Ad cuius ſimilitudinem quoniam fiebat medicorum inſtrumentum,quod καθετὴρ dicitur. σίφων etiam appellatur ὁ καθετὴρ apud Paul.lib.6.c.59.& Gal.method.l.5. ¶Item inſtrumentum quo vtũtur in deplendis doliis quum vinum diffunditur. Alex. Aphr. ¶ Eſt etiam vas quo continetur triticum.Heſych. ¶ Item vermis ſimilis formicæ & culex.Meleagro Epigr.l.7. ¶Sic & dictus eſt homo impurus ac libidinoſus. Heſy ¶ Item herba quædam quæ aliàs ægilops, vt eſt in append.Dioſc.

Σιφωνίζειν,elicere,extrahere, propriè de liquidis,teſte Suid. qui impropriè,Ariſtoph.dixiſſe ſcribit σιφωνίζειν τὸν σῖτον.

Σιφώνιον, τὸ, Heſychio eadem ſignificat quæ σίφων. ¶Sic & à quibuſdam dicta fuit βρῶμος,i.auena, vt eſt in append.Dioſc.

Ἐκσιφωνίζω,(*dec.*)ſiphone eiicio ſeu euacuo. Iobi c.5.

ΣΙΩΠΑΩ,F.ήσω,ſileo,taceo.Demoſth Plut.& alij. Cum accuſ.exp.reticeo,ſilentio prætereo, vt Dem. Olynth: τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ,πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν.

Σιωπὴ ῆς ἡ, ſilentium, Plut.Xen.Luc. Datiuus σιωπῇ aduerbialiter vſurpatur,ſicut & σιγῇ, tacitè. Od.ο.ὁ δὲ τῇ κατένεύσε σιωπῇ.Sic & alibi.

Σιωπηλὸς,ſeu σιωπηρὸς,ὁ, taciturnus.Eur. Et τὸ σιωπηλὸν,taciturnitas.Plut.

*Σιώπησις,ſilentium.Cant.cantic.4.

Compoſita.

Ἀποσιωπάω,taceo.Iſoc.Item reticeſco,conticeſco: *videlicet in medio ſermone.* Plut.in Alcib. καὶ μεταξὺ λέγων ἀποσιώπα καὶ διέλειπε. Et cum accuſ. Athen.lib.13. τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ ἀποσιωπῆσαι τοῦτο.

Ἀποσιώπησις,εως,ἡ,reticẽtia.Plut.Eſt & figura Rhet. de qua Fab.& Macrob.

Διασιωπάω,conticeſco,obticeſco.Eur. 1477

*Ἐκσιωπάω,conticeſco,σιωπάω. Arrian.

Κατασιωπάω,conticeſco.Luc. Et tranſitiuè,ſilentium indico,impero vt faueatur linguis.Nehemiæ c.8.οἱ Λευῖται κατεσιώπων πάντα τὸν λαὸν λέγοντες, σιωπᾶτε. Sic & in media voce,apud Xen.

Παρασιωπάω,reticeo,ſilentio prætereo.Phil.

Παρασιώπησις,ἡ,reticentia:ſchema orationis de quo Rut.Lup.

Ὑποσιωπάω,ſubticeo,celo,ſupprimo.Æſchin.τὰ δ' ἑβδομήκοντα τάλαντα ὑποσιωπᾷς.

Ὑποσιώπησις, reticentia, ſuppreſſio ſermonis: nomen figuræ oratoriæ,apud Vlp.inter Dem.

ΣΚΑΖΩ,F.σω,claudico, χωλεύω.Il.τ. Et σκάζειν μηρὸν apud Plut. Apud metricos etiam iambi σκάζειν dicuntur quorum vltimus pes eſt ſpondeus.

Σκαιὸς,οῦ,ὁ, læuus,ſiniſter: vt σκαιὰ χεὶρ, ἡ σκάζουσα περὶ τὸ ἐνεργεῖν,inquit Euſt.eſt enim dextra agilior & validior ad actiones quàm ſiniſtra.Iliad.π. Σκαιῇ ἔγχος ἔχων. ¶Item ineptus,ſtolidus.Ariſtop Dem. ¶Item ſiniſter,i.infauſtus,innominatus.Euſt. ¶ Item occidentem verſus ſitus:vt σκαιαὶ πύλαι. Il.ζ. ¶ Item vmbroſus,opacus:vt κνημοὶ σκαιοί.Nic.in Ther.Hinc & σκαιὰ χεὶρ, appellatam vult Heſych. quoniam plerunque ſolet ἐσκιάσθαι & κατακρύπτεσθαι,tegi & abſcondi.

Σκαιῶς ſiniſtrè. Item ineptè,ſtupidè: vt σκαιῶς ἔχειν & σκαιῶς διακεῖσθαι.apud Poll.Item inſcitè,ruſticè. Ariſtoph.in Pluto.

Σκαιόθεν,à læua,à ſiniſtra.Suid.

Σκαιότης,ητος,ἡ,ineptum & ſtupidum ingenium.Dem.

Σκαιοσύνη,ἡ idem.Soph.in Oedip.Colon.

Σκαμβὸς,οῦ,ὁ qui obliquus in latus procedit: ὁ σκάζων, ſeu σκαιῶς βαίνων:aut obliquus,incuruus,diſtortus, tortuoſus.Suid.in Geopon.σκαμβὸς dicitur cui crura introrſus intorta ſunt.Latinis,varus.

Σκάνδαλον,τὸ,ſcandalum DicuntGrammatici quidam eſſe lignum incuruum quo tendicula ſeu decipula ſuſtinetur, & in quod impingens animal, ipſam tendiculam ſeu decipulam ſuper ſe ſubita ruina proſternit. Metaphoricè vſurpatur paſſim in nouo Teſt. vt Rom. 14. μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον.Et in epiſt.Petri 1.c.2. λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου. A σκάζω deductũ traditur quòd obiectum offendiculum cogat claudicare & ad ruinam tendere.

Σκανδαλίζω,f. ίσω, ſcandalum affero, ſcandalo ſum, offendere vel impingere facio.Matt.5 εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε ſi facit vt tu offendas.

Σκανδαλίζομαι, offendor & velut in ſcandalum in via incurrens impingo.Rom.14.& alibi.

Σκανδάληθρον,ου,τὸ, lignum decipulæ incuruũ cui eſca alligari ſolet,vt animal eam arrodens,decipulam in ſe euertit:idẽ quod σκάνδαλον.Poll.Metaph. apud Ariſtot.in Acharn. Κἀτ' αὐ κύων ἐρωτᾷ σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν,verborum decipulas tendens.

Σκανδαληθρίζω,decipulam tendo erecto τῷ σκανδαλήθρῳ: vnde σκανδαληθροὶ ἐπῶν metaph.dicuntur qui verborum laqueis irretiunt.

Compoſita ex σκάζω.

Ἐπισκάζω,claudico:idem quod σκάζω.Apoll.

Κατασκάζω,concido:item procumbere facio.

Ὑποσκάζω,leuiter claudico.Luc.

ΣΚΑΙΡΩ, F. αρῶ, ſalio, ſaltito, tripudio. Il. σ. Μολπῇ τ' ἰύγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Σκαρθμὸς, οῦ, ὁ, ſaltus ſeu agilis motus, qualis eſt ſaltantium. Arat.

Σκάρτης, ου, ὁ, agilis in ſaltu, celer, velox. Heſych.

Σκαρίζω, idem cum σκαίρω: vnde σκαρίζεται. Heſych. exp. ταράττεται, ζέζει, turbatur, bullit. Exponitur etiam, palpito.

Σκαρισμὸς, ὁ, ſaltus. Heſych. Item palpitatio. Euſt.

Ασκαρίζω, idem quod σκαρίζω, ſicut ἄσταχυς, dicitur pro στάχυς. Hippocr.

Σκάρος, ου, ὁ, & σκαρὶς, ίδος, ἡ, nomen piſcis à σκαίρω denominati teſte Athen. lib 7. quòd incluſus naſſis caudæ ictibus crebris auerſus laxet fores, atque ita retrorſum erūpat. Vide Athen. l. 7. & Plin. l. 9 c. 11.

Σκαρίτης, ου, ὁ, gemma quædam ſcari piſcis colorem referens. Plin. 37. c. 11.

Σκαλμὸς, οῦ, ὁ, ſcalmus: lignum cui remum alligāt, inquit Etym. qui & à σκαίρω deductū ſcribit, vt σκαλμὸς, dicatur quaſi σκαρμὸς, eo quòd remo ei inſerto impulſa nauis quaſi ſaliat. Vtitur Eurip.

Σκαύρος, ου, ὁ, ſcaurus: qui talos tumentes & porrectos habet, cui pedes inflexo talo tardigradi ſunt: & *per conſequens*, qui difficu'ter poteſt σκαίρειν. Abſyrt. in Hippiatr.

Σκιρτάω, ſalto, ſalio, ſaltu laſciuio. Hom. Plat. Ariſtop. Dicitur & fœtus in vtero σκιρτᾷν. Luc. 1. Etymol. à σκαίρω deducit mutato coniugationis genere, abiecto τῷ α, & pleonaſmo τοῦ τ.

Σκίρτημα, τὸ, ſaltus. Plut. & Eurip.

Σκίρτησις, ſaltatio, ſeu exultatio, laſciuia. Greg.

Σκιρτητικὸς, ſaltator, qui ſaltare ſeu laſciuire ſolet.

Σκίτας, fœtus, fœtura: παρὰ τὸ σκιρτᾷν: vt vult ſchol. Nic. in Ther.

Σκίναξ, κος, ὁ, agilis, cui agilitas ineſt ad ſubſiliendum apta: epitheton leporis, apud Nic.

Compoſita, ac primùm ex σκαίρω & σκαρίζω.

* Αμφισκαίρω, circumſalio, περισκαίρω. Oppian.

Αποσκαρίζω, deſilio, deſalto. Ariſtoph.

Αποσκαρίζω, palpitans pedes in auerſum iacto, aut palpitans animam exhalo Iudic. c. 4.

Ασκαρὴς, έος, ὁ & ἡ, non ſaliens, non exultans. Heſych.

Ασκαρθμὸς, idem: apud eundem.

Ασκάριστος, non palpitans. Suid.

Νώσκαρ, exp. τὸ δυσκίνητον καὶ δι' ὅ πως σωμ' ἔρρωμένον: ex priuante particula νω, & verbo σκαίρω. Etymol. Vide & in comp. ex Κάρος.

Εὔσκαρθμος, ſeu εὔσκαρθμος, bene ſaltans: agilis. Il. ν.

* Καπασκαίρω, ſalio. σκαίρω. Oppian.

Μετασκαίρω, ſalto inter. Arat. Τὸν δὲ μετασκαίροντε δύ' ἰχθύες ἀμφινέμονται ἵππον. Cic. vertit, *Ipſe autem labes multis equius ille tenetur Piſcibus.* Legitur tamen & disiunct. μετὰ σκαίροντα.

Παρασκαίρω, à latere ſalio ſeu aſſulto.

Περισκαίρω, ſalio circum. Heſych.

Περισκαρίζω, idem: apud eundem.

Πολύσκαρθμος, multùm agilis in ſaltu. Il. β.

Compoſita ex σκαλμὸς.

Δεκάσκαλμος ναῦς, decem ſcalmis inſtructa nauis.

Δωδεκάσκαλμον πλοῖον, (*decomp.*) nauigium duodecim ſcalmos habens.

Υποσκαλμὶς, ſcalmi baſis, quod ſub ſcalmo eſt. Etym. & Polyb. lib. 1. titulo de partibus nauium, vbi tamen ſcribitur ἐπισκαλμίς.

Compoſita ex σκιρτάω.

Ανασκιρτάω, exilio, exultim ludo, laſciuio exiliendo. Polyæn. Item proſilio vel reſilio. Heſych.

Αποσκιρτάω, reſilio, vel reſilire conor. Luc.

Διασκιρτάω perſulto, exilio, exulto.

Επισκιρτάω, inſulto, i. exulto in, exultim ludo in.

Παρασκιρτάω, à latere ſalto, ad latus alicuius exſilio. vel exultim ludo. Exp. & lætitia exulto.

Προσκιρτάω, ſalio ante, exultim ludens anteeo. G.

Προσκίρτησις, præſultatio, præitio quæ fit in ſaltu.

ΣΚΑΛΛΩ, F. αλῶ, fodio. Heſyc. & Suid. & Item ſarculo circumcirca ſcalpo, ſarrio ſeu circumfodio. Theophr. Exp. etiam, diſrumpo, findo. Il. ψ, μὴ πρὶν μέθος ἧς ἰοιο Σκάλλη ἀμφὶ περὶ χρόα.

Σκάλσις, εως, ἡ, ſarritio, ſarritura, qua planta aliqua circumfoditur. Theophr.

Σκαλεύω, fodio. Ariſtoph. in Pace, Εχων δ' ἰπτὴν καὶ σκαλεύειν ἄνθρακας.

Σκάλευμα, τὸ, foſſa: item effoſſio, ſarritio.

Σκαλευθρον, τὸ, ſarculum. Item inſtrumentum quo ignis & prunæ fodicantur, quod & σπάλαθρον. Heſych.

Σκαλεὺς, έως, ὁ, ſarritor ſeu ſartor, qui ſarculo ſolum induratum circa plantam laxat, aut in ſegetibus herbas noxias effodit. Xen.

Σκαλεία, ἡ, idem quod σκάλσις, in Geopon.

Σκαλίζω idem cum σκάλλω & σκαλεύω.

Σκαλισμὸς, ὁ, & σκάλισις, ἡ, idem quod σκάλσις & σκαλεία. Theoph. de cauſ. pl. l. 3 c. 25.

Σκαλιστήριον, τὸ, ſarculum, inſtrumentum quo plantæ & ſegetes ſarriuntur. ſchol. Theocr.

Σκαλὶς, idem: apud eundem.

Σκάλοψ, οπος, ὁ, animal cæcum à fodiendo terram nomen adeptum. Ariſtoph in Acharn.

Σκαλμὴ, ῆς ἡ, Thracius gladius, apud Soph. in Troilo, teſte Pol. Nomen habere à σκάλλω videtur, quum gladiis perfodi & transfigi aliquid poſſe nemo ignoret.

Compoſita.

Ανασκαλεύω, ſarculo laxo: vel inſtrumento quo ignis & prunæ fodicantur, exuſcito: vnde metaph. apud Dion. Areop. ἐγὼ δὲ ἐναπεχωσμένας ἐν σοὶ τοῦ θείου πυρὸς αἰθάλας ἀνασκαλεύσω σπινθῆρας. Exponitur etiam, ſcrutor, indago: *more eorum qui aliquid inueſtigantes effodiunt & eruunt.* Heſych. 1479

Ασκαλτος, ὁ καὶ ἡ, non foſſus aut circumfoſſus, ſeu ſartitus. Heſych.

Ασκαλος, idem: vnde ἄσκαλα, non ſarrita, ſarculo non adobruta aut purgata. Theocr.

Ασκάλευτος, idem: ſchol. Theocr.

Διασκαλεύω, ſarculo terram verſo.

Υποσκαλεύω, ſarculo ſuſcito: vel τῷ σκαλεύθρῳ ſuſcito. Ariſtoph. τὸ πῦρ ὑποσκάλευε.

ΣΚΑΜΜΩΝΙΑ, ας, ἡ, vel σκαμμώνιον, ου, τὸ, ſcammonia vel ſcammonium. Herba de qua Dioſc. l. 4. cap. 171. & Theophr. hiſt. pl. l 9.

Σκαμμωνίτης οἶνος, ex ſcammonia confectum vinum. Dioſc. l. 5. c. 83.

ΣΚΑΝΔΙΞ, ικος, ὁ, ſcandix, genus oleris ſylueſtris. Vide Dioſc. l. 2. c. 168.

Διασκανδικίσης, apud Ariſtoph. in Equit. ſchol. exponit ἀποδειλιάσης & μὴ πτοηθῇς. Heſy. exp. διελέγξῃς quòd Eurip. mater σκάνδικας venditrix fuerit.

ΣΚΑΠΤΩ, F. ψω, fodio. Hom. Herodian. Exp. & defodio, vt apud Theophr. de cauſ. plant. lib. 3. cap 25. σκάπτοντες βαθεῖαν τὴν κόπρον, altè defodientes fimum. Significat & excauo Etym.

¶*Deriuata ab σκάπτω, fodio.*

Σκάπτομαι, fodior: vnde ἐσκαμμένος, foſſus & prouerb. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, fines rei alicuius tranſilire, apud Luc. & Baſil.

Σκάμμα, τὸ, foſſa. Peculiariter ſic dicebatur ſulcus ſtadij ſeu ſpatij in quo ſaltu certabant: vel locus certaminis in quo athletæ cōgregabātur, foſſa cingi ſolitus, vide Cæl. Aur. chron. l 2. c. 1. ſæpe & pro illo ipſo

illo ipſo certamine athletico vſurpatur, vt apud Chryſoſt.comm.in ep.ad Rom.c.11.

Σκαπτὸς,οῦ,ὁ,foſſus,foſſilis,foſſitius.Pluſ.

Σκαπτὴρ,ῆρος,ὁ,foſſor.Ariſtot.eth.6.c.7.

Σκαπάνη,ης,ἡ,foſſio, Theophr. Item inſtrumentum foſſoris quo terram eruit: quod à quibuſdã eſſe dicitur ſpecies ligonis latior breuiórque.Theocr. & Theophr.

Σκαπανεὺς,έως,ὁ,qui ligonem tractat,foſſor.Luc.

Σκαπανήτης,ου,ὁ,idem.

Σκάπετος,ὁ,foſſa ſeu fouea.Heſych.

Σκαφὴ,ῆς,ἡ,foſſio.Procl.in Heſiod.

Σκαφεύω,idem cum σκάπτω.

Σκάφευσις,& σκαφεία,ἡ,foſſio.Suid.

Σκαφεὺς,έως,ὁ,foſſor.Eur.in Elect.

Σκαφεῖον,τὸ,idem cum σκαπάνη.Plut.Luc.

Σκαφείδιον,ſeu σκαφίδιον,paruulus ligo.Suid.

Σκαφίον,τὸ,idem cum σκαφεῖον Plut.

Σκαφητὸς,ὁ,foſſio,paſtinatio,Theophr.

Σκάφος,εος,τὸ,foſſa,ciſterna,piſcina.Anth epigr. Itẽ foſſio,ſeu paſtinatio Heſiod.

¶ *Deriuata à σκάπτω,habente ſignificationem excauandi.*

Σκαπέρδα,ἡ,ludi genus quod deſcribit Poll.lib.9. cui nomen hoc tributum eſſe videtur ab excauanda & perforanda trabe quæ in medio depangi ſolebat,vt ex fune per eam traiecto ſuſpenſum alterum,alter pone ſtans ad ſummũ trabis eueheret,quod σκαπέρδαν ἕλκειν dicebatur.Hinc pro quauis re difficili σκαπέρδαν vſurpari tradit Heſy.

Σκαπερδεῦσαι,conuitiari.λοιδορῆσαι,Heſyc.

Σκάφη,ης,ἡ, ſcapha,nauigij genus à cauitate ſic dictũ Poll 1.Item vas cauum & oblongum inſtar cunarũ aut cunabulorum.Athen.l.13.Dicitur & de aliis vaſis cauis oblongis aut rotandis.Poll.Æſchyl. Ariſtoph.Alex.Trall. ¶Eſt & vinculi capitalis nomen, apud Gal.lib. de faſciis.

Σκαφίον,τὸ, parua ſcapha. ¶Σκαφία, etiam dicuntur alia vaſa concaua,ſeu oblonga ea ſint,ſeu ad hemiſphærii figuram accedant:vt apud Plut.Athen.&c. Peculiariter autem σκαφίον, appellabatur matularum quoddam genus, mulierum proprium.Poll.l. 10.c.9.ex Ariſtoph.¶Sic & nominatur ea pars capi- 1480 tis quæ pilis tecta eſt,à cauitate & rotũditate. Pol. lib.2. Item os cauum coxendicis,apud eundẽ ibidẽ. ¶Eſt & tonſuræ quoddã genus,quo capilli nouacula raduntur.Luc.in Lexiph. ¶Item medicinalis faſcia qua vulnus obligatur.Heſy

Σκαφὶς,ίδος,ἡ,ſcaphula, alueus. Sumitur & pro mactra,i.alueo in quo farina ſubigitur Poll. l. 10.c. 24.Item vas ligneum, concauũ & rotundum,cuius in reponendo lacte vſus eſt Od.1.Theoc.idyll.5.Sic & appellatur concha marina oblongior,quæ vulgò μύαξ dicitur.Hal.in lex.Hippocr.

Σκαφίδιον,τὸ, ſcaphula, nauigiolum, linter. Luc.

Σκαφίτης,ου,ὁ,qui ſcapham remo impellit.D.Phal.

Σκαφεύω,Inter ſcaphas neco.Plut.

Σκάφος,εος,τὸ, idem cum σκάφη,ſcapha, vel generaliter nauigiũ nauis.Eurip.& Diod. Sic Apud Eurip. in Med. σκάφος Ἀργοῦς periphraſticè dicitur ipſa Argo nauis.Sic & in naui dicitur alueus.i.imus venter nauis: vt apud Thuc.l.1. In aure quoque cauitas σκάφος appellatur. Poll.l.2.

Compoſita ex σκάπτω,fodio.

Ἀνασκάπτω,refodio,refodiendo eruo,effodio.

Ἀποσκάπτω,defodio ſeu fodiendo detraho.Plat.

Ἀρτισκαπτος,ὁ καὶ ἡ,recens foſſus,ſeu effoſſus,nuper defoſſus.Epigr.

*Ἄσκαφος,ὁ,ἡ,qui foſſus non eſt.Strabo.

Βαθυσκαφὴς,profundè foſſus.

Διασκάπτω,perfodio.

Ἐπισκάπτω,infodio.Anth.Epigr.

Κατασκάπτω,ſuffodiendo euerto,diruo.Thuc.l.1.τὰ τε μακρὰ τείχη κατέσκαψαν ἑλόντες εἰς ἔδαφος.

Κατασκάπτομαι,ſuffodiendo euertor,diruor.

Κατασκαφὴ,ῆς,ἡ,euerſio quæ fit diruendo ſeu effodiendo.Æſchin.Eur.

Κατασκαφὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,dirutus, ſuffodiendo euerſus. Heſychius.

*Dec.*Ἐπικατασκάπτω,ſuperfodio,vel ſuperinfodio.

Συγκατασκάπτω,ſimul euerto ſuffodiendo.Eur.

Πεδοσκαφὴς,in ſolo vel in terra defoſſus.

Περισκάπτω,circumfodio.Theophr.

Ὑποσκάπτω,ſuffodio,ſeu ſubtus fodio, in ima parte circumfodio.Theophr.

Ὑποσκαφὴ,ſuffoſſio.Item ſpecus ſeu foſſa ſub aliquo loco cauata.Dioſ.l.5.c.106.

Φυτόσκαφος, terra circa plantas aut ſtirpes effoſſa. Φυτοσκάφος qui terram circa plantas fodit ſeu effodit. Theocr.idyl.25.

ΣΚΑΡΙΦΟΣ,ου,ὁ, ſtylus, vel penicillus. Item ſtipula, feſtuca,ſarmentum.ſchol.Ariſtoph.

Σκαριφάω,leuiter delineo,primis lineamentis rudius aliquid deformo atque deſigno.Suid.

Σκαριφάομαι,ῶμαι. Heſ.exp. ξύω, σκάπτω,γράφω. Exp. & perfunctoriè quidpiam ago.Suid. Item ſcarifico, per ſuperficiem ſcindo.

Σκαριφήματα,τὰ,lineamenta prima.

Σκαριφισμὸς,οῦ,ὁ, delineatio prima picturæ & ἰσχνογραφία quædam: vnde pro re aliqua perfunctoriè facta ponitur.Ariſtoph.

Compoſita.

Διασκαριφῆσαι,propriè de auibus dicitur quæ vnguib. terram fodicant ſeu ſcalpũt. Pro diſſoluere vſurpat Iſocr.in Areop. διασκαριφήσασθαι καὶ διαλύσασθαι τὰς δυστυχίας.

Κατασκαριφάω,ῶ,vellico,pungo,fodio.

ΣΚΕΔΑΩ,ſiue σκεδάζω & σκεδάννυμι,F.άσω, diſſipo,diſpergo.Od γ.Ὡς εἰποῦσα θεὰ σκέδασ' ἠέρα.

Σκεδάζομαι,& σκεδάννυμαι,diſſipor,diſpergor. Herodian.σκεδασθέντες εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν.

Σκεδασμὸς ὁ, diſſipatio,diſperſio.

Σκέδασις,εως,ἡ,idem Od.α.

Σκεδαστικὸς,diſſipandi vim habens,diſcutiens.

Σκεδαστὸς,ὁ,diſſipatus, diſperſus. Item qui diſſipari & diſpergi poteſt.Exp.& mutabilis.Plat.

Σκιδνῶ & σκίδνημι,idem quod σκεδάω,ſeu σκεδάννυμι.

Σκίδναμαι,idem quod σκεδάννυμαι.Od.β.

Κεδάω,ſeu κεδάζω,idem cum σκεδάω.Od.ξ.

Κεδάζομαι,diſpergor,diſiicior.Il ο.

Κεδαίω,idem quod κεδάω,apud Nic.

Κίδνημι, idem quod præcedentia, vnde paſſ. κίδναμαι, diſſipor,diſpergor,diffundor. Il.ψ. Ὅτε μέτα κρόκοπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται ἠώς. 1481

Compoſita.

Ἀνασκίδναμαι,ſurſum deorſúmque diſſipor, huc illuc diſpergor.

Ἀποσκεδάω,ſeu ἀποσκεδάζω,diſſipo,diſpello.

Ἀποσκεδάννυμαι,& ἀποσκεδαννύω, idem: apud Xen.

Ἀποσκίδνημι,& ἀποκίδνημι,pro eodem.

Ἀποσκίδναμαι,& ἀποκίδναμαι, diſſipor, ſeu diſpergor alicundè.Il ψ.

Διασκεδάω,ſeu διασκεδάζω,diſſipo,diſiicio, diſpergo, Odyſſ.ε. τὰ μὲν αὖτε διεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλη. Sic & Thucyd.Apud Herodian. lib.5. διεσκέδασε τὴν φήμην,diuulgauit famam.Dicitur & διασκεδῶ pro διασκεδάσω,in futuro:apud Ariſtoph.in Veſp.

Διασκεδαστὴς,οῦ,ὁ,diſſipator.

Διασκεδαστικὸς,diſſipandi & diſpergendi vim habens. Exponitur etiam digerens.

Διασκεδάννυμι & διασκεδαννύω, idem quod διασκεδάω,apud Herodian.

Διασκίδνυμι,idem.Heſiod.

Διασκίδναμαι. diſſipor,diſpergor,diſiicior.Luc.

Διακεδάω,poeticè pro διασκεδάω.Apoll.

Εκσκεδάζω,eiectos diſſipo & diſpergo:ſeu eiicio ſimul & diſſipo.

Επισκεδάζω,inſuper diſſipo & diſpergo.Exp.etiam,inſpergo,ſpargo ſuper.

Επικίδνημι,diſſipo ſuper,diffundo ſuper.

Επικίδναμαι,diſſipor,ſeu diffundo ſuper.Il.β. Αξίου, ού κάλλιστον ύδωρ ἐπικίδναται αἶαν, Il.η. Τοῦ δ' ἤτοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς, quàm latè aurora per orbem diffunditur.

Κατασκεδάζω,& κατασκεδάννυμι diſſipo,diſpergo.

Περικίδναμαι,circumſpargor.in Epigr.

Συσκεδάζω,diſſipo,diſpergo:ſeu vnà diſſipo.Ariſt.

ΣΚΕΘΡΟΣ,οῦ,ὁ,exactus,exquiſitus:vt σκεθρὰ δίαιται exquiſita & optima victus ratio,cui opponitur φαύλη,vt annotat Gal.

Σκεθρῶς,exactè,apud Æſchyl.in Prometh.

ΣΚΕΙΡΩΝ,ωνος,ὁ,ventus à Scironiis ſaxis ſpirans, quæ Sciro latro inhabitabat. Scribitur & σκίρων pro vento qui & Caurus appellatur,apud Æſchin.& pro latrone illo.

Σκειρωνίδες πέτραι, Scironia ſaxa.Eur.

ΣΚΕΛΛΩ,exicco,arefacio ξηραίνω, vt exp. Etym. qui & hoc exemplum ex Il.ψ. ſubiicit, μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο σκήλη' ἀμφὶ χρόα &c.quod tamen Euſt. ad σκέλλω refert, vt & in eo hoc exemplum ſuprà eſt citatum.Sed & apud Heſych.σκήλειεν, exp.ξηραίνειν, ἰσχναίνειν,& σκῆλαι ξηρᾶναι. Exponitur etiam attenuo, tenuem reddo.

Σκέλλομαι,exiccor, areſio: vnde σκελλόμενα, Heſychio ſunt σκελετευόμενα. Item actiuè, idem quod σκέλλω, apud eundem.

Σκελλὸς,οῦ,ὁ,aridus.Item diſtortus.Heſy.

Σκελλίδες,αἱ,nuclei alii & ſegmina Ægin.

Σκελιφρὸς,οῦ,ὁ,tenuis ex ariditate.Erot.apud Hipp.

Σκελέω idem quod σκέλλω.Gal.

Σκελέομαι,idem cum σκέλλομαι.Heſy.

Σκελετὸς,ὁ, exiccatus,arefactus.Nic.in Ther.Sic & dicitur cadauer hominis exiccatum, cadauer aridum.Plut.in Ant. Οἱ σκελετοὶ exp.etiam,manes: apud Lucil.Epigr.l.2.

Σκελετώδης,εος,ὁ καὶ ἡ, corporis arefacti ſpeciem gerens.Luc.

Σκελετεύω,idem cum σκέλλω, & σκελέω: vnde σκελετευθεὶς, apud Dioſc.lib.2. cap.50. exp.ſiccatus,arefactus:aliis, ſale inueteratus.

Σκελετεία,ἡ exiccatio,arefactio.Gal.

Σκλέω,vnde σκλῆμι(per ſyncopen factum ex σκελέω)inuſitatũ quidem eſt,format tamen cum σκλῆμι præter.ἔσκληκα,quòd exp.arefactus indurui, durus ſum factus ex nimia ſiccitate.Apoll.Arg.l.2.αὐσταλέος χρῶς ἔσκλήκει.Hinc partic. ἐσκληκὼς,& apud poet.ἐσκληώς,qui exaruit ſimul & induruit: vt apud eundẽ ibidem,οἱ γ' ἦσαν ἐσκληῶτες.Exponitur etiam, qui ita addictus & aſſiduus eſt in aliqua re, vt in ea propemodum exareſcat.Suid.

*Ενσκλέω,itidem inuſitatum, cuius etiam præteritum perfectum vſitatum, ἐνέσκληκα.

Σκλῆμα,τὸ,exp.oſſis exiccatio. At σκέλημα.Gal.exp. σκελετεία,in lex.Hippocr.

Σκληφρὸς,ὁ,cuius corpus exaruit & attenuatum eſt, ſeu emacruit.Heſych.& Suid.

Σκληρὸς,ὁ, durus: *ex ariditate*,cui opp.μαλακὸς, mollis. Athen.l.14. ἡ ἕψησις τὰ σκληρὰ μαλάττει. Item durus,cui oppon. ὑγρὸς,laxus:vt apud Hippoc. τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι. Item durus,i.aſper, ſæuus, cui oppon.moderatus, & mitis: vt σκληρὰ ἤθη. Plut.ſymp.7.Sic & σκληρὸς δαίμων, aſpera ſors apud Ariſtop.& ἄνεμοι σκληροὶ,apud Ælian.¶ Σκληρὸς dicitur etiam vitium in aluearibus quo innatis araneis faui corrumpuntur.Heſy.Pro quo ſcribitur & κλῆρος,apud Ariſt.hiſt.an.l.9.c.40.

Σκληρῶς,durè,duriter.Xen.

Σκληρότης,ητος,ἡ,duritia,durities.Plat.Ariſto.

Σκληρία,ἡ,idem.

*Σκληρίασις,id eſt durities. ſecundum Gal.

Σκληρόω,ῶ,duro,induro.

Σκλήρωμα,τὸ,duritia:ſcirrhi ſpecies.P.Ægin.l.3.

*Σκληρώδης,duritiem præferens natura & qualitate. Paul.Ægin.

Σκληρύνω,*itidem* duro,induro,obduro: in ep.ad Rom c.9. ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.

Σκληρυντικὸς, durandi vim habens ſeu indurandi, vt σκληρυντικὰ φάρμακα,apud medicos.

Αποσκληρύνω(*comp*)idem quod σκληρύνω. Aphr. Αποσκληρόω,idem.Exp.&,indureſco.

Compoſita.

Αποσκλέω exareſco:item morior:vnde ἀποσκλέοι,apud Heſy.& Suid.exp.ἀποθάνοι, moriatur,apud quos tamen ſcribitur ἀποσκλαίη.

Αποσκλῆμι,*itidem* exareſco: item emacior & tabeſio ſeu contabeſco. Alciphron ἀποσκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ, periculum eſt mihi ne fame tabeſiam. Hinc particip ἀπεσκληκὼς,apud Luc.tabidus,aridus. Apud Chryſoſt. de ſacerdotio, ἀπεσκληκυῖα ψυχὴ τῇ τῆς σωφροσύνης αὐστηρότητι, exp. anima quæ obduruit, vel quæ callum obduxit.

Ασκελὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,qui non obduruit nec exaruit. Item qui ſupra modum exaruit Od.κ.

Ασκελέως,duriter.Exp etiam,grauiter,aſſiduè.Il.σ. Pro eodem dicitur ἀσκελὲς, Od.α. Vide & in compoſ.ex σκέλος.

Ενσκέλλω,intus arefacio.Nic in Ther.

Κατασκέλλω,exicco,exarefacio,extenuo. Propriè carnes & medullam corporis abſumo, vt nihil præter oſſa remaneat. Heſy. Κατασκελετεύω, idem.Diog. Laert. ἰσχνὸν καὶ κατασκελετευμένον, aridum, exuccum.

Κατασκλῆμι,exareſco, vel contabeſco: vnde præt. κατέσκληκα,exarui, contabui. Luc. κατέσκληκεν ὅλος ὑπὸ φροντίδων ἐκτετηκὼς totus emaciatus eſt, præ curis tabefactus.Κατεσκληκέναι exponitur etiam, induruiſſe,vel induratum eſſe:apud Theophr.

Περισκελὴς, prædurus: vt Soph. in Antig. σίδηρος περισκελὴς, ferrum nimis induratum. Idem in Aiace, περισκελεῖς φρένες,prædurum ac pertinax pectus, præfracta mens. Ab Hippocr.περισκελὲς φάρμακον,dicitur quod mordicat & vehementer incitat,vt annotat Gal.l.2 Glauc.

Περισκλῆμι,exareſco, ſeu extabeſco ſtudio quo alicui rei addictus ſum.Suid.

*Περισκληρύνω,circum induro.Hippocr.

*Περίσκληρος,prædurus. Galen.

*Υπόσκληρος,ſubdurus,prædurus.Lucian.

ΣΚΕΛΟΣ,εος,τὸ,crus.(à σκέλλω deriuatum, διὰ τὸ ἄσαρκον)Ariſtot an.l.2 βραχίονας κάμπτει καὶ σκέλη, brachia & crura flexit.Et lib.2. κατὰ σκέλος δὲ βαδίζουσιν,pedatim gradiuntur. In plur. τὰ σκέλη,exponitur etiam,genua. vt apud Hippocr. τὰ σκέλεα κειμένου, ξυγκεκαμμένα ᾖ, Celſus vertit, vbi ægro genua contracta ſunt. Interdum exponitur, ſuffrago: interdum,pedes.apud Ariſtot. Apud Ariſtoph.in Veſp.σκέλος οὐράνιον ἐκλακτίζειν ſeu ῥίπτειν, ſalutationis genus eſt quo pedes velut in cœlum iactantur.

Σκέλεαι,αἱ,ἡ,femoralia,ſeu feminalia: vel etiã tibialia: item calceamentorum genus, apud Poll.lib.7.c.14. Apud Heſy.σκελέαι(oxyt.dicuntur eſſe crurum ſeu tibiarum

tibiarum integumenta.

Σκιλύτειον, τὸ, ſellula tripes. Poll.l.10.c.11.

Σκελὶς, ίδος, ἡ, perna, femur porci aut alius pecoris, vnà cum carne illa pulpoſa quæ à ſpina ad imum ventrem pertinet. Athen.l.6. Pro eodem dicitur & χελὶς: vt apud Ariſtoph in Equit. χελίδας ἐδηδοκὼς, ὀνήσομαι μέταλλα.

Compoſita.

Ἀποσκελῆσαι, Heſych. exp. παιδικὴν ὄρχησιν ὀρχήσασθαι, puerilem ſeu ludicram ſaltationem ſaltare.

Ἀσκελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, crura non habens Plat.

Ἀσκελέως & ἀσκελὲς, ſine cruribus: ἀμεταστάτως. A-σκελὲς, exp. etiam, pari menſura: apud Nic. in Ther. vt α ponatur pro ἴσον.

Βραδυσκελὴς, tardis cruribus incedens, tardigradus.

Ἐγκαλοσκελὴς, qui crura habet incluſa lignis ſeu numellis. Heſy.

Ἐπισκέλισις, ἡ, de equo dicitur qui pedes mouere incipit, apud Xen. teſte Poll.

Εὐσκελὴς, qui bonis eſt cruribus. Poll. ex Plat.

Ἰσοσκελὴς, qui paribus ſeu æqualibus cruribus eſt. Et τρίγωνον ἰσοσκελὲς, quod ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quaſi cruribus inſiſtit, apud Eucl. & Ariſtot. &c.

Κακοσκελὴς, qui malis eſt cruribus. Poll.

1483 Λεπτοσκελὴς, tenuia crura habens.

Μακροσκελὴς, cui longa crura ſunt.

Μονοσκελὴς, vnicum crus habens. Plin.

Ὀνόσκελος, crura aſinina habens: vnde ὀνόσκελοι, dæmonum genus ab aſininis cruribus ſic dictum: vnde Cæl. Rhodig. l.2. c.6.

Ὀνοσκελὶς, ίδος, ἡ, empuſa dicitur itidem ab aſininis cruribus quæ affinguntur. Euſt.

Περισκελὴς, crura ambiens ſeu circumdans: vnde τὰ περισκελῆ, femoralia. Phil. & Exod. 28.

Περισκέλιον, & περισκελὶς, feminale, caliga, braca. Leuit.16. Plut. in præcept. ſan.

Ῥαιβοσκελὴς, cui crura obtorta ſunt introrſum: loripes. Epigram.

Τετρασκελὴς, quadrupes. Eur.

Τρισκελὴς, tria habens crura.

Τραγοσκελὴς, qui hircinis eſt cruribus. Panis epith.

Ὑπερσκελὴς, qui cruribus eſt grandioribus. Plat. Dicitur & verſus ὑπερσκελὴς, qui cæterorum menſuram vna ſyllaba aut dimidio pede ſuperat.

Ὑποσκελίζω, ſubiecto crure euerto & deiicio, ſupplanto. Lucian. οἱ ὑφ᾽ αὐτῶν περιπλεκόμενοι ὑποσκελίζουσι. Metaph. pro labefacto ſumitur: apud Phil.

Ὑποσκελισμὸς, ſupplantatio, quum aliquem crure ſubiecto labefactamus. Ὑποσκέλισμα, τὸ, lapſus ſeu ruina ex ſupplantatione.

Φοινικοσκελὴς, qui puniceis eſt cruribus. Apud Eur. in Ione, φοινικοσκελεῖς χηλαὶ, vngulæ puniceis cruribus annexæ, ſeu vngulæ purpureæ.

ΣΚΕΠΑΡΝΟΝ, ου, τὸ, aſcia ſiue dolabra: fabrile inſtrumentum quo materies dolatur. Exp. & bipennis. Odyſſ.ε Δῶκε δ᾽ ἔπειτα σκέπαρνον ἐΰξοον. Sic & Plut. ¶Sic dicitur & vinculi genus, ad σκεπάρνου ſimilitudinem accedens: apud Hippoc. in qua tamen ſignif. dicitur σκέπαρνος, apud Gal. ¶Dithyrambici vellus pecoris σκέπαρνον appellarunt, quaſi σκέπον τὸν ἄρνα Euſt.

Σκεπαρνηδὸν, (aduerb.) aſciæ modo & forma. Hipp.

Σκεπαρνίζω, aſcia percutio, ancipiti ſecuri ferio.

Σκεπαρνισμὸς, ὁ, fractura caluæ in duas partes, quum grauiore ictu oſſa percuſſa deſiliunt.

Compoſita.

Ἀποσκεπαρνισμὸς, οῦ, ὁ, ſpecies eſt vna fracturæ cranij, de qua Gal.

Ἀσκέπαρνος, à ſecuri intactus, ſecuri non politus: non exaſciatus. Soph.

ΣΚΕΠΤΟΜΑΙ, F. ψομαι, circumſpicio, diſpicio, Hom. Plat. Item inuiſo, viſo, viſito. Xen. pæd.4. Frequentius metaph. ſignificat, video, ſpeculor, conſidero, perpendo. Iſocr. in Buſir. enc. σκέψαι δὲ κἀκεῖνο καὶ δίελθε πρὸς σεαυτὸν, conſidera & tecum perpende. Aliquãdo exponitur delibero, conſulto. Cum περὶ: Herodian. l. 7. ἔδοξεν συνῶν συνελθεῖν, καὶ περὶ τῆς πρακτέον σκέψασθαι, conuenire ac de toto negotio deliberare.

Præt. ἔσκεμμαι, & quæ ab eo formantur, actiuam habens ſignif. quum de perſona dicũtur. Demoſth. Olynth.1. εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκει τις. Paſſiuam autem, quum de re: vt idem Demoſth. πάλαι γὰρ ἐσκέφθαι ταῦτα καὶ ἐγνῶσθαι προσῆκε, iſta conſiderata & animo perpenſa fuiſſe. Xen. Hell.3. ἐσκεμμένα λέγειν ἡγήσατο αὐτόν. Hinc aduerb. ἐσκεμμένως, conſideratè, circumſpectè Poll.l.6.

Σκέμμα, τὸ, quod animo perpendimus, commentatio, ſpeculatio, res ad diſquirendum propoſita. Ariſtot. polit.3.c.11. Luc. in Hermot.

Σκεμμὸς, οῦ, ὁ, idem. σκέψις βουλή. Suid.

Σκέψις, εως, contemplatio, inſpectio. Herodian. l.8. Item conſideratio & cogitatio, apud Plat. de leg. Itẽ commentatio, tractatio: apud Ariſtot. Item deliberatio, conſultatio, ſeu conſilium. Herodian. l.4.

Σκεπτικὸς, οῦ, ὁ, q.d. quæſitor & cõſiderator: qui diſquirere ac conſiderare ſolet. vt σκεπτικοὶ, philoſophi, apud Gell. l.11. c.5.

Σκοπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ſpeculator, & explorator. Odyſſ. δ. Τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε σκοπός. Thucyd. l.8. σκοποὺς κατεστήσατο ἐν τῇ Λέσβῳ. Item obſeruator, inſpector. ſpectator: vt apud Xen. σκοπὸς τῶν γινομένων. Itẽ præfectus, præſes. Soph εἰσὶ ναοῖ ἐφεστῶσι σκοποί. Sic & f. gen. Od. χ. γρηῢ παλαιγενὲς, ἥτε γυναικῶν δμωάων σκοπός ἐσσί. Apud Theocr. idyll. 6. (de cane) ἅ οἱ τὰν οἴων ἕπεται σκοπὸς, inſpectrix & cuſtos ouium. ¶Σκοπὸς, οῦ ὁ (ſubſt.) ſcopus, meta ad quã collimãt & tela dirigunt ſagittarij. Plat. de rep. στοχάζεσθαι τοῦ σκοποῦ, collimare ad ſcopũ. Pindar. Olymp. 2. ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, iaculum ad ſcopum dirige. Xen. pæd.1. βάλλειν ἐπὶ τὸν σκοπὸν, ſcopum attingere. Dicitur & σκοποῦ τυχεῖν: cui opponitur σκοποῦ διαμαρτάνειν, ſeu σκο- 1484
ποῦ πόῤῥω τοξεύειν. Metapherice ſignific. propoſitum & finem quem ſpectamus, ſeu ad quẽ mentem noſtram dirigimus. Herodian. Ariſtot. Sæpe dicitur: οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, non abs re, non abſurdè, non procul à ſcopo. Aliquando exp. conſilium, mens, cogitatio.

Σκοπιὴ, ἡ, ſpecula. Luc. & Phil. Item ſpeculatio, ſeu actio ipſa ſpeculandi. Luc.

Σκοπιὰ, ἡ, idem quod σκοπιὴ, ſpecula. Iliad. δ. ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν αἰπόλος. Sic Plut. Item pro ipſo ſpeculatu. Odyſſ. θ, ἀλαοσκοπιὴν γάρ οἱ σκοπιὴν ἔχεν.

Σκοπιήτης, ου, ὁ, ſpeculator, explorator. Suid.

Σκοπιάζω, ſpeculor, ex ſpecula obſeruo. Cum accuſ. Il.κ. & Od.κ. σκοπιάζομαι, idem. Apoll. Arg.2. Pro iiſdem dicitur & σκοπιάω & σκοπιάομαι.

Σκοπέω, ῶ, ſpeculor, contemplor, intueor. Itẽ video, obſeruo, cõſidero, apud Soph. in Oed. tyr. Itẽ video, diſpicio mecum, conſidero, animo agito & voluto: (ſequente particula τί ὅπως,) apud Iſocrat. in Panath. & Demoſt. Phil.3. itidémq; ſequente περὶ cum ſuo genit. apud Xen. pæd.1. Conſtruitur & cum accuſ. apud Thucyd. l.5. Item reſpicio (ſequente πρὸς cum accuſ.) apud Xen. Pæd.1. Item video, proſpicio, caueo, (ſequente μὴ) vt apud Demoſt. σκόπει μὴ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσηται. Exponitur etiam, exploro, quæro: Item delibero.

Σκοπέομαι, idem quod σκοπέω, ſpeculor, intueor: apud Soph. in Oed. tyr.

Σκέπησις, idem cum σκέψις Heſych.

Σκοπεύω, ſpeculor, intueor, Baſil.

Σκέπτομαι, qui veluti ſcopus ſpectatur, quem veluti ſcopum nobis propoſuimus. Suid.

Σκόπελος, ου, ὁ, ſcopulus, locus editus ex quo circumiacentia oculis luſtrari queunt. Hom. Iliad. β. Odyſſ. μ. Ariſtoph. in Nub. Item rupes in mare prominens. Heſych.

Τανυσκόπελος, (comp.) ſcopulos habens in longum protentos.

Compoſita, ac primùm, ex σκέπτομαι, & σκοπέω, cum præpoſ.

Ανασκέπτομαι, conſidero diligenter, accuratè perpendo, (ſurſum deorſúmque rem animo volutans) Ανασκοπέω, idem.

Αποσκέπτομαι, ex alto ſpeculor.

Απόσκοπος, eminus intuens. ἀπόθεν σκοπῶν. Heſych. vide & vltimam claſſem compoſ.

Αποσκοπέω, idem quod ἀποσκέπτομαι. Eurip. Lucian. Vide & in comp. ex σκοπὸς, ſcopus. Αποσκοπεύω, ſpeculor. Greg.

Διασκέπτομαι, diſpicio, conſidero mecum, perpendo. Luc. in vit. aut ἐπέχω περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι. Exp. etiam contemplor, inſpecto. Item perſpicio: item conſulto, delibero.

Διάσκεψις, conſideratio, contemplatio, perſpectio. Item deliberatio, conſultatio.

Διασκοπέω, ῶ, contemplor, ſpeculor. Plat. Item diſpicio, conſidero. Thuc.

Διασκοπιάομαι, idem quod σκοπιάομαι. Il. κ.

Συνδιασκέπτομαι, (decomp.) ſimul conſidero & diſquiro. Greg. Nazianz.

Επισκέπτομαι, inuiſo, viſito. Herodian. l. 4. ἐπισκεψάμενοι τὰ νοσοῦντα. Sic & Matth. 25. Item peculiariter in ſacris literis viſito ad pœnas ſumendas: vt Ier. 5. μὴ ἐπὶ τούτοις ἐπισκέψομαι. Item viſito vt opem feram aut miſerear. Luc. 7. ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς λαὸν αὐτοῦ. Item aſpicio, inſpicio, contemplor. Soph. & Herodian. Item inſpicio, luſtro, recenſeo. Num. 1. Sic ἐπεσκεμμένοι ἄνδρες. Exod. 36. viri recenſiti. Dicitur etiam paſſ. ἐπισκεπτῆναι, requiri ſeu deſiderari in recenſione. Item conſidero animo expendo & diſpicio: vnde ſæpe apud Xen. ἐπισκεψώμεθα, videamus. Item diſquiro & diſcepto mecum, commentor, apud Themiſt.

Επίσκεψις, inſpectio. Item recenſio quæ fit luſtrando & inſpiciendo. Numer. 1. Item conſideratio, perpẽſio, cogitatio. Exp. etiam, diſputatio, diſquiſitio.

Επίσκοπος, inſpector: apud Plutarch. θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων. Sic Il. χ. (itidem de Diis) Μάρτυροι ἔσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων. Item qui alicui rei curandæ præfectus eſt, qui & σκοπός. Plutarc. in Pericle, πάντα διεῖπε, καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας, omnia adminiſtrabat & curabat Phidias. Exponitur etiam, cuſtos. Peculiariter autem olim dicebantur ἐπίσκοποι, ſacri gregis inſpectores qui verbo & gubernationi præerant, quíque quaſi ſpeculatores in doctrinam, & mores commiſſi gregis inquirebant, vt Act. c. 20. & Philip. c. 1. ¶ Vide & aliam ſignif. in compoſ. σκοπὸς, i. ſcopus.

Επισκοπὴ, ἡ, inſpectio, ſeu munus inſpiciendi. Act. 1. & 1. Tim. 3. Item viſitatio, i. animaduerſio, punitio: vt apud Syneſ. ἐπισκοπὴ θεοῦ, animaduerſio diuina in improbos. Item viſitatio ad opem ferendam. 1. Pet. 2.

Επισκοπέω, ῶ, idem quod ἐπισκέπτομαι, viſo, viſito, inuiſo. Iſocr. in Panath. Xen. Pæd. 8. Item inſpicio, Xen. in Pæd. πῶς ἐπιμελεῖ ἐπισκοπεῖν. Et Gal. lib. 2. ad Glauc. ἐπισκοπεῖν τὴν φύσιν, naturam inſpicere. Item curator & inſpector ſum, curã ago, velut ἐπίσκοπος: vt 1. Pet. cap. 5. Item diſpicio mecum & animo verſo, cõſidero, perpendo. Iſocrat. Item video, obſeruo, animaduerto, (ſequente εἰ) apud Xen. Itẽ video, caueo, (ſequente μὴ) vt Hebr. 12. Itẽ reſpicio (ſequente

1485

πρὸς) vt & σκοπῶ.

Επισκοπεύω, epiſcopus ſum, epiſcopi munere fungor, apud comment. Dionyſ. Areop. Επισκοπεῖον, τὸ, habitatio epiſcopi.

Decomp. Αλλοτριοεπίσκοπος, alienarum rerum inſpector. 1 Pet. 4.

Ανεπίσκεπτος, inconſideratus. Xen. Ανεπισκέπτως, inconſideratè.

Παντεπίσκοπος, omnium rerum inſpector. Epith. Dei apud D. Areop.

Παρεπισκοπέω, ſeórſim penſito, ſeu conſidero, vel obiter conſidero. Plut.

Συνεπισκέπτομαι, vnà inſpicio, ſeu vnà luſtro & recẽſeo: in qua ſignif. ſumitur paſſiuè συνεπεσκέπησαν. Numer. c. 11. Item vnà conſidero & diſpicio. Plat.

Χωρεπίσκοπος, regionis inſpector Baſil. In canonibus Græcis, exp. vicarius epiſcopi, vicarius epiſcopus.

Κατασκέπτομαι, ſpeculor: idem quod σκοπιάζω. Xen.

Κατάσκοπος, ſpeculator, viſor. Thuc.

Κατασκοπικὸς, ſpeculatorius, exploratorius: vt κατασκοπικὸν πλοῖον, nauis quæ explorandi cauſa præmittitur: à Cic. lib. 5. ep. Att. vocatur κατασκόπιον.

Κατασκοπὴ, ſpeculatio, idem cum σκοπή. Xen. pæd. 6. Exponitur & ſpecula.

Κατασκοπεύω, exploro, ſpeculor. Maccab. lib. 1.

Κατασκοπῶ & κατασκοπεύομαι, ſpeculor, inſpicio, oculis perluſtro. Eurip. & Xen.

*Πολύσκεπτος, valde circumſpectus, prudens. Arat.

Προκατασκέπτομαι, (decomp.) præmiſſus ſpeculor ſeu exploro. Herodot. l. 8.

Περισκέπτομαι, circumſpicio, cõſidero. Περιεσκεμμένος, cõſideratus, circumſpectus, cautus: tam de re quàm de homine. Luc. de conſcrib. hiſt.

Περιεσκεμμένως, circumſpectè, conſideratè, cautè & prudenter: in Axiocho.

Περίσκεπτος, qui circumcirca luſtrari oculis poteſt: excelſus, editus, altus. Od. α.

Περισκοπέω, ῶ, circumſpicio, oculis circumluſtro.

Περισκοπεύω, ῶ, idem.

Περισκόπησις, circumſpectio: qua aliquid oculis circumcirca luſtratur.

Απερίσκεπτος, (decomp.) non circumſpectus, inconſideratus. Thuc. l. 4. Απερισκέπτως, inconſideratè, imprudenter. Syneſ.

Προσκέπτομαι, proſpicio, vel prius conſidero. Herodot. προσκέπτομαι πάντα, omnia rimor & conſidero. Apud Thuc. l. 8. καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προεσκέπτετο, præmeditati ad dicendum venerant.

Πρόσκοπος, ſpeculator ſeu explorator qui præmitti ſolet, emiſſarius, apud Suid.

Προσκοπέω, ῶ, prouideo, proſpicio. Thuc. προσκοπῶ τὰ κοινὰ, in commune proſpicio. Apud Eurip. in Med. προυσκεψάμην τὸ σὸν, conſulo tuo commodo, tibíq; proſpicio. Προσκέψις, prouiſio, proſpectio.

Απρόσκεπτος, (decomp.) improuiſus, conſideratus.

Απροσκέπτως, inconſideratè, apud Athen.

Compoſita ſine præpoſitione, ac primùm retinentia πτ.

Αξιόσκεπτος, dignus conſideratione ſeu animaduerſione: conſiderandus. Xen.

Ασκεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, inconſideratus, non circumſpectus.

Ασκέπτως, non circumſpectè, inconſideratè, inconſultò & temerè. Ariſtot.

Compoſita ex σκοπὸς, ac primùm pro ſpeculatore ſeu inſpectore: itidem ſine præpoſ.

Αεροσκοπία, ἡ, diuinatio ex inſpectione aëris, ſeu aëriæ conſtitutionis.

Αλαοσκοπιὰ, ἡ, cæca ſpeculatio. Il. κ. & ν.

Αλφιτοσκόπος, ὁ καὶ ἡ, qui vel quæ ex inſpectione farinæ vaticinatur: q. d. farinæ inſpector aut inſpectrix. Heſych. in Αλφιτόμαντις.

Ασκοπος, inconſideratus, nõ circũſpectus. Il. ω. Plut. in conſol.

conſol.ad Apollon. Item paſſiuè,qui conſideratione & mente attingi non poteſt,cogitatione imperceptus.Interdum exp.inopinatus, inexpectatus:vt ἄσκοποι πέρ᾽ἀγες,apud Soph.in Aiace. Vide & in ſequenti claſſe compoſ.

Ἀσκόπως, inconſideratè, non circumſpectè, re non bene perpenſa.Poll.l.6.

Ἀστεροσκόπος,ſtellarum contemplator.

Βατιδοσκόποι, qui auidius inhiantes ταῖς βατίσι, eas in foro piſcatorio intentiore oculo perſequuntur,mo dò huc modò illuc reſpectantes.Ariſtoph.

Εὔσκοπος,conſideratus,circumſpectus,prouidus.Exponitur & paſſiuè,aptus videri.Apud Ariſtot.hiſt.an.l. 9.εὔσκοπος τόπος,exp.opportunus locus.

Ἡλιοσκόπος,ſolem ſpectans.Sic nominatam eſſe tithymali ſpeciem quandam,quoniam comas cum ſole circumagit,autor eſt Dioſc.l.4.c.165.

Ἡμεροσκόπος,diurnus ſpeculator,qui diurnas excubias agit.Xen.& Ariſtoph.

Ἡμεροσκοπεῖον, q.d.diurnæ ſpeculationis locus: nomen oppidi,apud Strab.

Ἡπατοσκόπος,ου,ὁ καὶ ἡ, q.d. qui inſpecto victimæ iecinore futura prædicit:haruſpex,extiſpex.

Ἡπατοσκοπία, iecinoris inſpectio, haruſpicina,ſiue haruſpicium:extiſpicina ſiue extiſpicium. Herodian. l.8.

Ἡπατοσκοπέω,ῶ,iecur inſpicio,apud Ezech.

Θεατροσκοπία,theatralis ſpectatio.Syneſ.ep.54.

Θηροσκόπος,feras obſeruans, feris inſidians:epitheton

1486 Dianæ.apud Hom.hymno in eam.

Θυννοσκόπος,qui thynnos obſeruat & captat.Plut.

Θυννοσκοπία, thynnorum ſpeculatio & captatio. Et metaph.accurata, & inconueniens obſeruatio:quoniam piſcatores thynnos intenta oculorum acie ſpeculantur quo pacto tridente figant.

Θυννοσκοπεῖον,locus thynnorũ ſpeculationi aptus.

Θυννοσκοπέω,thynnos ſpeculor & capto. Et metaph. ſpeculor intentis oculis,accuratè obſeruo: (more eorum qui thynnos captant.) Ariſtoph.in Equit.

Θυοσκόπος,aruſpex,qui inſpectione hoſtiæ viſcerum futura prædicit.Eurip.in Rheſo.

Ἱεροσκόπος, (q.d. ſacrorum inſpector) idem quod θυοσκόπος.

Ἱεροσκοπία,aruſpicina.

Ἱεροσκοπῶ, aruſpicinam factito ſeu exerceo,aruſpicis ſacerdotio fungor.Heſych.

Ἰχνοσκοπῶ,alicuius veſtigia luſtro.Plut.

Ἐξιχνοσκοπέω,(Decomp.)idem Soph.

Κεραυνοσκοπεῖον, alta machina in ſcena, verſatilis, inſtar ſpeculæ,ex qua fulminum iactus exhibebant. Poll.l. 4.c.19.

Λιμενοσκόπος,portuum inſpector.Callim.

Μετεωροσκόπος,ſublimium rerum(i.cæleſtium) ſpeculator. Accipitur & pro curioſo ac inutili rebus gerendis.apud Plat.

Μετεωροσκοπική, aſtrologiæ pars quæ eleuationum differentias aſtrorúmque diſtantias exquirit.

Μετεωροσκοπῶ, ſublimia ſpeculor. Item cœlum intueor.Ariſtoph.in Pace.

Μετωποσκόπος, q. d. frontiſpex: frontis inſpector, qui hominis ingenium diiudicat ex fronte, indéque futura auguratur.Plin.lib.35.c.11.

Μηλόσκοπος,vnde pecora ſeu oues conſpici poſſunt: vt κορυφὴ μηλόσκοπος.Hom.

Μορφοσκοπῶ,formas ſpecto.

Διαμορφοσκοπέω, (Decomp.) formas ſpecto inter aliquos,de forma aliquorum ex diligenti inſpectione iudex ſedeo. Athen.l.5.

Μωμοσκόπος,qui reprehenſoris animo obſeruat.

Μωμοσκοπῶ,reprehenſoris animo conſidero.Greg.

Οἰωνοσκόπος,auſpex, qui auium volatus & paſtus inſpicit,ex iiſque auguria accipit.

Οἰωνοσκοπικὸς,ad auſpicem pertinens,auguralis.

Οἰωνοσκοπία,auſpicium, auguriũ,i.auium inſpectio diuinatióque ex earum volatu,garritu aut paſtu.

Οἰωνοσκοπεῖον, locus vbi auſpices cõſident & augurium agunt:auguraculum.

Οἰωνοσκοπεῖν,augurium ago.Eurip.in Bacch.

Οἰωνοσκοποῦμαι,idem.

Ὁπλοσκοπία,armorum inſpectio.Philo.

Ὀρνιθοσκόπος,idem cum οἰωνοσκόπος Ammon.

Ὀρνεοσκόπος,idem.

Ὀρνεοσκοπέω,augurium ago,auium volatus & garritus obſeruo,futura ex iis augurans.

Οὐρανοσκόπος,qui cœlum contemplatur.Sic & vocatur piſcis ab oculo quem in capite habet,apud Athen.l. 7.& Plin.l.32.c.7.

Παλμοσκόπος, qui contemplatur παλμὸν, & ex eo diuinat.

Πανσκόπος,omnia ſpeculans,omnia cernens.Ep.

Σπλαγχνοσκόπος,extiſpex qui exta ſeu viſcera victimæ cæſæ inſpiciens, ex eorum colore aut qualitate futura coniicit & prædicit.

Τερατοσκόπος,qui portẽta inſpicit & interpretatur: qui ex oſtentorum inſpectione futura prædicit. Suid. Pro eodem per ſyncopen dicitur τερασκόπος, apud Eurip.in Bacch.

Τερατοσκοπία,diuinatio ex portentorum inſpectione,ſeu ſcientia quæ è monſtrorum inſpectione futura auguratur.Poll.

Τηλέσκοπος,qui è longinquo videtur, procul apparens.Heſiod.in Theog.Τηλεσκόπος, qui longè oculorum ſuorum aciem porrigit, cernens maximo etiam interuallo à ſe diſtantia.Ariſtoph.in Nub.

Ὑδροσκόπος,aquarum ſpeculator, qui ſpeculatur,rimatúrque vbi aquæ lateant.

Ὑδροσκοπικὸν,ſ.γράμμα,liber docens quomodo quis ſpeculari rimaríque poſſit vbi aqua lateat,& quo in loco fodiendum ſit,vt aquam reperias.Geopon.l.2.

Ὑδροσκοπέω ſeu ὑδροσκοπέομαι,ſpeculor, rimórque vbi aqua lateat,aquas indago.Ibidem.

Ὑδροσκόπιον,dicitur eſſe cleplydræ genus, qua horæ diſcernuntur,apud Syneſ.ep.15.

Χειροσκόπος,manus ſeu manuum inſpectus,qui ex inſpectione manuum diuinat.Suid.

Χειροσκοπικὸς,ad artem χειροσκόπου pertinens.

Ὡροσκόπος,qui horas vel horarum rationem obſeruat: & peculiariter,qui natalem,ſeu natalitiam alicuius horam conſiderat,& inde futura prædicit. Heſych. & Suid.Sic & aſtrologis dicitur ea pars cœli quæ genituræ tempore ab orientali parte cœli emergit in hemiſphærium noſtrum, & ortus appellatur: ex cuius obſeruatione natalitia prædicta fiunt.Ὡρόσκοπος verò in quo horæ conſiderantur ſeu videntur: vt ὡρόσκοπα ἀγγεῖα.Plin.l.2.cap.71.

Ὡροσκοπέω,horas conſidero & noto:& peculiariter horas natalitias. Dicitur & ὡροσκοπῶν ἀστὴρ,natalitia ſtella.Baſil.in Hexam. hom.6. 1487

Ὡροσκοπία,ἡ,conſideratio & notatio horarum, præſertim natalitiarum: ſcientia diuinandi ex inſpectione horæ ſiderúmque natalis.

Ὡροσκοπεῖον,τὸ,inſtrumentum ſeu machina quæ horarum rationem aſpicientibus commonſtrat.Item, inſtrumentum in quo natalitias horas notant & conſiderant aſtrologi Baſil.ibidem.

Compoſita ex σκοπὸς ſcopus.

Ἀπόσκοπος,ὁ καὶ ἡ,à ſcopo remotus,vel aberrans. Et metaph.abſurdè & à propoſito alienus.

Ἀποσκοπέω, intueor ſcopum vel aliquid tanquam ſcopum.Ariſtot.& Dionyſ.theol. cum εἰς.

Ἄσκοπος, ſcopum ad quem tendat non habens: ſeu ad nullum certum ſcopum tendens. Luc.in Tox. Exp. etiam,cuius nulla eſt effigies. Apud Suid.

Ἀσκόπως,ita vt aberres à ſcopo.Poll.

Ἐπίσκοπος, ad ſcopum tendens. Heſych. Aliam ſignif. vide in prima claſſe compoſit.

Ἐπισκόπως & Ἐπισκόπως, (aduerbia iter) tendendo ad ſcopum ſeu tanta arte vt à ſcopo non aberres. Alcidam. & Themiſt.

ΣΚΕΠΩ, tego, velo, operio. Herodian. l. 5. τὴν κεφαλὴν ἀεὶ σκέπων, ſignificat & prætexo.

Σκέπομαι, tegor, operior. Alex. Aphr.

Σκέπη, ης, ἡ, tegumentum, tegmen. Phil. de vita M. lib. 3. Item corporis integumentum. i. veſtis. Greg. Naz. μετὰ δὲ τῆς στολῆς στέγης σκέπης, τροφῆς. Exp. etiam prætextus, apud Herodot. Apud eundem pro σκιῇ, & δέρματι vſurpari tradit Suid. Exp. etiam, tutamen, præſidium.

Σκεπηνός, munitus, tectus.

Σκεπάω, & σκεπάζω, idem quod σκέπω. Theocr. Xen. Dioſc. Pro σκεπάω poeticè σκεπόω dicitur. Od. ν.

Σκεπάομαι & σκεπάζομαι, tegor, &c. Xen.

Σκέπασμα, τό, tegumentum, tegmen, operimentum. Ariſtot. polit. 7. c. 17. Pro eo poeticè dicitur σκέπας indeclinabiliter. Od. ζ. & η. Et pro σκεπάσματα σκέπα: apud Heſiod. in Erg.

Σκεπαστής, οῦ, ὁ, qui tegit. Item protector, defenſor.

Σκεπαστικός, ὁ, tegendi & operiendi vim habens: aut qui libenter tegit & protegit.

Σκεπαστήριον, τό, opertorium. Pro quo per ſyncopen dicitur σκέπαρον. At σκεπαστὴρ ἡ, dicitur faſciæ quoddam genus ad operiendum & deligandum caput: apud Galen.

Σκεπαστός, ὁ, tectus, opertus. Σκεπαστοὶ dicuntur lecticæ opertæ pellibus. Hieron. comm. in Eſ.

Σκέπανον, τό, idem cum σκέπη & σκέπασμα. Suid.

Compoſita.

Ἀνεμοσκέπης, εος, ὁ καὶ ἡ, à vento tegens: aduerſus ventorum iniuriam factus. Il. π.

Ἀποσκέπω, detego. Heſych. Ἀποσκεπάζω, idem.

Ἀσκεπής, qui tectus opertúſque non eſt.

Ἄσκεπος, idem. Ἀσκέπαστος, pro iiſdem.

*Ἀσκέπαστος, ὁ, ἡ, ſine operimento Dioſ.

Ἐπισκέπω, ſupernè intego & operio, intego. Epigr.

Ἐπισκεπής, ſupernè tectus. Ariſtot.

Εὐσκεπής, bene tectus, ſeu protectus. Theophr.

Καταςκεπάζω, protego.

Περισκέπω, circumtego, circumquaque obtego.

Περισκεπής, circumtectus. Dion. de ſitu orb.

Περισκεπάζω, circumoperio, adoperio, adumbro.

Συσκεπάζω, cooperio, contego.

Φιλόσκεπος, tegmine gaudens. Theophr.

ΣΚΕΥΟΣ, εος, τό, vas: παρὰ τὸ κεύθω, τὸ κρύπτω. Etym. Interdum & inſtrumentum. Plut. τὰ ἀμφὶ θυσίαν σκεύη. Xen. pæd. 4. τὰ τῶν ἵππων σκεύη & πολεμικὰ σκεύη, apud Thuc.

Σκευάριον, τό, vaſculum. Ariſtoph. & Plut. Τὰ σκευάρια, quæuis vtenſilia.

Σκευόω, ῶ, ſuis σκεύεσι inſtruo: vnde σκευοῦσθαι. Heſych. exp. ἑτοιμάζεσθαι.

*Νεόσπορος,qui recenter ſeminatus eſt.Æſchyl.

Παρασπείρω. ſemino iuxta ſeu apud. Παρασπειρόμενον, conſitum & interſitum.Alex.Aphr.

*Παρασπορὰ,diſperſio Galen.

Περισπείρω,q d circumquaque ſero vndique ſemino. Impropriè apud Eurip. Hermione Andromachen hac conditione mortem euaſuram eſſe dicit, ſi domum ipſi verrat,famulæ inſtar, ἐκ χρυσηλάτων τευχέων περισπείρουσα Αχελῴου δρόσον,i humum aqua perſpergens ex aureis vaſis

Υποσπείρω,occultè ſero ſeu ſemino.

Compoſita ſine præpoſitione,ac primùm partim ex σπέρμα,partim ex ipſo σπείρω.

Αγγειόσπερμος,vel ἀγγειοσπέρματος ὁ καὶ ἡ,vaſculo ſiue vaſculis ſemen incluſum habens.Theophr.

Εναγγειοσπέρματος (decomp.)pro eodem.

Ασπερμὸς,ſemen nullum producens. Theophr. Item prole carens & nepotibus.Il.υ.

Γυμνόσπερμος, ſeu γυμνοσπέρματος,cuius ſemen nudum eſt.Idem Theophr.

Ελλοσπέρματος,cui ſemina in folliculo ſunt ſurculacea. Idem Theophr.

Εμφλοιοσπέρματος,cuius ſemina cortice obducta ſunt.

Εμφλοιοσπέρματα,ſemina quæ in cortice ſunt.

Ενυμενόσπερμος,ſemen habens membranis intectum.

Κακόσπερμος, malè ſementans , malum ſemen ferens. 1516
Theophr.hiſt pl.l.7.c.4.

*Λεπτόσπερμος,qui minutum ſemen ſeu tenue habet. Dioſc.

Λιθόσπερμον,τὸ, lithoſpermum,herba ſic dicta ob ſeminis lapideam duritiem.Dioſc.l.3.c.158.

Μικροσπέρματος,paruum ſemen ferens.

Ολιγόσπερμος, parum ſeminis ferens.Th. Item parum ſeminis emittens:de animante dictum.

Πανσπερμία, ἡ, omnifaria ſeminum mixtio. Ariſtot.Item ſemina omnis generis permixta , ſeu muſcella omnis generis ſeminum Plut.

Πολυσπερὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, q.d.multùm ſparſus ſeu diſſeminatus , hominum eſt epitheton apud poetas , quoniam per diuerſos terræ tractus ſunt ſparſi: vt apud Hom.Il. β. Αλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων. Exp. etiam actiuè fœcundus, latè genus ſuum propagans apud Plut.ex Emped.

Πολύσπερμος,multum ſeminis ferens , abundans ſemine.Theophr.Item (de animante dictum) copioſè fundens ſemen.

Πολυσπερμία,ἡ,affluentia ſeminis genitalis.

Χρυσόσπερμον, dicitur à nonnullis ſedum maius,ab aureo ſeminis colore.in App.Diſ.

Compoſita ex σπαρτὸς, itidem ſine præpoſitione.

Ασπαρτος,ὁ καὶ ἡ,non ſatus ſeu ſeminatus.Od.ι Item qui non ſeminatur,ſeu cui ſemen non committitur: vt ἄσπαρτος γῆ,ibidem.

Ασπάρτως,ſemente non facta,citra ſationem.

Πυρίσπαρτος,in quo ignes ſparſi ſunt.in Epigr.

Compoſita

Compoſita ex σπορὰς, aut σπορὰ, itidem ſine præpoſitione.

Ἀγχίσπορος, ὁ καὶ ἡ, è propinquo ſanguine ſatus, propinquus, conſanguineus. Suid.

Ἄσπορος, idem quod ἄσπαρτος. Plut. Exp. & ſeminis expers, ſegete carens. Heſych. Item ſemen præparcè reddens, ideóque non conſerendus ob ſterilitatem Luc.

Βαθύσπορος, qui profundè ſeritur. Item in quo profundæ ſationes fieri poſſunt.

Δεκάσπορος, in quo decem ſementes factæ ſunt. i. decem illis. Eurip. in Troad.

Εὔσπορος, ſiue ἐύσπορος, fœcundus ſeminis.

Θηλύσπορος, fœmininus. Æſchyl.

Μανόσπορος, rarè ſeminatus, non ſpiſſè nec denſè.

Μανοσπορέω, rarè ſemino. ſemen rarè ſpargo.

Μηλόσπορος, malis conſitus. Eurip.

Ὁμόσπορος, ſimul ſeminatus ſeu ſatus. Item eadem ſtirpe ſatus, eodem ſanguine natus, frater vel ſoror apud Eur. Item actiuè, qui cum eadem muliere rem habet cum qua alius. Soph.

Ὀψίσπορος, qui ſerò ſeu tardè ſeritur: vel ſerò ſerendus. Theophr. hiſt. pl. lib. 8.

Ὀψισπορέω, ſerò ſementem facio, tardè ſero. Idem.

Παιδοσπορέω, liberos procreo, liberos gigno. Et generaliter, gigno, genero.

Πολύσπορος, ſatu vel ſemine abundans, ſegete abundans. Oppian de venat. lib. 3.

Πρωΐσπορος, qui maturè ſeritur vel præmaturè ſerendus. Theophr. hiſt. pl. lib 8.

Πρωϊσπορέω, præmaturè ſero, maturè ſemino.

Πρωτόσπορος, primus ſeminatus, primò ſatus. Apud Nonn. γάμος dicitur βίου πρωτόσπορος ἀρχὴ, i. principium & ſeminarium vitæ. Πρωτοσπόρος, qui primus ſerit aut ſeuit.

Πυκνόσπορος, denſè ſatus, denſè ſeminatus.

Πυκνοσπορέω, denſè ſero, denſè ſemen ſpargo.

Πυκνοσπορέομαι, denſè ſeror. Theophr.

Τεκνοσπορία, liberorum procreatio. Epigr.

Φυτοσπόρος, plantam ſeu ſtirpem ſerens. Et metaph. prolem procreans. Epigr.

Χειμόσπορος, hyeme ſatus. Theophr.

Χειμοσπορέω, hyeme ſemino.

Χειμοσπορούμενος, qui hyeme ſeritur.

ΣΠΕΛΕΘΟΣ, ου, ὁ, ſtercus, excrementum, fimus, idem quod σκώρ. Ariſtoph. Pro eodem ſcribitur & πέλεθος apud eundem. Reperitur & σπέλθος apud Athen. lib. 15. quæ ſcriptura putatur eſſe mendoſa.

Ὑοσπέλεθος (comp.) ſuccerda, ſtercus ſuillum. Poll.

ΣΠΕΝΔΩ, (F. σπείσω, tanquam à σπείδω) libo: i. vino, lacte, aut ſimili liquore diis ſacrifico. Plut. in Num. μὴ σπένδειν τοῖς θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. Cum genit. Herod. an. l. 5. οἴνου σπένδωσι. Apud Ariſtoph. au-

1517 tem, σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος, ſubaud. κρατῆρα. ¶ Item paciſcor, fœdus ineo ſeu percutio: quod ſacrificiis & libationibus intercedentibus fiebat. Herodian. l. 5. ἐν οἷς σπείσαντες, &c.

Σπένδομαι, ſacrificor, mactor & immolor: in ep. ad Philip. c. 2. Item ſpondeor. Et actiuè idem quod σπένδω, libo. Iliad. ι. Item paciſcor, &c. Cum dat. perſonæ Thuc. οὐκ ἐσπείσαντο τοῖς Ἀθηναίοις. Cum dat. rei, τῇ πρεσβείᾳ σπένδεται, cum legatione ſeu legatis paciſcitur. Æſchin. cum accuſ. Dem. σπεισάμενοι εἰρήνην αὐτοῖς. Et cum πρὸς, Plut. in Theſ. σπεισάμενος πρὸς αὐτήν. fœdere cum ipſa percuſſo. Præt. ἔσπεισμαι paſſiuè vſurpatur: vt apud Thuc. l. 3. Μαντινεῦσι καὶ οἷς ἔσπειστο. Sic & aor. 1. ἐσπείσθην, apud Plut. Et τὰ ἐσπεισμένα, pacta conuenta.

Σπονδὴ, ῆς, ἡ, libatio. Xen. Item libamen, libamentum: i. vinum quod libatur. Eurip. Peculiariter σπονδαὶ dicuntur libationes quæ fœderibus & induciis ſanciendis adhibentur. Et frequentiùs ſic ipſæ induciæ & fœdera appellantur, intercedente libatione ſancita: vt Xen. Hell. 3. πότερα βούλεται σπονδὰς ἔχειν ἢ πόλεμον, velítne inducias an bellum. Sic & apud Thuc. Plut. Herodian. &c.

Σπονδεῖον, τὸ, vas quo vinum libant in ſacrificiis, aut conuiuiis: teſte Pol. & Athen.

Σπονδεῖος, ὁ, qui libationibus adhiberi ſolet: vt σπονδεῖον μέλος, apud Poll. l. 4. c. 10 quod etiam erat quarta pars τοῦ πυθικοῦ νόμου τοῦ αὐλητικοῦ, ſignificans ipſam victoriam Apollinis. Item σπονδεῖος πούς, pes apud metricos ſic dictus quòd in libationibus metro ex tali pede conſtanti vti ſolerent. Schol. Hephæſt. vnde comp. Δισπόνδειος, geminus ſpondeus. & Ὁλοσπόνδειος στίχος, verſus ex ſolis ſpondeis conſtans.

Σπονδειακὸν μέτρον, ſpondeis conſtans.

Σπονδίτης, ου, ὁ, idem ferè cum σπονδεῖος. Fœm. σπονδῖτις, vt σπονδῖτις σταγών, ſtilla quæ inter libandum è patera effunditur. Suid. ex Etym.

Σπονδιεῖς, οἱ, qui vinum pateris libant. Heſych.

Σπονδάζομαι, proprium reddo.

Compoſita, ac primùm cum præpoſitione.

Ἀποσπένδω, libo, libamina ſeu libamenta perago. Od. γ. ἀποσπένδων ἐνὶ οἴκῳ. Antiphon, ἐπειδὴ ἀπέσπεισαν. Significare etiam videtur, libamina diis offerenda tanquam inutilia in terram effundo: apud Eurip. in Ione, ὡς δ' ἀπέσπεισαν μέθυ: vbi vinum diis libandum terræ dederant.

Ἀπόσπονδος, excludendus ſeu alienus ἀπὸ τῶν σπονδῶν. Piſides apud Suid.

Ἐκσπένδω, idem cum ἀποσπένδω, in poſteriori ſignif. libamina effundo. Eurip.

Ἔκσπονδος, ὁ καὶ ἡ, excluſus à fœdere vel à ſocietate. Dem. Item fœdifragus: apud Suid. Item qui eſt contra τὰς σπονδάς. Dionyſ. Halic. l. 2. c. 98. Exp. etiam immunis à fœdere, qui nullo fœdere tenetur.

Ἔνσπονδος, fœdere iunctus, confœderatus. Propriè ἔνσπονδοι dicũtur qui à bello fiunt amici, teſte Schol. Thuc. & Suid. Conſtruitur cum genit. apud Thuc. & Cum dat. apud Appian.

Ἐνσπόνδως, more confœderatorum.

Ἐπισπένδω, libo, infundo ex patera. Plut.

Ἐπισπένδομαι, idem quod σπένδομαι. Thuc.

Ἐπίσπεισις, ἡ, libatio, libamen.

Ἐπισπονδὴ, fœdus. induciæ Thuc. l. 5.

Κατασπένδω, perfundo libamine, ſeu libamento. Plut. Apud Eur in Oreſt. δακρύοις κατασπένδω σε, lachrymis te perfundo, i. lacrymis tibi libo. Et pro ſimplici σπένδω apud Appian.

Κατάσπεισις, perfuſio eiuſmodi qua hoſtia ſolet perfundi. Plut.

Ἐπικατασπένδω (decomp.) libo deſuper.

Παράσπονδος, fœdus & pacta tranſgrediens, qui fit cõtra fœdus & pacta. Thuc.

Παρασπόνδως, contra fœdera & pacta, perfidè.

Παρασπονδέω, contra fœdus facio; violo pacta & conditiones fœderis. Demoſt. Et tranſitiuè, contra fœderis fidem violo. Plut in Syll. κατέστησεν ἑαυτὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ παρασπονδῆσαι ἕτερον.

Παρασπονδεῖσθαι, dicitur qui perfidè violatur. Plut.

Παρασπόνδημα, τὸ, facinus fœdere violato perpetratum, ſeu fœdus violatum. Plut.

Παρασπόνδησις, ἡ, violatio fœderis.

Ὑπόσπονδος, aliquid aliquis facere dicitur, quum accepta ab hoſte fide, aut eo cui nõ dedit id facit. Thuc. l. 6. ἐχώρει ὑπόσπονδος εἰς Σίγειον. Plut. in Solon. ὑποσπόνδους ἀφῆκε, data eis fide.

Συσπένδω, ſimul libo. Æſchin.

*Σύσπονδος, qui eiuſdem libaminis particeps eſt. Æſchin.

Compoſita citra præpoſitionem.

Ἄσπειστος, ὁ καὶ ἡ, nullas σπονδὰς admittens, irreconciliabilis Suid.

Ἄσπονδος, fœderis ſeu induciarum expers. Thuc. Itē idem quod ἄσπειστος, qui nullis σπονδαῖς poteſt diri mi: vt ἄσπονδοι πόλεμοι, apud Dem. & Æſchin.

Ἀσπονδεὶ, ſine amicitia: item abſque ſacrificiis: ſeu non adhibendo libationes & ſacrificia. Suid.

Ἀσπονδέω, fœdus aut inducias non ſeruo, vel non admitto. Heſych.

Μελίσπονδος, in quo diis melle libatur. Plut.

Οἰνόσπονδος, in quo vinum libatur. Suid.

Ὁμόσπονδος, libaminum conſors. Item fœdere iunctus, confœderatus. Dem

Ὑδρόσπονδα, ſacra quædam in quibus aqua fiebant libationes. Porphyr

ΣΠΕΟ Σ, εος, τὸ, ſpecus, ſpelunca, antrum. Il. δ. ... σπέος ἤλασε μῆλα. Dicitur & σπεῖος per epentheſin literæ ι apud Heſiod.

Σπήλαιον, ου, τὸ, idem quod σπέος, ſpelæum, ſpecus, ſpelunca. Luc. Dicitur etiam σπῆλυγξ, fœ. gen. apud poetas.

Σπηλαιώδης, ſpeluncæ formam habens. Pro eodem ſcrib. σπηλώδης, apud Poll.

Σπηλάδιον, parua ſpelunca. Poll ex Theop.

ΣΠΕΡΧΩ, vrgeo, premo, propello & feſtinare cogo Odyſſ. γ. Νῆα κυβερνῆσαι ὁπότ' ἂν σπέρχοιεν ἄελλαι. Exp. & neutr. feſtino. Item iraſcor. Heſych.

Σπέρχομαι, vrgeor, propellor, progredi feſtinanter cogor. Od. ν. Et neutr. feſtino, propero. Od. ι. Σπερχόμενοι ... ἐπιβαινέμεν ἀκτάων. Exp. etiam, fugor, apud Nic. in Ther. Item ira concitor: apud Callim.

Σπερχνδὸν, in modum eorum qui σπέρχονται, aut σπερχόμενοι, validè. Heſy.

Σπερχνὰ, idem quod σπερχνῶς: vnde σπερχνόμενος, qui vrgetur & propellitur. Erotian.

Σπερχνὸς, ὁ, feſtinus, præproperus, celer: vel cum impetu & velociter irruens. Heſiod. Exp. etiam, ſtudioſè incumbens alicui rei. Heſych.

Compoſita.

Ἀσπερχὲς, inceſſanter, ſine intermiſſione. Od. α. & Il. π. Exp. etiam, ſedulò, ſtudioſè.

Ἐπισπέρχω, idem cum σπέρχω. Il. ψ.

Ἐπισπερχὴς, incitatus, feſtinus, ſtudioſè aliquid properans. Ariſtot. in Phyſiogn.

Ἐπισπερχῶς, ſtudioſè, properanter. Heſych.

Κατασπέρχω, idem cum ἐπισπέρχω, impello, vrgeo, citatu gradu progredi cogo. Thuc.

Περισπέρχω, in orbem currere cogo, circũcurſare cogo, aut ſurſum deorſúmque currere. Heſych.

Περισπερχὴς, ſupra modum vrgens. Soph.

ΣΠΕΥΔΩ. F. σω. feſtino, propero. Iſocr. δεῖ σπεύδειν καὶ μηδεμίαν ποιεῖσθαι διατριβήν. Interdum cum præpoſitione ſignificante motum ad locum. Heſiod. in Erg. Εἰς ἄστυ σπεύδοντ'. Sic Thuc. Cum præpoſit. ſignificante motum de loco. Euripid in Iph. Aul Σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι. Interdum cum infinit. Plut. in Cam. ἔσπευδε ... τὸν καιρόν. Sæpe cum accuſ. Od. τ. Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, nuptias properant ſeu vrgent. Thuc. σπεύδω τὴν ἡγεμονίαν, ad principatum propero. ¶Exp. etiam actiuè, incito, inſtigo, citato gradu progredi iubeo.

Σπεύδομαι, adhortor, incito: vnde σπεύσαντο. Heſych. exp. παρεκαλέσαντο. Et paſſiuè incitor, inſtigor: vnde σπεύδεται eidem eſt ἐρεθίζεται.

Σπευστικὸς, ὁ, feſtinator, qui properare ſolet. Ariſtot.

Σπουδὴ, ῆς, ἡ, feſtinatio, acceleratio. Vnde διὰ σπουδῆς, μετὰ σπουδῆς, κατὰ σπουδὴν, ὑπὸ σπουδῆς, feſtinanter, properanter, apud Xen. Thuc. Plut. ¶Item ſtudium, diligentia: Xen. Pæd. 4. πολλὴ ἡ σπουδὴ τὰ παρηγγελμένα ἐπιτελεῖν. Dicitur σπουδὴν ἔχειν, & τίθεσθαι, diligentem eſſe, operam ſuam & ſtudiũ ponere, apud Eur. in Oreſt. & Soph. & aliquid ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, apud Plut. in Solon. Sic σπουδὴν ποιεῖν ſeu ποιεῖσθαι, vel ſequente ὅπως, vt apud Dem. vel cum infinit. vel cũ præpoſit. περὶ, apud Iſocr. Dem. Syneſ. &c. Dicitur & ὑπὸ σπουδῆς, κατὰ σπουδὴν, & μετὰ σπουδῆς, diligenter, enixè, ſtudioſè, apud Ariſtot. & Plut. ¶Interdum σπουδὴ abſolutè dicitur pro ἡ περὶ τὰ καλὰ σπουδὴ, vel ἀρετὴ, vt apud Soph. in Oedip. tyr. Σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία. ¶Item σπουδὴ, ſtudium, i. amor & iuuandi prompta voluntas. Herodian. lib. 2. & 5. ¶Item dictum ſerium, ſtudium vel labor ſerius. Ariſtot. rhet. 3. δεῖ τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα, σπουδῇ. vnde ἀπὸ σπουδῆς, μετὰ σπουδῆς, ſeriò. Iliad. η. Et σπουδὴν ποιεῖν, ſerium eſſe, ſeu ſeriò fieri putare. Ariſtoph. in Ran. 1519

Σπουδῇ, aduerbialiter vſurpatur in omnibus ſignificationibus. Prioris exempla ſunt Odyſſ. ο. & apud Herodian. l. 7. Poſterioris, apud Plat. in Charm. & Thucyd. li. 2. Interdum tamen exp. magno cum labore, vix, ægrè, vt apud Galen. σπουδῇ γ' ἀκίνδυνον ἁμαρτεῖν τοῖς κάμνουσι γένοιτο, vix ſine diſcrimine peccari poteſt in morbo. In poſtrema ſignific. (pro ſeriò) vſus eſt Xenoph. Pæd. 4. Plat. de leg. Plut. in Per

Σπουδαῖος, ὁ, ſtudioſus, diligens: vt ἀνδράποδον σπουδαῖον, apud Demoſt. Item bonus, probus: cui oppon. ὁ φαῦλος, apud Iſocr. ad Demon. & Xen. Pæd. 2. Item bonus, i. probatus, in ſua arte peritus, vt σπουδαῖος κιθαριστὴς, i. ὁ εὖ κιθαρίζων. Ariſtot. eth. 1. c. 7. Sic & res σπουδαῖαι dicuntur, bonæ, probatæ, laudatæ: vt σπουδαῖον μέλι, apud Dioſc. lib. 1. c. 181. & σπουδαῖον μύρον. Plut. in ſymp. ſep. ſap. Interdum ſignificat ὁ σπουδῆς ἄξιος, magno ſtudio affectandus: ſic dicitur δικαιοσύνη εἶναι σπουδαῖον, apud Plat. de rep. l. 1. ¶Item ſerius, cui oppon. γελοῖος, apud Xen. Pæd. 2. Sic & homo σπουδαῖος dicitur qui grauis eſt, nec in rebus leuibus aut ludicris operam ſuam ponit: apud Xen. Pæd. 2.

Σπουδαίως, diligenter, ſtudioſè: vnde σπουδαίως ἔχειν πρός τι, aut περί τι, ſtudere alicui. Ariſtot.

*Σπουδαιότης, diligentia. 3. Macc.

Σπουδάζω, f. σω, ſedulò ago, diligenter & ſtrenuè operam nauo, contendo, enitor. Ariſtoph. Interdũ cum participio conſtruitur: vt σπουδάζω διδάσκων, diligenter doceo Xen. in Oecon. Interdum cum infinit. Herodian. l. 1. μᾶλλον ἐσπούδαζε διεξελθεῖν, magis contendebat legere. Xen. in Apol. Socr. οὐ πάντα εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης ἐσπούδασα, non omnia dicere inſtitui. Interdum ſequente ὅπως: vt Dem. ἐσπούδαζεν, ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰσποιηθῇ αὐτῷ υἱός. Sæpe cum præpoſit. Cum περὶ, ſequente genit. Demoſth. περὶ δόξης μᾶλλον σπουδάζετε ἢ περὶ χρημάτων. Sequente accuſat. rei. Iſocr. τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων. Sequente verò accuſat. perſonæ exp. etiam, faueo, addictus ſum alicui: vt Herodian. l. 2 φασὶ περὶ τὸν Νίγρον ἐσπουδακέναι Sic & cum πρὸς habente accuſat. perſ. exp. colo aliquem, exhibeo me obſequioſum. Demoſt. in Ariſtot. ἐσπουδακότες πρὸς ὑμᾶς. Et cum εἰς, apud eundem, σπουδάζειν εἰς τὰ σά, fauere rebus tuis. Cum ἐπὶ Iſocr. ad Nicocl. ἐφ' αἷς γνώμαις μάλιστα ἐκεῖνοι ἐσπούδασαν. Datiuo etiam iungitur. vt Luc. σπουδάζοντες τοῖς παρασιτικοῖς, ſtudentes paraſiticis adulationibus. Cum accuſat. Galen. Therap. l. 9. δοξοσοφίας μᾶλλον ἢ ἀληθείας σπουδάσαι, quàm in veritate operam ſuam & ſtudium collocare. ¶Item σπουδάζω, ſeriò ago, loquor, aut dico. Iſocr. περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, in rebus ludicris ſeriò agens. Sic & apud Plat. & Xen.

Σπουδάζομαι, opera mihi nauatur, ſtudioſè expetor, in pro-

in precio habeor.Xen.Pæd.4.τοῖς μάλα ἐσπουδασμένοις σιτίοις χρῆσθαι, quæ ſtudioſè expetuntur. Sic apud Luc.Vulcanus dicitur σπουδάζεσθαι ὑπ' Ἀφροδίτης, i.ſtudioſè coli ab ea & amari. Apud Syn. de inſomn.ὅτου χάριν ἐσπουδάσθη ὁ λόγος,exp.cuius gratia inſtituta eſt oratio.

Ἐσπουδασμένως,bona fide.

Σπούδασμα,τὸ,ſtudioſè elaborata. Sophron. Item res quæ ſtudioſè fit & affectatur,ſeu cui ſtudetur. Greg. Pro eodem dicitur & σπούδαγμα,apud Heſyc.

Σπουδαστής,οῦ,ὁ,ſtudioſus.Greg.

Σπουδαστικός,diligens,ſtrenuam operam nauare ſolens. Ariſtot.rhet.2. Item qui ſerio ſermone delectatur Plat.

Σπουδάζω,incito,inſtigo:ὀτρύνω,ſchol.Hom.

*Σπουδιστικοὶ ἄρτοι, panum genus quoddam à feſtinatione dictum.Plin.

Σφεδανός,(quaſi σπεδανὸς:à σπεύδω,vt traditEuſt.)vehemens,feſtinus,intenſus.Heſych. Vnde σφεδανὸν aduerbialiter ſumitur, pro vehementer, acriter,apud Hom.Il.λ.π.& φ. Apud Suid. ὄμμα δ' ἑλίξας Βουχάπε σφεδανῶν ὀμβρίμων ἐκ χθύων,exp.σπερρῶν ἰσχυρῶν.Apud Nic.in Ther. σφεδανὸν κάρηνον, exp. aſperum,durum.

Compoſita,ac primùm ex σπεύδω.

Ἀντισπεύδω, contrà contendo, contrarium efficere enitor,repugno,obſiſto.Antiph.

Ἀποσπεύδω,dehortor,diſſuadeo, teterreo. Thuc.

Ἐπισπεύδω,accelero, propero,feſtino. Herodot. ἐπισπεύδων τοῖς ἱεροῖσι,ad ſacra feſtinans. Et tranſitiuè, feſtinare iubeo,vel cogo.Soph.in Elect.ἐπισπεύδειν τὸ δρᾶν.Item vrgeo,incito,adhortor.Herodot.

Συνεπισπεύδω,(*Decomp.*)vnà accelero.Suid.

Διασπεύδω,excito & properare iubeo.

Κατασπεύδω, idem quod σπεύδω. Æſchin.in Cteſiph. τὸ πρᾶγμα κατασπεύδων.Item tranſitiuè,premo,perterreo,conturbo.Dan c.4.

Κατεσπευσμένος, acceleratus, deproperatus. Κατεσπευσμένως,feſtinatò.

Compoſita ex σπουδὴ,σπουδάζω,&c.

Ἀξιοσπούδαστος,ὁ καὶ ἡ,dignus cui ſtudeatur, dignus qui ſtudioſè expetatur aut colatur.

Ἀποσπουδάζω,ſtudium & contentionem circa rem aliquam omitto, ſtudioſus rei alicuius eſſe deſino. 20 Exp.etiam,negligo,contemno.Cum genit.vt apud Plut.ὅμως δὲ οὐκ ἀπεσπούδαζε τῶν κοινῶν, non tamen negligebat rempubl.

Ἀσπουδὶ,ſine ſtudio,negligenter. Item ſine labore & negotio.Il.θ.ο.χ.

Ἀσπούδαστος, qui non ſtudioſè expetitur aut colitur:neglectus,contemptus.

Διασπουδάζω,expeto,do operam.Demoſth.

Ἐπισπουδάζω,feſtino,incito.item inſtigo.

Ἐπισπουδαστής,οῦ,ὁ,accelerator.

Κατασπουδάζω,ſtudeo,operam nauo,ſtudioſè affecto. Apud Naz. κατεσπουδάσαμεν τοῦ υἱοῦ, filij ſategimus, de filio anxiè laborauimus.

Κατεσπουδασμένως,idem quod ἐσπουδασμένως.

Κενόσπουδος,inanibus rebus ſtudens.Cic.ad Attic.

Κενοσπούδως,ſtudio inani,fruſtra.Plut.

Κενοσπουδία,ἡ,inane ſtudium.

Ἀκενόσπουδος,(*decomp.*)qui rebus inanibus nō ſtudet,vel vanæ gloriæ non ſtudens.Suid.

Ματαιόσπουδος,idem quod κενόσπουδος. Ματαιοσπουδία, idem quod κενοσπουδία.

Περίσπουδος,exp.qui rebus ſeriis gaudet.

Περισπούδαστος,ſtudioſè expetitus: vel qui ſtudioſè affectari ſolet.Herodian.

Συσπουδάζω σοι,ſtudeo tibi,à te ſto. Ariſtoph.

Ὑπερσπουδάζω, ſupra modum ſtudeo, ſupra fidem nauo operam alicui rei.Luc.

ΣΠΙΖΩ,extendo,expando.Euſt.& ſchol. Ariſtoph. in Equit. ¶Auis etiam quæ σπίνος nominatur dicitur σπίζειν,idque per onomatopœian,teſte Euſt.ex Arato.Καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων.

Σπιδής,έος,ὁ καὶ ἡ,paſſus amplus: vt σπιδέος πεδίοιο. Il.λ. vbi tamen legitur etiam ἀσπιδέος.Σπίδιος,idem.vnde σπίδιον πεδίον:& σπίδιον μῆκος ὁδοῦ, apud Æſchyl. legitur & σπιδέες pro iiſdem, & σπιδνός: vnde σπιδὲν Heſy.exp.πλατὺ μέγα:item πυκνὸν. μέλαν σκοτεινόν. Et σπιδνόν,itidem πυκνὸν,πεπηγὸς συνεχές.

Σπιδόθεν,eminus,procul.Item longè antè:vt σπιδόθεν προγνοῦσαι.Antimach.

Σπίζα ſeu σπίζη,ης,ἡ,exp.fringilla,ſeu fringuilla,apud Ariſtot.dicta per onomatop.à σπίζω.Heſyc.autem eſſe dicit ſimilem paſſeri.

Σπιζίας ἱέραξ,accipiter fringillarius : ſpecies accipitris Heſych. Pro σπιζίας dicitur etiam σπίζας, apud Ariſtot.hiſt.an.l.9.c.36.

Σπιζίτης αἰγίθαλος, exp. fringillator, apud Ariſtot. hiſt.an.l.8.c.3. Apud eundem ibidem legitur & ὀρόσπιζος,quam dicit autem eſſe σπίζῃ magnitudine æqualem,niſi quòd habeat ceruicem cæruleam & quòd in montibus verſetur.

Σπιζίον, τὸ, parua fringilla: vel quælibet auis,teſte Heſych.

Σπίνος,ου,ὁ,fringilla: itidem per onomatop.à σπίζω dicta.Arat.Pro eodem & σπίνα.Heſych.

ΣΠΙΘΑΜΗ,ῆς,ἡ,ſpithama:ſpatium quod eſt inter pollicem & minimum digitū expaſſos, teſte Poll. l.2.& Heſych. ſeu eſt menſura duodenûm digitorum,quam Latini palmum maiorem & dodrātem appellant.Dioſ. l.3.c.153. φύλλα ἔχει καὶ κλωνία σπιθαμῆς ὕψος. Euſt. deducit παρὰ τὸ θαμὰ σπίζεσθαι τοὺς δακτύλους,τουτέστιν ἐκτείνεσθαι.

Σπιθαμιαῖος, αος,ὁ καὶ ἡ,ſpithamæ ſeu dodrantis longitudinem æquans,dodrantilis.Dioſc.

Σπιθαμιαῖος,idē. Pro quo legitur & σπιθαμιαῖος, apud Dioſcoridem.

Compoſita.

Δισπίθαμος,ὁ καὶ ἡ, duas ſpithamas longus, duos dodrantes altitudine æquans.Dioſc.

Δισπιθαμιαῖος,idem:apud eundem.

Τρισπίθαμος,tres ſpithamas longus.Heſiod.

ΣΠΙΛΟΣ,ου,ὁ, macula,labes. Propriè volunt eſſe maculam in veſte à vino aut vnguine. Athen.Item maculæ & næui in facie apparentes σπίλοι dicūtur: Dioſc.l. 1. Metaphoricè Epheſ.c.5. τὴν ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα. ¶Item ſaxum porum duritia referens,terra figlina.Heſych. Legitur & apud Ariſtot.σπίλος pro σπιλὰς,in lib.de mundo.

Σπιλόω,ῶ,maculo,labem aſpergo.Iacobi c.3. 1521

Σπιλόομαι,οῦμαι,maculor,ſeu ſordidor.

Σπίλωμα,τὸ, macula & labes aſperſa veſti : idem quod σπίλος ſeu næuus.Exponitur etiam, locus ſalebroſus,ſaxum aſperum.

Σπιλωτὸς,οῦ,ὁ,maculatus,maculoſus.

Σπιλὰς,άδος,ἡ,idem quod σπίλος rupes ſeu ſaxum:plerunq; de ſaxo quod in mari prominet,vt ſunt ſcopuli.Od.γ. νῆας γε ποτὶ σπιλάδεσσιν ἔαξεν Κύματα. Item σπιλὰς,glarea,vel terra glareoſa.Theophr. Heſych.σπιλάδες adiectiuè etiam exp.μεμιασμένοι.

Compoſita.

Ἄσπιλος,maculæ & labis expers,in quo nulla macula aut næuus conſpicitur.Epigr.lib.1.&apud Herodian.lib.5. Apud Dioſcor.lib.1. c.197 arum dicitur habere folia ἀσπιλότερα, i. paucioribus diſtincta maculis.Item metaph purus,irreprehenſus.Heſyc. Idem ἄσπιλον, à Macedonibus vocari ſcribit τὸν χείμαρρον.

Ασπίλωτος, idem. Suid.

Κατασπιλάζω, f. άσω, commaculo, labem aſpergo, inquino. Heſych. Apud Etym. καταςπιλάζοντες, exp. κατακρύπτοντες, metaphora ſumpta à petris quæ in mari teguntur, & σπιλάδες appellantur.

ΣΠΙΝΔΑΣΙΣ, auis inter raras & peregrinas, apud Ariſtot. de hiſt. an. Dicitur incendiaria auis. Plin. l. 10. c. 13. Apud Ariſtot. quidam legendum ſuſpicantur σπίνδασις, ἀπὸ τοῦ σπένδω, ſacrifico, libo.

ΣΠΙΝΘΗΡ, ῆρος, ὁ ſcintilla. Il. δ. (de ſtella) τοῦ δὲ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται. Sic Ariſtoph.

ΣΠΛΑΓΧΝΟΝ, ου, τὸ, viſcus. Et σπλάγχνα, τὰ, viſcera, exta: vt ſunt cor, iecur, & ſimilia interanea præcipua & vitaliora, quæ in cæſis victimis aruſpices conſiderabant ſi quid portenderent. Græc. Plut. De viſceribus aut extis animalium quæ mactantur. Odyſſ. γ. ¶ Frequenter de corde dicitur. Ariſtoph. σπλάγχνα θερμαίνειν πρὸς ἐγώ. Et Eurip. in Med. αἰδέσας σπλάγχνον ἐμὸν θεῖν σαφῶς. ¶ In ſacris literis Hebræorum imitatione σπλάγχνα dicũtur omnes teneri & materna affectus: vt in ep. ad Philip. c. 1. & alibi. Euſtath. ex veterũ autoritate refert σπλάγχνα denominari à Dorico σπλαὶ quod pro σπλὴν dicitur: ita vt pars toti appellationem tribuerit. ¶ Apud Dioſc. l. 1. c. 20 & Gal. περὶ κτ τόπ. l. 1. c. 1. muſcus etiam σπλάγχνον appellatur.

Σπλαγχνικός, οῦ, ὁ, ad viſcera pertinens. Dioſc.

Σπλαγχνεύω, exta in manus ſumo & attrecto: quod fiebat è coniuratis iureiurando & religione arctiſſima ſe aſtringentibus. ¶ Dion. (de Catilina) ἔπειτα ἐσπλάγχνευσεν αὐτὰ μετὰ τῶν ἄλλων. Item extorum & viſcerationis particeps ſum. Ariſtoph. Item σπλαγχνεύω ſeu σπλαγχνεύομαι, auguror per exta. Strab. l. 7. & l. 3.

Σπλαγχνίζομαι, miſericordia commoueor ſumma & vehementi, atque ex intimis viſceribus profecta: verbũ in S. literis vſitatũ: vt Matth. 9 Marci 6. &c.

Σπλαγχνισμὸς, ὁ, commiſeratio qua viſcera alicuius miſericordia tanguntur.

Σπλαγχνιδεύς, ἡ, cor. ſchol. Soph.

*Σπλαγχνίζω, ſacrifico, 2. Macc.

*Σπλαγχνισμός, ſacrificium, 2. Macc.

Composita.

Ασπλάγχνος, ὁ καὶ ἡ, non habens cor. Item non animoſus, timidus, ignauus: quoniam cor animoſitatis eſt ſedes. Soph. Exp. & crudelis.

Αφοβόσπλαγχνος q. d. intrepida habens viſcera: fortis, audax, cordatus.

Δυσπλαγχνος, acerbus, immiſericors.

Επισπλαγχνίζομαι, miſericordia commoueor ſuper.

Εὔσπλαγχνος, animoſus: ſchol. Soph. Item miſericors, pronus ad miſerandum: ad Eph. c. 4.

Εὐσπλαγχνία, animi præſtantia, animoſitas. Eurip. Item animus ad miſerandum pronus.

Θρασύσπλαγχνος, qui eſt audacibus viſceribus, ſeu pectore intrepido. Æſchyl.

Θρασυσπλάγχνως, audacter, intrepidé. Æſchyl.

*Κακόσπλαγχνος, timidus, ignauus, excors. Æſchyl.

Μεγαλόσπλαγχνος, qui magno animo eſt. Eurip.

*Ὁμόσπλαγχνος, eiuſdem viſceris, cognatione coniunctus frater. Æſchyl.

Περίσπλαγχνος, idem Theocr.

Πολύσπλαγχνος, multum in viſceribus habens miſericordiæ.

312 ΣΠΛΗΝ, ηνὸς, ὁ ſplen, lien: vt σπληνὸς οἴδημα, tumor lienis. Plut. Σπλῆνες, οἱ, dolor lienis. Hippocr. ¶ Item σπλὴν, idem quod σπλήνιον, ſplenium: i. linteolum ſplenis formam referens, quo medicamentum illitum parti affectæ applicatur. Gal. method. med. l. 6.

Σπληνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lineoſus, ſplenicus. Hipp.

Σπληνικὸς, idem. Propriè ſic dicitur cui lien obduruit. Aut. def. med. Vtitur & Athen.

Σπληνῖτις φλέψ, ſplenica vena: ramus ſuperior & minor venæ portæ, qui totus per lienem ſpargitur. Ariſtot. hiſt. an. l. 3.

Σπληνίον, ſeu σπλήνιον, τὸ idem quod σπλὴν, lien. Pol. l. 2. Item linteolum ſplenis figura aut quacunque forma ad partium corporis habilitatem aptatum, quo exceptum vel illitum medicamentum adhibetur: apud Dioſc. Paul. Æginet. &c. ¶ Σπλήνιον dicta etiam fuit à quibuſdam ἄσπλενον herba, item hemionitis, vt teſtatur Dioſ. l. 3. c. 151. & 152.

Σπληνιάω, ῶ liene laboro. Poll. l. 2.

Ασπληνος, ὁ καὶ ἡ, (comp.) lienis expers, liene carens.

Ασπλήνον, τὸ, exp. medicamentũ ad curanda lienis vitia. ¶ Eſt & herbæ nomen inde dictæ, quòd eius foliorum iure decocto & per 40. dies poto lien abſumatur, vt teſtatur Dioſc. lib. 3. c. 51. & Plin. l. 27. c. 5. ſeu quòd folia lieni illita ſingultus ſedent.

ΣΠΟΓΓΟΣ, ου, ὁ, ſpongia. Hom. Plut. & alij. De generibus autẽ & natura τῶν σπόγγων: vide Dioſc. Ariſtot. & Plin. Σπόγγοι dicuntur etiã glandulæ quædam ad fauces, vt ſcribit Hippoc. initio l. 4. epidem. ſic fortè dictæ quod ſpongiarum modo humorem combibunt & continent. Pro σπόγγος legitur etiam σφόγγος in Timæo. Plat. Etymol. dici ſcribit παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρὰ, quòd humorẽ attrahat & combibat.

Σπογγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſpongioſus. Pro eo dicitur & σφογγώδης, apud Dioſc. l. 4. c. 267.

Σπογγιστής, ὁ, ſpongiator. Athen. ex Ariſtot.

Σπογγίον, ου, τὸ, ſpongiola. Ariſtoph.

Σπογγιὰ, ᾶς, ἡ, ſpongia. Ariſtoph. & Plut.

Σπογγίτης λίθος, ſpongites lapis. Plin. l. 37. c. 10.

Σπογγίζω, f. ίσω, ſpongia tergo ſeu detergo. Dem.

Σπογγίζομαι, ſpongia detergor, ſeu tergor. Ath.

Σπόγγισμα, τὸ, purgamentum, ſordes ſpongia deterſæ. Euſtath.

Compoſita.

Αποσπογγίζω, ſpongia abſtergo ſeu detergo.

Αποσπόγγισμα, τὸ, idem quod σπόγγισμα.

Εκσπογγίζω, idem quod ἀποσπογγίζω. Poll.

ΣΠΟΔΟΣ, οῦ, ἡ, cinis: idem quod κόνις & τέφρα. Luc. τὴν σποδὸν ἡμᾶς πιπίσαι πίπτεσθαι. Interdum non ſimpliciter cinerem ſignificat, ſed ſordidum quid, & cui carbones ſeu extincti, ſeu adhuc candentes permixti ſunt, & aliarum rerum reliquiæ. Hom. Plut. ¶ Sic etiam dicitur res nihili aut in nihilum redacta: vt in epigrãmate Sardanapali, apud Athen. l. 8 Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι. Exp. & pernicies, exitium. Epig. l. 2. ὁ γαρ δὲ ἡ Βάκχου κυλίκων σποδός. Pro σποδὸς etiam σπληδὸς dicitur apud Nic.

Σποδιός, ὁ, cinereus: vt σποδιὸν χῶμα. Athen.

Σπόδιον, τὸ, cinerula: recrementum metallorum vſtorum quòd cineris in modum partim fornacum parietibus inhæreſcit, partim in terram decidit, indéque colligitur, pro quo dicitur & σποδός: vide Dioſ. & Plin.

Σποδιὰ, ᾶς, ἡ, idem quod σποδός. Heſych. Sic & dicitur σποδιὸν, apud Dioſc. ¶ Σποδιὰς, άδος, ἡ, nomen arboris: apud Theophr. hiſt. pl. l. 3. c. 7. qui eius fructum σπονδίας appellat: apud Athen. l. 2.

Σποδιακὸν κολλύριον, collyrium quoddam à cinereo colore, apud Ægin. & Scrib. Larg.

Σποδίτης ἄρτος, panis ſubcineritius: qui & ἐγκρυφίας: eo quòd feruentibus cineribus obrutus inaſſetur. Athen. l. 3. ex Nicand. & Diphil.

Σποδίζω,f.ίσω, ſub cinere coquo, cinere obrutum inaſſo aut torreo.Plat. Exp. etiam, comburo velut in cinere,apud Ariſtoph.in Veſp.Et neutraliter, cineraceus ſum,in cinereum colorem vergo.

Σποδέω,feruenti cinere obruo aut vro.Propriè eſt altaria purgo,ſeu ab altaribus cinerem detergo, teſte ſchol. Ariſtoph.Significat &, ferio,cædo ſeu percutio.Ariſtoph.in Ran.ἀλλὰ τὰς λαγῴας σποδεῖ.

¶Exponitur etiam,coeo.Heſych.

Σποδέομαι,feruenti cinere obruor. Item velut cinere obruor. Eurip. ¶Item cædor. Item in Hippol. Steph. Σποδεύμενος ἀμφὶ πρὸς πέτρας φίλον κάρα,allidens caput ad ſaxa.¶Item prædico.Ariſtoph.

Compoſita.

Αντίσποδος, cineris ſeu ſpodij vicem præſtans qui eſt pro cinerula quæ ſpodiū dicitur: vt ἀντίσποδα φάρμακα: apud Dioſc.lib.5. c.86. Legitur & ἀντισπόδιον pro eodem,apud Gal.ſimpl.l 9.& Oribaſ.

1523 Αποσποδέω,ῶ, cinerem detergo. Ariſtoph Exp.& ictu decutio,apud eius ſchol.

Ενσποδος,cineraceus.Dioſc.l 1.c.95.

Θερμοσποδιά,calidus aut calefactus cinis:vel cinis feruens.Dioſc.l.2.c.134.

Καταπποδέω,depello.Heſych.

Υποσποδίζω,aliqua ex parte cineraceus ſum.Dioſc.

ΣΠΟΛΑΣ,άδος,ἡ,veſtis coriacea ſeu pellicea.Xen. καὶ σπολὰς ἀντὶ θώρακος.

ΣΠΟΝΔΥΛΟΣ,ου,ὁ, ſpondylus: vertebra ſpinæ dorſi ſeu vnum ex 24. oſſibus quibus tota ſpina conſtructa eſt.Poll.l.2.& Ruf.Epheſ. ¶In architectura ſic dicitur ſculptura vertebrata ſeu verticillata, à vertebræ ſiue verticilli figura, quæ columnis ornamenti loco oppoſita eſt Athen lib.5. ¶Item σπόνδυλοι dicebantur ænei calculi quibus iudices vtebantur in ſuffragiis ferendis. Poll. l.8. ¶Idem nomen ſortita ſunt etiam verticula ſeu ponduſcula quæ mulieres nentes imæ fuſi parti appendunt, vt facilius cum contorqueant. ¶Σπόνδυλος, etiam nominatur cardui ſatiui caput,teſte Gal.de alimentorum facult.l.2.c.31. ¶ Eſt & piſcis nomen: apud Plin.l.22.c.vlt.

Σποιδύλιος idem quod σπόνδυλος.Euſt.

Σπονδύλιον,τὸ,pro iiſdem dicitur. Sic & appellatur verticillus fœminarum nentium.

Σφόνδυλος,Atticè dicitur pro σπόνδυλος. Pro verticillo fœminarum nentium. Plutarchus vtitur Symp. 9. probl. 14. Σφόνδυλοι, dicuntur etiam membrorum compages. Item Iudicum calculi: teſte Heſych.& Euſt.Item ambitus aculei in ſcorpio. Heſych. Qua ſignificat.fœminino genere vſurpauit Nic.in Ther. de ſcorpio loquens, τῷ γὰρ περιμυελαὶ ἐπεὶ ἄκρη Σφόνδυλος. ¶Σφόνδυλος dicitur & herba quæ aliàs σφονδύλιον apud Dioſc.l.3.c.97.

Σφονδύλιος,idem quod σφόνδυλος.Il.υ μυελὸς αὖτε Σφονδυλίων ἔκπαλτο, quod tamen Poll.l.2. nominatiuum facit & adiectiuè accipit μυελὸς Σφονδυλίων. Σφονδύλιον, idem cum σπονδύλιον ſeu σπόνδυλος. ¶Eſt & herbæ nomen.Dioſc.l.3.c.90.

Σφονδύλη ſeu σπονδύλη, dicitur eſſe radix ſimilis ſilphio, vt Euſt. ex veteribus tradit. Numeratur & inter inſecta odore tetro, de blattarum genere apud Ariſtoph. Ariſtot.& Theocr.

*Εκσπονδυλίζω, ſpondylis ſeu vertebris loco moueo. Ioſeph.

ΣΠΥΡΑΘΙΑ, ας,ἡ, & Σπύραθος,ου,ὁ & ἡ, & Σπυράς,άδος,ἡ, caprarum ſtercus,caprinus fimus. Apud Dioſ. σπύραθος μία, ſtercoris caprini vna pilula: ſeu vna bacca,& vnus globulus. Apud eundem interdum dicitur αἰγὸς σπύραθοι vel αἰγῶν σπύραθοι. De ouillo quoque ſtercore vſurpari docet Heſych. Pro σπυράς dicitur etiam σφυράς, apud Ariſtoph. teſte Suid.

ΣΤΑΖΩ.F.ξω,ſtillo. Interdum neutrum eſt, interdum tranſitiuum. Quum neutrum eſt, datiuo inſtrumentali plerunque iungitur: vt apud Soph. in Aiace,κάρα Στάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνοις,caput ei ſtillabat ſudore.Interdum & abſolutè vſurpatur: vt apud Eurip. in Bacch. ἐκ δὲ κισσίνων θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί. At tranſitiuum cum accuſatiuo ponitur:vt Il. τ. Πατρόκλῳ δ᾽ αὖ ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν Στάξε κατὰ ῥινῶν, inſtillauit Patroclo. Sic dici στάζειν δάκρυ, apud Eur. in Iph. Aul. fundere lachrymas,& στάζειν φόνον, ſanguinem ſtillare,apud Apoll. Arg.2.

Στάγμα,τὸ,gutta,ſtilla:liquor qui ſtillatur.Epigr.

Στακτός,οῦ,ὁ, ſtillatus, ſeu ſtillatitius: vt στακτοῖς μύροις Ariſtoph.in Plut.Fœm.στακτή, ſ. κονία, dicitur lixiuium liquidum à quouis cinere colatum:ſeu calx. Item στακτή,liquor oleaceus è myrrha cinnamomóque inciſo ſtillans.Theophr.

Στακτίς,atramenti ſutorij genus eſſe dicitur.

Σταγών,όνος,ἡ,ſtilla,gutta.Eurip.Athen.

Σταγονίας,ου,ὁ,ſtillatitius,ſtillatim emanans.Dioſc.

Σταλάζω,f.ξω,idem quod στάζω.Eur.in Phœn. Πλείων δὲ τοῖς ὀρθοῖσιν ἐστάλαζ᾽ ἱδρὼς, Η πᾶσι δρῶσι. Pro eodem dicitur & σταλάω,apud Suid.& σταλάσσω, apud Eurip. in Helen.δάκρυ σταλάσσω.

Σταλαγμός,οῦ,ὁ, diſtillatio. Gal. Item gutta,ſtilla: vt φόνου σταλαγμοί. Eur.in Hec.Sic & dici traditur chalcanti genus puriſſimum,ſtiriæ ſeu guttæ ſimile. Per iocum homo paruæ ſtaturæ ſeu homuncio ſic apud Athenienſes nominabatur,vt docet Euſt. 1524

Σταλαγμίας,ου,ὁ,Plin.l.34.c.13. eſt chalcanti genus id de quo paulò antè.

Σταλακτικός,ὁ,ſtillatitius.Dioſc.

Σταλακτός,ὁ,vt σταλακτὸν χάλκανθον.Idem.

Σταλακτίς, ἡ, ſtillatitia, genus chalcanti, ſic dictum quoniam humoribus ſtillatim in cuniculos quoſdam colatis concreſcit.Dioſc.

Compoſita.

Αβροσταγής,έος,ὁ καὶ ἡ,mollitie diffluens.Suid.

Αἱματοσταγής,ſanguine diffluens,ſanguine ſtillans aut manans.Eurip.

Αποστάζω,deſtillo,ſeu diſtillo:vel ſtillo.Luc.ἀποστάζει λόγων αὐτῶν χρυσὸς,aurum ſtillat ab eorum verbis. Interdum tranſitiuè, ſtillatim fundo.Phil. εἰς τοὔδαφος ῥανίδας ἀποστάζουσι.

Απόσταγμα,τὸ,liquor deſtillans.Απόσταξις,ἡ,ſtillatio. Theophr.pl.l.9 c.8.

Αποσταλάζω,idem cum ἀποστάζω. Pro iiſdem dicitur & ἀποσταλάω in Epigr.

Αστακτος non ſtillatus,non deſtillans.Eurip.

Αστακτί,non ſtillatim.Philoſtr.

Ασταγής,idem quod ἄστακτος.

Ασταλακτος,pro iiſdem.Plut.in Craſſo.

Βοτρυοσταγής,ab vuis diſtillans. Athen.l.1.

*Δακρυοστακτος,lacrymoſus,lacrymas ſtillans.Æſchyl.

Δύστακτον, Heſych.exp. κακοδάκρυτον, malè lacrymas fundens.Vide & in comp.ex τάσσω.

Ενστάζω,inſtillo:vnde præter.paſſ.ἐνέστακται,inſtillatum eſt.Od.β.

Ενσταλάζω,idem.

Επιστάζω,inſtillo,ſeu ſuperinſtillo.Dioſc.

Επισταγμός,ὁ,inſtillatio.

Επισταλάζω ſeu ἐπισταλάω,idem Epigr.

Ζύστακτον κολλύριον,collyrium quoddam: quod & στακτὸν & στακτικὸν,apud Galen.

Καταστάζω,diſtillo.Eurip.Luc.

Καταστάγμος,ὁ,diſtillatio.

Μελισταγής,mel ſtillans.in Epigr.

Νεκταροςαγὴς, qui nectare deſtillauit:i.dulcis,ſuauis & odoratus. Athen.l.1.
Περιςάζω, circumquaque ſtillo, irroro. Epigr.
Περιςαλάδην guttatim, ſtillatim, ſenſim. Nic.
Πολυςαγὴς, multum ſeu abundè ſtillans. Suid.
Πολυςακτὶ, multis ſtillando guttis, vbertim.
Πρωτόςακτος, qui primus deſtillauit. Πρωτόςακτος κονία, lixiuium quod à cineribus calce commixtis paratur. Ægin.l.7.
Πυρίςακτος, in quem ignis ſtillat: ſeu ex quo ignis ſtillat. at πυρίςακτος πέτρα. Eurip.
Ροδόςαγμα, τὸ, roſarum liquor. in Hippiatr.
Ροδόςακτον, idem cum ῥοδόμελι. Ægin.l.7.c.115.

ΣΤΑΙΣ, vel ςαὶς αἰτὸς, τὸ, farina triticea aqua ſubacta Herodo. Apud Dioſc.l.1. ςαὶς περιπλάσαντες, exp. circumlinentes cruſta piſtorio opere in modum panificij confecta. Dicitur & πυρὸς τὸ ςαὶς, apud Ariſtot. in probl. Interdum ςαὶς ponitur pro adipe ſeu pinguitudine, ſicut ςέαρ, vt quidam annotant.
Σταιτώδης, plurimum ςαιτὸς admixtum habens.
Σταίτινος, ου, ὁ ἡ, confectus ex farina illa ita ſubacta.
Σταιτίνη, ἡ, placenta confecta ex ea farina.
Σταιτίτης, placentæ ſpecies, apud Athen.l.14.

ΣΤΑΜΝΟΣ, ου, ὁ, vel ἡ, vrna, hydria amphora. Exodi c.16. λάβε ςάμνον χρυσοῦν ἕνα: in genere fœm. vſurpatur apud Athen.
Σταμνίον, ου τὸ, idem quod ςάμνος. Plat. Dem. ςαμνίον & κεράμιον pro eodem ponit.
Σταμνάριον, ου, τὸ, idem Poll. Σταμνίσκος, idem.
Καταςαμνίζω, (comp.) in vas ſeu doliolum defundo & condo. Pol. Apud Theophr. καταςαμνισμένος οἶνος, exp. vinum amphoris contentum.

1525 ΣΤΑΥΡΟΣ, ου, ὁ, vallus, palus ligneus, acutus & erectus. Hom. Thuc. Item crux ſeu palus erectus, plerunque in ſuperiori parte cum ligno tranſuerſo, è quo malefici ſuſpendebantur: lignum figuræ literæ Τ. ἐφ' ὃ ἄνθρωποι ἀνασκολοπίζουσιν, vt ſcribit Luc. ἐν δίκῃ φωνηέντων.
Σταυρηδὸν, in modum ςαυροῦ.
Σταυρόω, ῶ, vallum ſeu palum depango. Thuc.l.7. Item palo ſeu cruci affigo. Ioan.19.
Σταυρόομαι, cruci ſeu palo affigor: in nouo Teſt.
Σταύρωμα, τὸ, plures valli ſeu pali in terram depacti: vel munimentum eſt vallis ſeu palis in terram depactis. Thuc. Xen.
Σταύρωσις, εως, ἡ, vallorum ſeu palorum depactio. Thuc.l.7. Item crucifixio.
Σταυρωτὴς, οῦ, ὁ, qui vallos ſeu palos depangit. Item qui cruci affigit.
Σταυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuſpis in imo ferro haſtæ tranſuerſa, qua haſta appenditur: ſeu ferramentum cõcauum, mucronatum, cui extrema haſtę pars inſerta efficit, vt erigatur haſta, & ſolo depangatur. Dicitur enim quaſi ςαυρωτὴρ, παρὰ τὸ ςαυροῦσθαι καὶ ὀρθοῦσθαι ἐπ' αὐτῷ (τῷ σιδήρῳ) τὸ δόρυ. teſtibus Etym. & Euſt. Vtitur Hom. Il. κ. Herodot & Polyb.

Compoſita.

Ἀνασταυρόω, iterum crucifigo. in ep. ad Hebr.c.6. Item in palum ſeu crucem attollo. Plut.
Ἀποσταυρόω, vallis in terram depactis munio ſeu cingo. Thuc. Item affigo cruci, crucifigo.
Παρασταυρόω, palos ſeu vallos depango: vel iuxta aut à latere palos figo.
Περισταυρόω, vallis ſeu palis in terram depactis, circumcirca munio. Thuc.l.2.
Περισταύρωμα, τὸ, munimentum ex vallis circumcirca depactis.
Προσταυρόω, vallis ſeu palis in terram depactis præmunio, aut ante munio. Thuc.l.4.

Συσταυρόω, ῶ, vnà crucifigo, vnà crucem tollo: vnde paſſ. Marci 15. & apud Naz.

ΣΤΑΦΙΣ, ίδος, ἡ, vua paſſa. Theocr. & Dioſ. ¶ Σταφὶς ἀγρία, herba peduncularia ſeu pedicularis: de qua Dioſ.l.4.c.156.
Pro ςαφὶς Atticè dicitur ἀςαφὶς: Athen. Apud Luc. ſenes ſic dicantur, per ſimilitudinem: vnde & prouerb. Ἀνδρὸς γέροντος ἀςαφὶς τὸ κρανίον. ¶ Eſt & ἀςαφὶς ἀγρία, idem quod ςαφὶς ἀγρία, apud Plin.lib. 23.cap.1.
Σταφυλὴ, ῆς, ἡ, vua. Hom. Plat. ¶ Sic etiam dicitur affectio columellę ſeu curculionis, quum laxior ex fluxione reddita, ſuperna ſui parte tenuis eſt, interna autem, craſſior & liuida: ita vt granum ςαφυλῆς referat è pedunculo ſuo dependentis. Galen. περὶ χυ. πόν.l.6. ¶ At ςαφύλη, ἡ, dicitur eſſe perpendiculũ, ſeu fabrilis libella, teſte Ptolemæo apud Etym. & ſchol. Ariſtoph. Quidam pro ςάθμη accipiunt. Il.ψ. Σταφυλὶς, ίδος, ἡ, vua, racemus. Theocr.
*Σταφυλίτης, Bacchi cognomentum. Ælian.
Σταφύλωμα, τὸ, dicitur vitium in oculo, quum eroſa ruptáque cornea tunica, altera ei ſubdita (quæ ῥαγοειδὴς dicitur) ad eum modum excidit, vt acinum vuæ repræſentet. Vide Paul l.3.c.22. & Aet.l.7.c.34.
Σταφυλίζειν Heſ. exp. σωρεύειν τὰς ὤας τοῦ ἱματίου.
Σταφυλῖνος, ου, ὁ, herbæ nomen quam Latini paſtinacam appellant: vide de ea Dioſ.l.3.cap.59. & Plin.l. 19.c.5. Eſt etiam inſecti quoddam genus pro quo ςαφυλῖνος ſcribitur in Hippiatr. Pro ἀςαφυλῖνος, Attico pleonaſmo dicitur & ἀςαφύλινος, apud Athen. l.9. ex Diocle.
Στέμφυλα, τὰ, vinacei ſeu vinaceæ: ſolida vuarum in torculari expreſſarum retrimenta: Columell. briſa appellat. Gal. Hippocr. Dioſc. ¶ Item fraces, i. oliuarum expreſſarum reliquiæ. Ariſtoph Ariſtot. ¶ Στεμφυλίδες, ſunt oliuæ nigræ. Athen.l.2. Et ςεμφυλίτης, lora, quæ & δευτερία.

Compoſita.

Ἀγριοςαφίδες & ἀγριοςαφύλιες, vuæ ſyluestres. Heſych.
Ἀποςαφιδόω, in vuam paſſam conuerto ſeu muto: vnde paſſ. ἀποςαφιδωθῶσι apud Theophr.
Εὐρυςάφυλος, magnas ferens vuas vel egregias & generoſas. in Epigr.
Ὀφιοςαφύλη, vua anguina, ſic à quibuſdam appellari capparin tradit Plin.l.13 cap.23. Pro quo in append. Dioſ. legitur φυλοςάφυλος, ſeu φιλοςάφυλος. Ὀφιλοςάφυλον autem vocant nonnulli vitem albam, teſte Dioſ.l.4.c.84. vbi tamen itidem ſunt qui legendum putent φιλοςάφυλον.
Πολυςάφυλος, multùm habens vuas Il.β.
Φερεςάφυλος, racemiger, vuiger, racemos ſeu vuas producens. Bacchi epith. apud Opp.

ΣΤΑΧΥΣ, υος, ὁ, ſpica. Heſiod. Plut. ¶ Sic & dicitur ſtella fulgida in virginis ſiniſtra manu, teſte Procl. quam Latini quoque ſpicam appellant. ¶ Item ligamen quoddam medicinale, teſte Heſ. ¶ Eſt & herbæ nomen marrubio ſimilis. de qua Dioſ l.3.c.110. 1526
Σταχυώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſpicatus, ſeu ſpicam ferens.
Σταχυηρὸς, οῦ, ὁ, idem.
Σταχυόω, ομαι, ſpicor, i. ſpicam protrudo, vel in ſpicam euado. Hinc ἐςαχυωμένος, ſpicatus. Dioſ.
Ἄςαχυς, etiam dicitur pro ςάχυς: vt ἀςαφὶς pro ςαφὶς, & ſimilia. Il.λ. ἐπὶ τ' ἠμύει ἀςαχύεσσιν.

Compoſita.

Ἀδροςαχυς, υος, ὁ καὶ ἡ, prægrandes ſpicas habens: vel abundans ſpicis.
*Ἀναςαχύω, ſurſum euergo ſeu exilio in modum ſpicarum. Apoll.
*Ἐπιςαχύω, augeo vel augeor in modum plantarum ſpiciferarum. Apoll.

Εὐςάχυς,bonas ſpicas ferens,ſpicis abundans Eur.
Κολοβόςαχυς,ſpica truncatus:item breuem ferens ſpicam.Dioſc.
Μεγαλόςαχυς,magnam emittens ſpicam.
Μικρόςαχυς,paruas ſpicas ferens ſeu protrudens.
Ναρδόςαχυς,ſpica nardi.Gal.ad Glauc.
Περιςαχυώδης μόσχοι,ſpicatim circumdãtes ſtolones.
*Πολύςαχυς,epith.Cereris Theo.
Ὑποςαχύομαι,augeor in modum ſpiciferarum plantarum.Od.υ.

ΣΤΕΑΡ,ατος,τὸ,ſebum,ſeu ſeuũ,oleoſa & pinguis ſubſtantia,adipe ſiccior,(quæ πιμελὴ dicitur)magiſque coucreſcens.vide Ariſtot.de part anim l 2.c.5. Euſt.ςέαρ dici ſcribit τῶν κερατοφόρων,πιμελὴν autem τῶν μὴ ἐχόντων κέρατα. ¶ Significat & fermentum & farinam aqua ſubactam in panis aut offæ formam apud Dioſ.l.2.c.102.& l.5.c 99. ¶ Exp.etiam adeps,apud Plin.l.20.c.9.
Στεατώδης,εος,ὁ καὶ ἡ,ſeuum referens,ſeuoſus Dioſ.
Στεάτιον,τὸ,aliquantum ſeui ſeu adipis. Item aliquantulum fermenti ſeu paſtæ.P.Ægin.
Στεατόω, in ſeuum aut adipem conuerto: vnde paſſ. ςεατωθῆ,in Hippiatr.
Στεάτωμα, τὸ, dicitur tumor præter naturam, mali coloris,tactu lenis, primùm puſillus,temporis progreſſu amplior,adipem intra ſe membrana concluſam habens. Aut.defin.med.& Poll.
Στῆρ,contractè dicitur pro ςέαρ,apud Gall.
Στητώδης,pro στεατώδης.Gal in lex.Hipp.

ΣΤΕΓΩ F.ξω,tego,operio,occulto. Ariſtoph. Item tego,i.tueor,protego:apud Suid. πύργοι μὲν οἳ πόλιν στέγουσιν. ¶ Item contineo: propriè de iis quæ aquam ita continent, vt per rimas aut formam non tranſmittant.Plat.Item contineo,i.retineo, non elabi ſino.Plat.in Gorg.οὐ δύναμαι ἐγὼ οὐδὲν στέγειν διὰ λήθην. ¶Dicuntur & ligna στέγειν,quum vermibus corroſa & terebrata, foramina illa comprimunt in aquam demerſa.Theoph. ¶Item στέγω, ſuſtineo, tolero,ſuffero,patior Greg. in ep taph.fratr. πάντα στέγοντες.
Στέγομαι, tegor, occultor. Soph.Item contineor,retineor.Gal.
Στέγη,ης,ἡ,tectum:propriè tectum domus. Plut.Item ædificium tectum & contignatum.Xen.Plut.¶Exp etiam γαστὴρ Heſych.
Στέγος,εος,τὸ,idem:tectum domus.Soph.
Στεγανὸς,ἡ,tectus,opertus:vt πύργοι στεγανοί.Thuc.l.3.Et τὰ στεγανὰ,quæ vel id quod effluere nititur,incluſum retinent: vel quæ arcent id quod intrare conatur:vt θρὶξ στεγανὴς, per quam aqua penetrare nõ poteſt.Xen.in Cyneg. ¶Item στεγανὸς, qui ſecreta in pectore clauſa retinet.Ælian.apud Suid. ¶Τὰ στεγανὰ dicuntur etiam tecta,στέγαι.Diod.Sic.
Στεγανῶς,arctè,ſtrictè, ita vt nihil effluat vel penetret.Dioſc.l.2.c.91.
Στεγανώματα,τὰ,ἐν τοῖς τοίχοις dicũtur nexus & vincula quæ parietes continent ne dilabantur.Heſ.
Στεγνὸς,idem quod στεγανὸς, ex quo per ſync.eſt factum.Propriè de vaſis dicitur denſioribus & ſolidioribus, ita vt nec rimis nec raritate liquorem infuſum tranſmittant.Sic apud Eur.in Cycl. στεγνὰ σκηνώματα,denſa & ſolida tabernacula,ſeu tecta & operta.Exp.etiam,aſtrictus: vt στεγνὰ πάθη,& στεγνὰ σώματα,apud Dioſc ¶Dicuntur & volatilia habere πτερὰ στεγνὰ, quorum alæ fiſſæ non ſunt, ſed vna membrana conſtant. Nic.in Ther. Στεγνὸν,τὸ, tectum.Xen.in Oecon.
Στεγνόω,ῶ idem quod στέγω,tego,operio.Gal.Item
1527 aſtringo.Dioſc.
Στεγνόομαι,aſtringor.Gal.& Al.Aphr.

Στέγνωσις,ἡ,aſtrictio ſeu conſtrictio.Dioſc.
Στεγνωτικὸς, aſtringendi ſeu conſtringendi vim habens.Idem ibidem.
Στεγάζω,idem quod στέγω Strab.l.4.Vnde partic.ἐστεγασμένος,tectus,apud Xen.& Theophr. Exp.etiam, ſuſtineo,fulcio.
Στέγασμα,τὸ,tegmen,tegumentum.Plat.
Στεγαστὸς,ὁ,tectus,opertus.
Στέγαστρον,τὸ, id quo tegere & operire aliquid poſſumus. Plut.in Craſſo. Στεγαστρὶς διφθέρα, coriacea tunica qua corpus tegimus ad arcendas pluuias.
Στεγητὴ,Heſychio eſt ἡ πόρνη,meretrix.
Τέγος,εος,τὸ, idem quod στέγος: ex quo factum eſt adempto σ, teſte Euſt. Idem tamen etiam à τέγγω deriuari poſſe ſcribit,quoniam tectum præ cæteris partibus domus τέγγεται, i.pluuiis madefit.Pro tecto domus vtitur Xen.Pæd.7.μὴ ἐπὶ τὰ τέγη ἀναβάντες βάλωσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Pro ipſa domo accipit Hom.Od.α.
Τέγη,ἡ,idem quod στέγη.Heſy.
Τέγεος,(pro τέγεος) vt τέγεοι θάλαμοι. Il.ζ. vel in ſuperiore domus parte ſunt ſuper tecto:vel qui multa tecta & multas contignationes habent.Euſt.

Compoſita.

Ἀναστεγνόω,idem quod στεγνόω,aſtringo.
Ἀποστέγω,intus coerceo & cohibeo.Theophr. Item arceo,inhibeo,propulſo.Polyb.
Ἀποστεγνόω,idem quod στεγνόω.Athen.
Ἀποστεγάζω,detego. Strab.l.4. τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζειν. Item idem quod στεγάζω,tego,operio.
Ἀποστέγασμα, τὸ, tegmen, operculum, tegumentum,protectio.Theophr.
Ἄστεγος,ὁ καὶ ἡ,tecto ædibuſque deſtitutus. Heſych. & Suid. Item qui non retinet arcana in pectore clauſa,loquax.Suid. & Prouerb.10. Item qui ſuſtineri non poteſt,intolerabilis.Heſych.& Suid.In qua ſignif.dicitur & ἄστεγνος,apud Dioſc.l.7 c.14.
Ἀστεγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,nõ tectus:vel multis tectis clauſ.
Ἄστεκτος,idem quod ἄστεγος. Heſyc.Ἀστέκτως, intolerabiliter ſeu intoleranter.Idem.
Ἀστέγαστος,non tectus ſeu opertus.
Αὐτόστεγος, qui ipſe ſibi tecti loco eſt: vel tecto natura ſua inſtructus.Exp etiam,perfectus,abſolutus.Heſ.
Δεκάστεγος, decem tecta habens, ſeu decem tabulata & contignationes.Strab.
Δίστεγος, duplex tectum habens,ſeu duo tabulata & contignationes.
Διστεγία,ἡ,duplex tectũ: vel domicilium duobus tectis ſeu duabus contignationib.inſtructum.Pol.
Κατάστεγος,tectus,tecto opertus.Athen.l.10.Il.4.c 19.
Καταστεγάζω,intego,operio Καταστέγασμα,τὸ,operimentum,tegmen,item tectum.Herodot.
*Μονόστεγος,vnicum tectum habens. Strab.
Ὁμόστεγοι,ſub eodem tecto habitantes,cõtubernales.
Περιστέγω,circumago.Item munio. Περιστέγομαι, circumquaque operior.
*Πολύστεγος,ὁ,ἡ,multos habens textus,multas habens contignationes,altus.Strabo.
Προστέγιον,tecti prominentia.Plut.
Προστέγασμα,τὸ,id quod in tecto prominet ad arcendos imbres.Pol.l 1.c.8.
Συστεγάζω,contego,operio.
Τρίστεγος,tria habens tecta: ſeu triplici tecto opertus.
Τρίστεγον,τὸ, tertium tectum, ſeu tertia contignatio domus.Act cap.20.
Ὑπέρστεγος,qui ſupra tectum eſt.Heſych.
Ὑποστέγω,ſubtus tego:item ſupertego.Soph.
Ὑπόστεγος,qui ſub tecto eſt,qui in ædibus eſt.S.

ΣΤΕΙΒΩ,calco Iliad.υ. Ἀχιλλῆος μεγαθύμου μώνυχες ἵπποι στεῖβον ὁμοῦ νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας, calcabant defunctos & clypeos in via ſtratos.Sic apud Nic.in

Ther duo dracones dicuntur νέμον ςείβειν, i. calcare & perambulare paſcua loca. Interdum ſignificat fullonum more calco: vt Odyſſ. ζ. Στίβον δ' ἐν βόθροισι. ¶ Habet etiam quandam denſandi & conſtipandi ſignificationem, quum quæ calcantur, eadem & condenſentur.

¶ *Deriuata à ςείβω, calco.*

Στείβομαι, calcor, teror: vt ςειβομένη ὁδός. Xen.

Στειπτός, ὁ, calcatus. Soph. in Philoct.

Στειβεύς, έως, ὁ, qui viam pedibus calcat, viator. Heſ.

Στίβω, idem quod ςείβω, calco, tero. Eurip.

Στιπτός, idem quod ςειπτός: vt ςιπτῆς εἴδεος. Heſy. Exp. & denſus, ſolidus, apud eundem.

Στίβος ου, ὁ, via, ſeu callis, ſemita ſeu veſtigium aut ſignum eius qui terram pedibus calcauit & triuit. Pro via, apud Herodot. & Polyb. Pro veſtigiis, apud Sophocl. in Philoct. & Xen.

Στιβέω, calco ſeu peragro, peruado *terram calcando*: vnde apud Soph. in Aiace. Πᾶν ςτιβήσαται πλέθρον ἑσπέρου νεῶν.

Στιβεύω, idem. Item inueſtigo, indago: *quoniam id fit ſequendo veſtigia*. Plut. Metaph. apud eundē, ςιβεύων τὸ μέλλον, indaganti res futuras. Exp. etiam, veſtigiis imprimo: vnde ςιβευόμενος τόπος, locus cui veſtigia

1528 imprimuntur: apud eundem de cauſ. nat.

Στιβεύς, idem quod ςιβεύς. Exp. & fullo: pro quo apud ſchol. Nic. legitur ςιβεύς. Item inueſtigator.

Στιβευτής, idem quod ςιβεύς.

Στιβεία, ἡ, ingreſſus: quo terra calcatur & teritur pedibus. Item inueſtigatio.

Στιβάζω & ςιβίζω, calco, tero. Apud Etym. ῥυθμὸς δὲ τὸ ψεῦδος ςιβάζουσι, exp. fugiunt, declinant.

Στιβία, idem quod ςίβος, via. Suid.

Compoſita.

Ἀςιβής, έος, ὁ, ἡ, qui abſceſſit, ſeu diſceſſit: vel qui non eandem viam calcat. Heſych.

Ἀςειπτος, ὁ, ἡ, nullis calcatus pedibus: ideóque vel non frequentatus, vel inuius. Soph.

Ἀςιβής, έος, ὁ, ἡ, non calcatus ſeu tritus, vel qui non calcatur ſeu teritur pedibus. Soph.

Ἀςιβος, idem. Heſy. Ἀςίβητος pro iiſdem. S.

Δυςίβευτος, inueſtigatu difficilis. Plut.

Ἐπιςείβω, calco. Rhianus de imprudentia, ἐπὶ κλῆθεται ὑψηλὰ γαῖαν. Ποσσὶν ἐπιςείβει.

Εὔςειπτος, bene calcatus: vt εὔςειπτον φᾶρος, bene calcatum à textore, ideóque denſum & bene textum, vel bene calcatum à fullone, ideóque politum & mundum. Apollon. Argon. 2.

Εὐςιβής, bene calcatus viatorum pedibus. Suid.

Θεοςιβής à deo calcatus vel calcandus. Naz.

*Ἡλιοςιβής, à ſole tritus, per quem ſol incedit vel meat Æſchyl.

Νιφοςιβής, à niue calcatus, vel in quo niues calcantur, niuoſus. Soph. in Aiace.

Πεδοςιβής, ſolum ſeu terram calcans, per terram gradiens, pedeſtris, vt πεδοςιβὴς ςρατιά. Eur. exp. etiam humi ſtratus, apud eundem ibidem, ὄλουμαι πεδοςιβεῖς. Apud eundem in Medea, πεδοςιβὴς ὄχος, vehiculum per terram tractum.

Περιςιβής, tritus, ſeu crebrò tritus. ſchol. Nic.

*Πλανοςιβής, terræ epithetum, apud Æſchyl.

Πολύςειπτος, multùm calcatus. Heſych. Πολύςιβος, idem ſchol. Nic.

Προςιβάζεται præit, vel præcedit. Heſy. Προςιβάς, άδος, ἡ, veſtigium impreſſum ab eo qui preit, vel κολαπτὴ ἢ inciſum, *vt fit in impreſſis rupibus*, apud Suid.

Χθονοςιβής in terra calcatus vel depreſſus. Et ſimpliciter, terreſtris. Soph.

¶ *Deriuata à ςείβω, condenſo, ſtipo.*

Στίβη, ἡ, ros matutinus frigore concretus & condenſatus. Od. ε. & ρ.

Στιβήεις, ήεσσα, ήεν, pruinoſus. Exp. & ſubſtantiuè, frigus aëris quod eſt ſub auroram.

Στιβάω, rigeo, frigeo. Heſy.

Στιβαρός, denſus, ſpiſſus, craſſus. Item grauis, firmus, robuſtus. Od. α. ε. & σ.

Στιβαρῶς, denſè, ſpiſsè, vel firmiter. Il. μ.

Στιφρός, denſus, firmus: item toroſus, rigidus. Ariſt. Exp. & aridus, durus, contractus Hipp.

Στιβάς, άδος, ἡ, ſtratum, ſtipatum, & quaſi calcatum, idem ferè quod Lat. culcitra. Plerumque ςιβάδες erant ſtramenta è frōdibus teneris, calamis, culmis, aut aliis herbis, quale quid erat & torus apud Latinos. Ariſtoph. in Plut. ἀντὶ δὲ κλίνης ἔχειν ςιβάδα σχοίνων. Vtitur & Ariſtot. Pl. Xen. &c. Ipſæ etiam frōdes ex quibus ςιβάδες fiebant, ςιβάδες vocātur, vt Marci 11. Στιβάδιον, τὸ, torulus ex herbis ſeu gramine & frondibus, ſtibadium.

Στοιβάς etiam dicitur pro ςιβάς, vnde ςιβάδ' εὐθέσθαι exp. in toro reponere, vel torum ſternere.

Στοιβή, herba qua in extruendis ſtibadiis & toris vtebantur, quáque tomenti loco culcitras farciebant. in Hippiatr. & apud Theophr. hiſt. pl. l. 6. c. 1. Scribitur & ςοίβη apud Heſyc. quod exp. etiam, conſtructio, compoſitio.

Στοιβάζω, conſtruo, compono digero. Luc. σὺ δὲ ςοίβαζε καὶ συντίθει. Et Eccleſiaſt. c. 8. ςοιβάζειν ξύλα ἐπὶ τὸ πῦρ, ſtruere ligna in pyram.

Στοιβασία, ſtructio. Etym.

Διαςοιβάζω, (*comp.*) inſtipo, conſtipo.

Στῖφος, εος, τὸ, turma, caterua, globus militum. Xen.

Χλιδῶνες, οἱ, brachialia, manilia, ſic dicta quoniam χλιδῶντες iis vtuntur. Ath.
Χλίδος, εος, τὸ, idem quod χλίδημα, ornamētum luxurioſius. Ion. in Agam. ¶ At χλίδος, ου, ὁ, dicitur omnis cumulus, maximè verò lapidum, excrementorum, & terræ quam fluuius aut torrens in vnum locum conuehit. Æſch. & De.
*Χλιαρὸς, delicatus, mollis. Nicander.

Compoſita.

Εγχλίω, delitias habeo in, luxurior in. Heſyc.
Διαχλιδάω, idem quod χλιδάω: vnde particip. præt. med. διακεχλιδὼς, apud Plut. in Alcib.

Εντρυχλιδάω, delitias facio: ſeu faſtidioſè me indulgeo: cum dat. perſ. Athen. l. 13.
Καταχλιδάω, idem in priori ſignif. apud eund.
Υπερχλιδάω, in delitiis modum excedo. Item inſolentia & petulantia modum ſupero. Soph.

ΧΛΟΑ, vel χλόη, (Ionicè χλοίη,) ης, ἡ, herba virens, gramen: vel viride germen: interdum &, herbæ, folia, fœnum. Eurip. Ariſtot. Eſt etiam Cereris epitheton: vel ob viriditatem plantarum: vel quòd fruges ad maturitatem perductæ flaueſcant, quarum inuentrix eſſe dicitur. Euſt.
Χλοάδης, εος, ὁ, & ἡ, virenti gramini ſimilis, herbaceus, viridis: apud Hippocr. Pro quo Ionicè apud eundem dicitur χλοιώδης.
Χλοηρὸς, idem: vt χλοηροῖσι χλααίνοισι: apud eund.
Χλοερὸς, pro iiſdem Apoll. Theocr. & Plut.
Χλωρὸς, (per craſin ortum ex χλοερὸς, ſeu χλοερὸς.) idem cum præcedentibus: virens, herbidus, viridis in modum germinum recens ex planta germinantium: vt χλωροῖς πετάλοισι apud Theocr. idyll. 7. & ὄντος χλωρὸν, Plutarch. ſymp. 2. Interdum opponitur τῷ ξηρῷ ſeu αὔῳ: vt viridis ſicco Heſiod. Interdum exp. recens, tener, mollis: vt χλωροὶ τυροὶ, & χλωροὶ κύβοι, apud Athen. l. 7. Metaphoricè apud Ariſtoph. θρέμματα, χλωρὰ, dicuntur. Item χλωρὸς, ita viridis vt in pallorem vergat, pallidus inſtar herbarum areſcentium & flacceſcentium: vt χλωρὸν ὑδέματος, apud Heſiod. in Aſp. & μέλι χλωρὸν. Il. λ. Exponitur etiam, decolores efficiens, vt χλωρὸν δέος Od. μ.
Χλωρότης, ητος, ἡ, viriditas, viror. Plut. Item palliditas, pallor: apud Hippocr.
Χλωρίτης, ου, ὁ, viridans, virens.
Χλωρίων, ωνος, & χλωρεὺς, έως, ὁ, auis nomen ex colore, Ariſtot. hiſt. an. l. 9. c. 1. & 22.
Χλωρηὶς, ίδος, ἡ, virens, viridans. vt κάμπην χλωρηίδα, apud Nic. in Ther. Dicitur & luſcinia χλωρηὶς, quoniam vere apparet, quum omnia viret: aut quoniam in virentibus arborum frondibus ſedet. ſchol. Hom. apud eum. Od. τ.
Χλωρεῖον, τὸ, itidem eſt animalculum quoddam ob viriditatem ſic dictum. Suid.
Χλωραίνω, viridem reddo. Soph.
Χλώρασμα, viror ſeu pallor. Hippocr.
Χλωράζω, viridi paſcor herba. Galen.
Χλωρίζω, viridis ſum, vireo. vt χλωρίζουσα, ἴασπις, apud Areth. in Apoc. Item metaph. vigeo, firmus ſum, vt χλωρίζον κήρυγμα τῶ εὐαγγελίου, apud eūd. Item palleo, pallidus ſum. Leuit. c. 14. 1830
Χλωρίασις, tanquam à χλωριάω, viror, pallor.
Χλοάω, (Ionicè χλοιάω) vireo. Nic. in Ther.
Χλοάζω, idem apud Heſych. Χλόασμα, idem quod χλώρασμα.
Εγχλοάζεσθαι, (*comp.*) Heſych. eſt ἐμψυχοῦσθαι.
Χλοῦσθαι, virere, germinare. Pro quo Ionicè χλοιοῦσθαι, apud Hippocr.
Χλόος, idem quod χλόη. ſignificas viriditatem. Item pallor. Apoll. & Nic. in Alex.
Χλοῦς, idem Hippocr. Χλουνὸς, aurum à χλόος denominatum ob pallorem.

Compoſita ac primùm ex χλωρὸς.

Αειχλωρὸς, ſemper virens: vel perpetuò pallidus. Nicand.
Αποχλωρίας, ου, ὁ, cui color faciei mutatur ex pudore aut inſania propriè, in pallorem. Heſych.
*Εγχλοάω, idem quod χλοάω, vireo, viridus ſum. Nicand.
*Εγχλοος, ὁ & ἡ, viridis. Nicand.
Εγχλωρὸς, virorem in ſe habens, viridis. Exponitur & propè viridis, apud Nic.

*Ἐπίχλοος, herbidus, vireſcens gramine. Oppian.
Εὔχλωρος, pulchrè viridans, vel ſimpliciter viridis.
Μελάγχλωρος, colorem habens atrum pallore mixtũ, vel viridis ſimul nigérque. Hippocr.
Μελίχλωρος, pallens mellis colore. Nic. & Theocr. Eſt & gemma coloris partim flaui, partim mellei. apud Plin. l. vlt. c. 11.
Ὑπόχλωρος, ſubuiridis. Item aliqua ex parte pallens. Hippocr. in Progn.
*Ὑπόχλοος, idem quod ὑπόχλωρος, ſubuiridis, ſubpallidus. Callim.

Compoſita ex χλόος, *&* χλοῦς.

Ἄχλοος, ὁ καὶ ἡ, virore deſtitutus. Hippocr.
Δονακόχλοος arundinibus virens. Eurip.
Μεσόχλοος, dimidia ex parte virens. Nic.

ΧΝΑΥΩ, F. αύσω, carpo, vellico. Heſych. Item catillonum more voro & deglutio. Cum accuſ. Euri. Κναύομαι, carpor, vellicor. Heſych.
Χναῦμα, τὸ, quod carpitur, & catillonum more deglutitur. Poll. l. 6. c. 9.
Χναυμάτιον, ου, τὸ, vnde apud Athen. l. 9. πτερύγια χναυμάτια dicuntur auiculæ quæ delicatiùs apparatæ guloſè deuorantur.
Χναυστικός, ὁ, qui χναύμασι delectatur, catillo. apud eundem Athen. l. 4. ex Poſidippo.
Χνόος, & contractè χνοῦς, raſio. Heſych. Item primi pili qui in gena erumpentes radi poſſunt: lanugo. Ariſtop. & Callim. Item molle tomentum quo calcitræ inferciuntur: ex tenera lana conſtans, vt genarum lanugo molliſſima eſt Poll. l. 10. c. 8. ex Ariſtoph. Babyl. Maris etiam ſpuma χνοῦς ἁλὸς dicitur. Odyſſ. ζ. quoniam veluti lanugo ei innatat. Exponitur χνόος etiam, ſtrepitus. Heſych.
Χνοώδης, ὁ καὶ ἡ, lanuginoſus. Theoph.
Χνοάω, ſeu χνοάζω, f. σω, lanugine obſitus ſum. Interdum de ipſis genis dicitur aut pubeſcente adoleſcente. Luc. Interdum de ipſis pilis lanuginoſis. Apoll.
Χνοὴ, ἡ, idem quod χνόος ſeu χνοῦς, ſtrepitus: vnde apud Æſchyl. πόμπιμοι χνόαι ποδῶν dicuntur de continuo motu pedum qui cum ſtrepitu perficitur. ¶ Item fiſtula axis cui axis immittitur. Soph. Interdum &, ipſa axis extrema pars quæ modiolo inſeritur. Æſchyl. Pro eodem χνόη Ionicè dicitur χνοίη.

Compoſita à χνόος.

Ἀναχνοαίνεσθαι, lanugine obſitum eſſe, vel primam lanuginem emittere. Ariſtoph.
Ἄχνοος, ſeu ἄχνους, lanugine carens, impubis. Epigr.
Ἔγχνοος, ſeu ἔγχνους, lanuginoſus.
Ἐπίχνοος, & ἐπίχνους, lanugine tectus.
Ἐπιχνοάω, ſum ἐπίχνους. Apoll. Arg. l. 1.
Ἰσόχνοος, æquè lanuginoſus. in Epigr.
Καλαμίχνοος & καλαμόχνους, q. d. arundinum lanugo. Sic dicitur ἀδάρκης, quòd in arundinibus concretæ lanuginis modo inueniatur. Plin. l. 32. c 10.
*Περίχνοος, ſeu περίχνους, primam lanuginem habens.

1831 ΧΟΙΝΙΞ, ικος, ἡ, menſuræ nomen eſt ſextarios duos continentis, ſeu cotylas quatuor, vt tradit Paul. Æg. Erant χοίνικες, & pedicæ quædam videlicet ligna craſſa & rotunda chœnicis modo, in quæ crura im mittebantur. Ariſtot.
Χοινίκιον, τὸ, & Χοινικὶς, ίδος, ἡ, modiolus rotæ qui & χνόη dicitur, axem in cauitatem ſuam recipiens Gal. Item modiolus i. inſtrumentum quoddam chirurgicum apud Celſ. l. 5 c. 8. Pro χοινικὶς, in prima fig. dicitur & χοινίκη apud Heſych.

Compoſita.

Διχοίνικος, ὁ, & ἡ, duas capiens chœnicas. Ariſt.
Ἡμιχοίνικος, dimidiatam chœnicem capiens. Dioſc.
Decomp. Δευτερημιχοίνιξ, duæ chœnices cum dimidia, Theoph. hiſt. pl. l. 8. c. 4.
Τριημιχοίνιξ, chœnix cum dimidia apud eundem.
Ὁμοχοίνιξ, qui eadem chœnice victitat. Item ὁμοχοίνικες, qui demenſum acceptum conferunt, & communes ex eo ſumptus faciunt. Plut.
Τετραχοίνικος, quatuor continens χοίνικας. Dioſc.
Τριχοίνικος, trium chœnicum capax. Item trium chœnicum pretio dignus. Ariſtoph.

ΧΟΙΡΟΣ, ου, ὁ, porcus, ſus. Ariſtoph. Plat. &c. Fœmin. etiam gen. dicitur ἡ χοῖρος: vt ἀγρίας χοίρου, apud Ariſtoph. ¶ Eſt & nomen Nilotici piſcis: apud Athen. l. 7.
Χοίρειος, ου, ὁ, porcinus. Athen. pro eodem eliſo ι. dicitur χοίρεος. Odyſſ. ξ. Et eliſo ε χοίριος, χρεῶν χοιρεία, apud Gal.
Χοιρίνη, ἡ, ſ. δορὰ, porcina pellis. Item ſub θρὶξ ſeta porcina. Ariſtoph. Χοιρίναι, dicitur etiam conchæ marinæ quibus olim in ſuffragiis vtebantur: apud eundem. Sunt & in placentarum genere: apud Ath. l. 14.
Χοιρίον, & χοιρίδιον, τὸ, porculus, porcellus. Ariſto. Item muliebre pudendum, apud eund.
Χοιρεᾶται οἱ, q. d. porculatores vel porcarij: ſic à Clyſthene Sicyonis tyranno dicti fuere tribules quidam Sycionij, per deriſionem priſtino mutato nomine: apud Herod. l. 5.
Χοιρὰς, άδος, ἡ, porcula. ſcrofula. Item rupes è mari aliquantum eminens ita vt porco natanti ſimilis ſit, quæ vndis marinis circumluitur & cauum antrum habet. Eurip. Item ſtruma, vel à petris quæ χοιράδες dicuntur: vel à porcis in quorum gutture frequentes eiuſmodi tumores reperiuntur. Celſ. l. 5. c. 28.
Χοιραδώδης, ſtrumoſus. Plut. ſymp. 4.

Compoſita.

Ἀκανθόχοιρος, q. d. porcus ſpinis horrens: echinus terreſtris. Suid.
Καλλίχοιρος, ἡ, pulchros porculos patiens. Ariſtot.
Μετάχοιρος, ſeu μετόχοιρον, porcellus qui in vtero matris læſus poſt ſtatum tempus partu editur. Idem.
Ὑπόχοιρις, oleris quædam ſpecies. Theophr.

ΧΟΛΗ, ῆς, ἡ, bilis, fel. Plutarch. Item bilis, i. ira. Athen. & Luc. Item faſtidium nauſea: apud Plut. Item veſica continens bilem ſeu fel. Dicitur & de ſepiæ atramento quod velut atram bilem effundit. Nic in Alexiph.
Χολώδης εος, ὁ & ἡ, bilioſus, Felleus. Hippocr. Gal.
Χολικὸς, idem. Plut.
Χολόεις, εντος, ὁ, idem cum præcedentibus. Nic.
Χολητιος, bilem educens, bilem purgans. Gal.
Χολαῖος, idem cum χολόεις & χολικὸς, vnde χολαῖον dicitur hepar apud Sui. in cuius parte inferiore caua dependet fellis receptaculum.
Χολέρα, ἡ, cholera morbus in quo bilis vel excernitur vel euomitur, de quo Celſ. 4. c. 11. & Alex. Trallia. li. 7. qui tamen non à χολὴ nomen habere ſcribit, ſed à 1832
χολὰς inteſtinum: quoniam materia quæ per vētrem aduehitur per inteſtina excernatur.
Χολερώδης, qualis eſt eorum qui cholera vexantur, choleræ ſimilis. Hippocr.
Χολερικὸς, idem, vt χολερικὰ πάθη, morbi quales ſunt cholera laborantium apud eundem. Item χολερικὸς, obnoxius choleræ, ſeu χολερικῷ πάθει, cholericus. Dioſc.
Χολεριάω, cholera vexor. Gal. Dioſc.
Χολὰς, άδος, ἡ, inteſtinum, dictum παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος. Il. δ. & φ.
Χόλιξ, ικος, ἡ, itidem inteſtinum, ſed craſſum. Ariſtoph.

Χολάω, bile mihi iecur accenditur, iraſcor. Cn perſ. Ioan. c. 7. Item furo, inſanio. Athen.

Χόλος, idem quod χολή. fel, bilis. Il. π. Item bilis, i. ira, paſſim apud Hom. & cæteros poetas.

Χόλιος, iratus, Epigr.

Χολόω, bile inflammo, ad iram concito. Od. θ.

Χολοῦμαι, ad iram concitor, vel iraſcor, indignor. Il. ϑ. Ἥρῃ δ᾽ οὔ τόσσον νεμεσίζομαι οὐδὲ χολοῦμαι.

Χολωτὸς, iratus, iracundus: Il. ο. & Od. χ.

Χάω, idem cum χολόω, ex quo & eliſo λ & duobus ο in ω contractis ortum putatur.

Χώομαι, idem cum χολοῦμαι, cum genit. ſub. ἕνεκα, Il. ϐ cum dat. perſ. Od. ε & ψ. Et cum περὶ ſeq. dat. Heſiod. in Aſp. χωσάμενος περὶ βουσί.

Compoſita.

Ακρητόχολος, ὁ καὶ ἡ, ὁ ἄκρατον ἀθροίζων χόλον, qui meram bilem congerit. Hippocr.

Ἀκρόχολος, extremè biliosus, cui ſubitò bilis accenditur, qui repentè iraſcitur. Ariſtot. Pro eodem dicitur & ἀκρόχολος, apud Ariſtoph.

Ἀκροχολία, procliuitas ad iram. Plut. Pro quo dicitur & ἀκρητοχολία. Heſych.

Ἀκροχολέω, repentè ad iram concitor. Plat.

Αμφιχολόομαι, iraſcor circum vel propter. Greg. Naz.

Αὐτοχόλωτος, qui ſua ſponte iram concipit, vel ſibi ipſi iratus. Epigr.

Ἄχολος, bile ſeu felle carens. Item bilem tollens & abigens, vt φάρμακον ἄχολον. Od. δ.

Ἀχολία, bile carere, mens non biliosa. Plut.

Ἀψίχολος, qui citò iraſcitur, ſed facilè iram deponit.

Διχόλωτος ἀνάγκη, exponitur neceſſitas duplicis iræ. Epigr.

Εγκεφαλίχολος, cui admixtum fel eſt, bilioſus. ¶ Ἐγκεφαλίχολοι dicuntur piſces quidam quòd bilem in capite habeant, teſte Etym. De iis Athen. l. 7. & Ariſtot. hiſt. an. l. 6 c. 5.

Εκχολόω, in bilem verto, vnde paſſ. ἐκχολοῦται, apud Gal. de alim. facul. l. 5 & alibi.

Επίχολος, exp. iracundus. Poll. l. 2.

Ζάχολος, valde iracundus.

Ημιχολώδης, ſemibilioſus. Hippocr. Epidem. l. 7.

*Κλεψίχολος, bilem occultans, bilem occultam habens. Lucian.

Κρυψίχολος, qui bilem celat & diſſimulat.

*Μελάγχολος, atra bile tinctus ſeu felle, in quo abundat melancholicus humor. Soph.

Μελαγχολία, ἡ, furor ſeu deſipiſcentia ex atræ bilis redundantia, apud Hippocr. &c.

Μελαγχολικὸς, ex melancholia ſeu craſſo humore proficiſcens: vt μελαγχολικὸν πάθος, apud eundem. Item in quo nominatur melãcholicus humor: melancholiæ obnoxius & qui facilè in eã incidit. Plu.

Μελαγχολικῶς, melancholicè. Gal.

Μελαγχολάω, melancholia laboro, ex atræ bilis redundantia furo. Ariſtoph. & Luc.

Μελαγχολέω, melancholiam genero: melancholicũ efficio: vnde μελαγχολιᾶσθαι, apud Poll. exponi poſſe videtur melancholiæ obnoxium factum eſſe.

*Ξανθοχολικὸς, bilioſus. Æginet.

Οξύχολος, qui ſubitò & acriter iraſcitur.

Οξυχολία, ira repentina & acris, iracundia.

Πικρόχολος, in quo redundat amara bilis. Hippocr. In epigr. metaph. Archilochi πικρόχολον στόμα dicitur os effundens verba ex amara bile profecta.

Ὑδατόχολα διαχωρήματα, excrementa permixta bile aquosa. apud Actuar.

Ὑπέρχολος, ſupra modum iratus. Suid. Ὑπερχολάω, valde bilioſus ſum: vel vehementer iraſcor.

Ὑπόχολος, ſubiratus. Ab Atticis ſic dicitur ὁ μελαγχολῶν, teſte Poll. l. 2.

ΧΟΝΔΡΟΣ, ου, ὁ, granum: vel omne id quod ex continuo aliquo ſeorſum concreuit: vt ſalis grumi & thuris micæ: vnde χόνδρος ἁλὸς, apud Aet. l. 9. c. 39. Item alica: i. vel tritici genus & certæ frugis ſpecies, vt quidam ex Gal. tradunt de facul. alim. l. 3. vel farina ex zea certo modo cõcinnata, quem deſcribit Conſtant. Geopon. lib. 3. ſic dicta quòd aqua aſperſa exiccatur, & in grumos granáque cõcreſcat, quæ ad 1833
vſum reponuntur. Athenæus Ariſtop. in Δαιταλεῦσι, ῥόφημα χόνδρον appellaſſe ſcribit, quod quidam exp. granum quod ſorbetur. ¶ Item, χόνδρος, cartilago: id eſt pars corporis omnium poſt os, maximè terrea & ſolida, ſenſus expers: apud Nic. in Alexiph.

Χονδρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſpeciem grani gerens: grumoſus, Athen. l. 3. ¶ Item cartilagineus, cartilaginoſus. Ariſtot. hiſt. an. l. 1.

Χονδρίτης, ου, ὁ, vt χονδρίτης ἄρτος, panis è chõdro ſeu alica. Athen. l. 12. Fœm. χονδρῖτις. Heſych. craſſa ſimila. Eſt & χόνδριλος panis ſpecies. Ath. ibid.

Χονδριάω, ſum grumoſus: vt χονδριῶντες μαστοὶ, mammę ita turgeſcentes vt in eis grumi concreti eſſe videantur: apud Dioſc. l. 2.

Χονδρίζω, facio alicam ſeu ſimilam. Heſych.

Χονδρίλη, ἡ, nomen herbæ de qua Dioſc. l. 2. c. 161.

Compoſita.

Ἔγχονδρος, grumos in ſe habens, grumoſus: vt ἔγχονδρος λίβανος, apud Dioſc. l. 1. Item cartilagineus.

Εγχονδρίζω, chondro ſeu alica perſpergo: vel ipſam cataplaſmatis modo impono. Item cartilaginem coapto: apud Gal. τῶν κατὰ τόπ. l. 3.

Νευροχονδρώδης, ex neruis & cartilagine conſtans. G.

Συγχόνδρωσις, quum oſſa coaleſcunt cartilaginis interuentu: apud eundem de oſſ.

Ὑποχόνδριος, qui ſub cartilagine eſt. Vnde ὑποχόνδριον medicis dicitur tota illa corporis humani regio quæ à mucronata cartilagine vtrinque ad ilia vſque protenditur: quòd ſub cartilagine iaceat, póſtque eam ſit.

*Ὑποχονδριακὸς, adiect. ab Ὑποχόνδριον Ægin.

ΧΟΡΔΗ, ῆς, ἡ, inteſtinum, vt χορδαὶ ἐρίφων, apud Athen. l. 7. Item chorda, fides, ex inteſtino contorto & arefacto, quæ muſico inſtrumento intenta pulſu melodicos ſonos reddit. Il. φ. & apud Plat. polit. 1.

Χορδεύω, implico & inuoluo: *vt cordæ inuolui ſolent*. vnde apud Ariſtoph. χορδεύματα σώματα, corpora quæ in coitu ſibi mutuò implicantur.

Χορδεύω, idem: apud eundem in Equit. χορδεύ᾽ ὁμοῦ τὰ πράγματα ἅπαντα.

Χόρδευμα, idem quod χορδὴ inteſtinum. Idem. ibid.

Compoſita.

Ακροχορδὼν, όνος, ἡ, dicitur verruca quæ ſub cute coit, durior & paulo aſperior, calloſa & plerunq; teres, eiuſdem coloris, infrà tenuis, ad cutem latior, pueros maximè infeſtans, quòd ſimilis ſit vertice ſuo reſectæ chordæ ſecundum extremitatem: vt ſcribit Aet. vel quòd in imo adeo anguſta ſit, vt pendere videatur: vt vult Celſ.

Αντίχορδος, ὁ καὶ ἡ, contrarias chordas habens: vel contrarium ſonum chordis emittens. Exp. &, ἰσόχορδος. item σύγχορδος. Heſych.

Ἄχορδος nullas habens chordas. Ariſtot.

Δεκάχορδος, decem intentus fidibus. Pſal. 18.

Εννεάχορδος, nouem cordas habens. Athen.

Επιχορδὶς, corpus membranoſum in medio inteſtinorum ſitum: idem quod μεσεντέριον, Aret.

Επτάχορδος, ſeptem chordis conſtans.

*Εὔχορδος, pulchras cordas habens. Pind.

Ισόχορδος, paribus conſtans chordis. Heſ.

Κατοχορδεύω, exp. reſcindo. Herodot.

Μονόχορδος, vnica intentus chorda. Poll.

Ολιγοχορδία, paucitas fidium.

Παράχορδος, aberrans à chorda, abſonus. Suid.

Παραχορδίζω,à chorda aberro. Ariſtoph.
Παραχορδέω,idem. Suid.
Πεντάχορδος,quinque habens chordas. Poll.
Πολύχορδος,multas habens chordas ſeu fides. Eur.
Πολυχορδία,chordarum multitudo. Athen.
Πρόσχορδος,chordis conſonus. Et gen. conſonus. Plat.
Σύγχορδος,idem. Heſych.
Τετράχορδος,quatuor inſtructus chordis.
Τρίχορδος,triplici intentus chorda. Poll.

1834 ΧΟΡΟΣ,ȣ̃,ὁ,chorus,chorea,tripudium,tam de actione ſaltandi quàm de ſaltantiū multitudine. Hom. Xen. In tragœdiis,comœdiis,& ſatyris peculiariter χορὸς dicebatur multitudo quæ ſaltabat & canebat inter actus,interdum & interloquebatur,hiſtrionis perſonā ſuſtinens:vt apud Athen. l.8.& 14. Ariſtot. de arte poet. &c. Locus etiam choreis agitandis deſtinatus chorus dicitur. Od. θ.
Χορικὸς,ὁ,choricus,ad chorum pertinens. Poll.
Χόρειος & χορεῖος,pes quidam dictus fuit,quo cōſcripti verſus choreis apti erāt. ſchol. Hephæſt. Item χορεῖος, ὁ & ἡ,quo chorus vtitur, ſaltationi conueniens. Apoll. Athen.
Χορεύω,choros agito,ſalto,tripudio:propriè,cum cantu. Iſocr. Χορεύειν πόδας, exp. agitare pedes more ſaltantium. Epigr. Γάμους χορεύειν,choris nuptias celebrare. Eurip.
Χορεύομαι, vnde κεχόρευται, exp. tripudiatum eſt & ſaltatum. Ariſtop. in Nub. Et aor. 1. χορευθεὶς,ſub ſpecie ſaltationis expreſſus. Plat.
Χόρευμα,quod ſaltādo exprimitur:vel ſaltatio. Eur.
Χόρευσις,ἡ idem. Suid.
Χορευτὴς,οῦ,ὁ,ſaltator,tripudiator:vel qui ſimul cantat & ſaltat. Plat. & Ariſtot.
Χορεία,ἡ,tripudium cum cantu mixtū,chorea. Plat.
Χορεῖον,idem quod χορὸς,de loco vbi ſaltatur.
Χορόνδε,ductum choreas. Il. γ.
*Χορῆτις,ιδος,ἡ,ſaltatrix,quæ choros agitat. Callim.
Χόριον, τὸ, extima fœtus membrana,ipſum totum inuoluens:tam in animantib. cæteris quàm in homine. Hippocr. Ariſtot. Quidam dictum putant ἀπὸ τȣ̃ χορȣ̃ quòd in eo vaſa veluti in choro diſpoſita ſint. Scribitur & χωρίον apud Hippocr. de nat. inf. quòd fœtus velut domicilium ſit: vel à χωρέω, quod vnà cum fœtu procedat. ¶ Χόρια dicuntur etiam edulia ex lacte & melle,teſte Athenæo l.14. Pro quo ſcribitur & χορεῖα apud eundem l.12.

Compoſita.

Ἀμφιχορεύω cantans ſaltánſque obeo.
Ἀναχορεύω,idem quod χορεύω : vel ſaltatione & tripudio celebro,cum accuſ. Eurip.
Συναναχορεύω,(Decomp.) vnà tripudio, vnà ad cantum moueor:vnde metaph. Ariſto. ὁ δ' ἀγνὸς συναναχορεύει πᾶσι τούτοις ἀπαύστως.
Ἀντιχορία,oppoſita chori pars : vel quod oppoſita pars chori canit. Poll. l.4 c.15.
Ἀρτιχόρευτος,recèns choreis celebratus. Nonn.
Ἀρχέχορος,qui præeſt choro,choragus,ſeu qui choros inchoat:in Epigr.
Ἄχορος, ὁ & ἡ,chororū expers, qui ſine choreis eſt vel ſit. Eurip. & Plut.
Ἀχόρευτος, non celebratus choreis. Item alienus à chorea,chorea nunquam vſus. Plat.
Διχορία, diuiſio chori in duas partes , vel chorus in duas partes diuiſus. Poll. l.4.c.15.
Διχορεύειν in duobus choris canere. Heſyc.
*Ἐγερσίχορος,choreas excitans. Callim.
Ἐγχορεύω,choros duco in.
Ἐκχορεύομαι,è choro excludo,è choro eiicior. Eurip.
Εὐρύχορος, in qua ampli chori duci poſſunt , ideóque ampla,ſpatioſa:vt Ἐλλάδος εὐρυχόροιο. Il. ι.
Ἡμιχόριον,altera pars chori bipertiti. Poll.

Καλλίχορος, in quo pulchræ choreæ duci poſſunt , ex quo intelligitur,pulcher,amabilis,amœnus,vt καλλιχόροισι παγαῖς,apud Eurip. in Ione. Item actiuè,pulchras choreas agitās,vel ſimpliciter,tripudiis ſe oblectans:vt καλλίχορον Δηλίων,apud eund.
Καταχόρευσις , ſpecies cantus in quo Pythiis ludis repræſentabatur Apollo iam ouans. Poll.
Μεσόχορος,qui medius in choro eſt. Plin.
Παραχορεύω,choreas agito,apud Eurip.
Περιχορεύω,idem quod ἀμφιχορεύω. Περιχορίζω,pro iiſdem H.
Πρόχορος,in choro ſeu chorea iunctus. Ariſtoph.
Συγχορεύω,vnà tripudio.
Συγχορευτὴς,qui vnà choros exercet & celebrat. Pla.
Συγχορεύτρια,quæ alicui in chorea iuncta eſt. Poll.
Τερψίχορος,tripudiis ſe vel alios oblectans:epit. Apol. in Epigr. Τερψιχόρη,vna ex nouem Muſis. Plut.
Τριχορία triplex chorus. Poll. l.4.c.15.
Φιλόχορος chori ſeu chorearum amans.
Φιλοχορευτὴς,choreas ducendi ſtudioſus. Ariſt.

ΧΟΡΤΟΣ,ȣ,ὁ,fœnum. Xen. Plut. Interdum dicitur de herba adhuc virenti:vt Matth. 13.& Marci 4. Aliquando pro quolibet cibo ſumitur:vt apud Athen. lib.7. Item ſeptum quo cincta eſt cors. vt Il. λ, Αὐλῆς ἐν χόρτῳ.
Χορτώδης,εος,ὁ & ἡ,herbaceus,gramineus.
Χορταῖος χιτὼν,tunica hirſuta,qualem Sileni geſtabant. Poll.
Χορτάριον,τὸ,idem quod χόρτος.
Χορτάζω gramine paſco,fœno,ſagino. Heſiod. Et ſimpliciter,paſco,alo:vt apud Athen. Βολβοῖς τ' ἐμαυτὸν χορτάσων ἐλήλυθα. Interdum,ſatio,exaturo:vt χορτάσαι ἄρτων. Marci octauo.
Χόρτασμα,τὸ,pabulum,cibus. Act. ap. c.7.
Χορτασμὸς,ſaturatio,repletio. Poll.
*Χόρτινος,gramineus,ex gramine, vt χόρτινον ἔλαιον. Plutarch.

Compoſita.

Ἀχόρταστος,ὁ & ἡ, inſatiatus, inexpletus:vel inſaturabilis,inexplebilis. Heſych.
Δύσχορτος , graminis ſeu fœni non ferax graminis penuria laborans:ex quo intelligitur incultus,deſertus,inamœnus. Eur.
Εὔχορτος,fœno ſeu gramine abundans.
Σύγχορτος,gramine conſitus: vel ſimpliciter conſitus. Eur. in Her. fur.

ΧΡΑΩ,ῶ,F. ήσω,P. κα, commodo,commodato do, do vtendum:vnde apud Plut. κέχρηκε,commodauit & κεχρήκει,commodauerat apud Appian. Significat etiam mutuo:τί τινι apud Dem. ¶ Item oracula edo,reſponſum reddo oraculo, prædico, vaticinor. Eur. in Iph. Taur. ποῖμ' αὖ τίνα δ' ἐς χθόνα ἤγαγες χρήσας:oraculo reddito. Apoll. Arg. 2. Ἔχρεε εἰδυλίως πάντεσσιν,prædicebat omnibus futura. ¶ Item coloro,imbuo,tingo:vel polluo. Heſyc. ¶ Item inuado furioſè & cum impetu aggredior, vt Odyſſ. κ Πῶς ἦλθες Ὀδυσσεῦ,τίς τοι κακός, ἔχραε δαίμων, furioſè te eſt aggreſſus.

¶ *Deriuata à χράω,i. commodo mutuo.*

Κιχράω,ῶ,& κίχρημι,idem quod χράω,commodo. Demoſth. τῶν δὲ χρημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι ὅ,τι βούλει. Partic. κεχρηκότος,qui vtendum rogauit. Plutarc. Χράομαι ῶμαι,P. κέχρημαι,commodato accipio,mutuor. Plutarch. in Ant. ἐνεκάλει δὲ ὅτι χρησάμενος ναῦς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον ἀπέστειλεν,quòd naues non reddiderat quas vtendas acceperat. ¶ Item vtor,in qua ſignificat cum dat. plerunque iungitur. Dem. Plut. &c. Interdum cum dat. & accuſat. & Ariſtop. Τοῖς δ' ἐμβάδεσι τί χρήσεται τις εἰπέ μοι: quem in vſum conuertet aliquis calceos? Aliquādo χράομαι ſignificat

ſignificat vtor,i.prẹditus ſum,vt τοιαύτῃ δυνάμει χρῶμαι,apud Iſoc. Item habeo.Thuc Exp.& ſum,apud eund. Χρῆσθαι λόγῳ interdum exp.ratione præditum
336 eſſe,interdum ſignificat, verba facere,loqui. Soph. Plut. Significat & reſpondere. Plat. in Phæd. πάνυ ἐθαύμαζον εἴ τι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ,neminem futurum putabam qui ei reſpondere poſſit. Χρῆσθαι τοῖς πράγμασι,interdum eſt potiri rebus,eſſe in ſummo actu rerum, vt apud Plut. Interdum eſt, gerere & adminiſtrare res,vt apud Dem.Olynth.2.& Iſocr. in Archid. Sic καλῶς χρῆσθαι φίλοις, honeſtè ſe gerere erga amicos,apud Xen. Χρῆσθαι βίῳ vitam agitare,viuere,apud Syneſ.Τί λει χρῆσθαι,mori.Herod Dicitur & χρῆσθαί τι τινὶ ἀνθρώπῳ, aliquid de homine aliquid ſtatuere.Thuc.

*Χρέος,portentum,Theocr.

Χρῆμα,&c vide ſuo loco Χρήμη,ἡ,exp.commodum,vtilitas.Herodot.

Χρῆσις,εως,ἡ,vſus.Herodian.Plut.&c.Exponitur &, commodatum,Ariſtot.

Χρήσιμος,ὁ καὶ ἡ, vtilis,commodus.Dem. παρέχειν αὐτὸν χρήσιμον τῇ πόλει. Dicitur & χρήσιμος πρός τι & εἴς τι. Apud Ariſtoph.& Plut. Dicitur & χρησίμη.fœm. gen.apud Ariſtot.in Polit.

Χρησίμως,vtiliter.Thuc.

Χρησιμεύω,vtilis ſum,commodo,cõmodus ſum. cũ dat. Luc.& Greg Et cum εἰς ſeq.accuſ.apud Alex. Aphr.in top.li.1.Item in vſu ſum,vſitatus ſum.Exp. etiam,commodo afficio.

Χραισμέω,opitulor,opem fero;dictum(vt quidam putarunt)quaſi χρησιμῶ.Il. π.

Χραίσμη,auxilium,remedium.Nic.in Ther.

Χραισμήτωρ,ορος,ὁ,auxiliator,opem ferens.Nonn.

Χραισμήεις,εντος,ὁ,idem Nic.in Ther.

Χρήστης,ου,ὁ,qui commodauit vel mutuò dedit,creditor. Ariſtoph. & Phocyl. Item qui commodato accepit,debitor,itidem apud Phocyl.& Dem. Aliam ſignif vide in χράω,oraculum edo.

Χρηστός,οῦ,ὁ,vtilis,commodus,Ariſtoph.& Plut. Item bonus.Xen.Dem Interdum pro ſtrenuo ponitur,vt apud Thuc lib.3.Interdum ſignificat,mitis,clemẽs, benignus.Herodian.& in epiſt.Paul.ad Epheſ.ca.4. Exponitur &,ſuauis,iucundus,facilis, apud Matth. c.11.& Greg.Item lenis,in metaph.ſignif.apud Menand.

Χρηστότης,ητος,ἡ,vtilitas.Item bonitas.Plut. Item clementia,benignitas,in ep.Paul.ad Gal.

Χρηστεύομαι,benignitate vtor,clementer me gero,in ep.ad Cor.1 c.3.Exp.&, probè ago.Baſil.

Χρηστικός,qui nouit commodè vti rebus. Ariſtot.Oecon.lib.1 Ep.&,qui eſt frugi.

Χρηστικῶς,frugaliter,vtiliter.

Χρηστήριος,vtilis,vſum præbens.Athen.¶At χρηστήριον,τὸ,vide χρηστήρια τὰ,cædes,corpora occiſa.Soph.

Compoſita ac primùm cum præpoſitione.

Ἀντιχράω,ſeu ἀντικίχρημι, viciſſim commodo ſeu vtendum præbeo.

Ἀντίχρησις,εως,ἡ,mutuus vſus.

Ἀποχράομαι,abutor.Ariſtot.Oecon 2. ἀπεχρήσατο τῷ στρατοπέδῳ. ¶Item vtendo conſumo, vſu attero. Plut.in Cæſ.Exponitur & veheméter vtor.apud Luc in tyr. Item pro ſimpl.χρῶμαι.Plut.in Pomp. ¶Item interficio. Ariſtoph. τῶν ἀνδρῶν ἀπεχρήσαντο τῶν πρεσβευτῶν. ¶Item contemptus ſum.apud Herodot.

*Ἀπόχρησις,abuſus.Item interfectio,occiſio.

Διαχράομαι, vtor. Herodot.Apud Arrian. ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι χαλεπῶς, exp. ægrè ſe ſuſtentare exiguæ aquæ vſu.¶Item διαχράομαι idem quod ἀποχράομαι, interficio. ¶Διαχρῆσθαι exp etiam,mutuò ſumi,vnde διακεχρημένος mutuò ſumptus.

Ἐπιχράομαι,vtor,id eſt,familiaris ſum,*alicui*.Plat.

Καταχράομαι, abutor. Syneſ.ep.63. χρῆσθαι δὲ τοῖς τῆς δυνάμεως φιλίας οὐ καταχρῆσθαι.Item pro χράομαι apud Plat.ep.8.οὐκ ὀρθῶς κατακέχρηνται δωρεᾷ.Item immodicè vtor,abſumo,profundo,cum accuſatiuo. Luc.& Plut.Hinc præterit κατακεχρῆσθαι,abſumptum eſſe ſeu 1837
conſumptum, vel abſumpta aut conſumpta. Iſocr. Item καταχράομαι,malè accipio,verberibus vel morte afficio,cum dat.perſonæ.Æſchin.

Κατάχρησις,ἡ, abuſio, abuſus. Eſt & ſchema apud rhet.de quo Fab.l.8.c.6.

Καταχρηστικός,abuſiuus,per abuſionem dictus.

Καταχρηστικῶς, abuſiuè, per abuſionem, apud grammaticos.

*Decomp.*Παρακαταχράομαι,exp abutor. Ariſtop.

Προκαταχράομαι,antè vtor.Item prius conſumo:vnde προκαταχεχρῆσθαι,prius conſumptum eſſe.Dem.

Παραχράομαι,*itidem* abutor.Plut.¶Item negligo,aſpernor,flocciſacio:apud Herodo. παραχρησάμενοι ἢ Βάκιδος χρησμῷ.

Παράχρησις,idem quod κατάχρησις.Suid.

Προσχράομαι,inſuper vtor.Et ſimpliciter,vtor.Suid.

Συγχράομαι,commodatò peto:vel vtendum accipio, Polyb. ¶Item vnà cum alio vel aliis vtor. Exp. & commercium habeo.Ioan.c.4.

Alia compoſita, itidem cum præpoſ.quorum tamen ſignificatio à præcedentibus diuerſa eſt.

Ἀποχρᾷ,ſufficit,ſatis eſt. Pauſan. οὐδὲ ἀποχρᾷ σφίσιν ἐκτεμνεῖν τῶν μηρῶν. Infinit. ἀποχρᾶν apud Herodot. Particip.ἀποχρῶν,ſufficiens,apud Plut.Luc. & Syneſ. Ἀποχρώντως,ſufficienter,ſatis, abundè, quantum ſatis eſt,apud Suid.& Heſych.

Ἀπόχρη,idem quod ἀποχρᾷ. Præt. imperf. ἀπέχρη. Fut.ἀποχρήσει. Aor.1. ἀπέχρησε Infinit. ἀποχρῆν pro ἀποχρῆναι per apocopen,vt Euſt.tradit.Luc. ἀπόχρη τὰ πρῶτα κεφάλαια εἰπεῖν,ſatis eſt prima capita exponere.Demoſth.aduerſus Midiam, οὐκ ἀπέχρησε δὲ αὐτῷ τοῦτο,ἀλλὰ καὶ,&c.non ſatis illi fuit.Idem pro cor.καὶ οὐκ ἀπέχρη ταῦτα,nec verò his contentus erat.Rurſus apud Luc.ἀπόχρη εἰς δυσμορφίαν.

Ἐκχρᾷ, ſuffecit, vt apud Herodot. οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡμέρη, non ſufficit eis dies,defecit eos dies.Apud eundem ἐκχρήσει πεποιῆσθαι τάδε, exp. ex vſu erit hanc iniuriam intuliſſe.

Καταχρᾷ,idem quod præcedentia.Herodot. Sic καταχρήσει,ſufficiet,ſatis erit apud eundem.

Compoſita ſine præpoſitione.

Ἄχρηστος,ὁ καὶ ἡ,inutilis,incommodus. Dem. & Ariſtot. Interdum inuſitatus. Item improbus, vide & χράω in ſecunda ſignif.

Ἀχρήστως,inutiliter.Item inuſitatè.

Ἀχρηστία,ἡ,inutilitas.Appian.Item ſimpl.non vti.Plu.

Ἀχρηστέω, vel ἀχρηστεύομαι,inutilis ſum,vel inuſitatus.

Βιόχρηστος,vitæ & victui vtilis.

Δύσχρηστος,quo difficulter vti poſſumus.Xen.

Δυσχρήστως,ita vt facilè vti non poſſis.Poly.

Δυσχρηστία,difficultas vtendi re aliqua,incommoditas.Exponitur &,anxietas,& inextricabilis difficultas,apud eundem lib.2.

Δυσχρηστέω,ῶ,difficilis vſus aut nullius ſum.Idem.

Δυσχρηστοῦμαι,vſu rei cuiuſpiam offendor.Athe.Item incommodè & impeditè verſor,inextricabili difficultate opprimor.Polyb.

Δυσχρήστημα,τὸ,incommodum.

Εὔχρηστος , cuius facilis eſt vſus , vſui accommodatus. Polyb.Exp.&,vtilis.

Εὐχρήστως,commodè,vtiliter.

Εὐχρηστία,vtendi facilitas,vſus commodus.Polyb. Exponitur &,vtilitas.

Εὐχρηστέω,facilem vſum præbeo,vel vtilis ſum.Dioſ.

Εὐχρηστοῦμαι,commodè tractor, commodis afficior ſeu beneficus.Plut.in apopht.

Εὐχρηστημα, commodum.
Ἡμίχρηστος, ſemibonus, ſemiprobus Ariſtot.
Κακοχρηστῶν, qui malitia vtitur. Theoc.
Μισόχρηστος, bonorum oſor. Xen.
Πάγχρηστος, ad omnia vſum præbens, vel omnino vtilis apud eundem.
1838 Πολύχρηστος, ad multa vtilis ſeu commodus. Exp. &, multum vſitatus. Gal.
Φιλόχρηστος, amans bonorum. Item æquus, bonus. Xen.

¶ *Deriuata à χράω, oracula edo.*

Χράομαι, ῶμαι, Oraculum conſulo. Od. κ. Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο. Æſc. τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Sic & Plut. & Paſſiuè χρησθῆναι dicitur quod oraculo editū eſt, apud eundem Plut. Hinc & χρησθὲν, quod oraculo reſponſum eſt.
Χρησμὸς, οῦ, ὁ, idem quod τὸ χρησθὲν reſponſum, oraculum. Ariſtot. Plut. &c.
Χρήστης, οῦ, ὁ, qui oracula edit, vates. Heſych.
Χρηστήριον, τὸ, locus in quo eduntur oracula, cortina. Plut. Item idem quod χρησμός. Herodian.
Χρηστηριάζομαι, oraculum conſulo ſeu ſciſcitor, vel confero me ad locum in quo editur oraculum ad reſponſum accipiendum. Xen. & Alciphr.
Χρηματίζω, oraculum reddo. Greg. ὁ θεὸς χρηματίζων Μωϋσῇ ἐπὶ τοῦ ὄρους Item generaliter, reſponſum do poſtulatis alicuius. Diod.
Χρηματίζομαι, oraculo admoneor, vel diuinitus admoneor. Matth. c. 2. vide & in Χρῆμα.
Χρηματισμὸς, οῦ, ὁ, reſponſum diuinum ſeu oraculum aut mandatum Rom. 11. Item reſponſum quod dāt magiſtratus poſtulationibus aliquorum. Athen. In hac ſign dicitur & χρηματιστής: de quo plura in Χρῆμα.
Χρείω, *vaticinor*, oracula edo. Apoll.

Compoſita.

Ἀποχράω, ῶ, idem quod χράω. Suid.
Ἄχρηστος, cui oraculum nihil reſpondit. Athen.
Δύσχρηστος, exp. κακόμαντις. Suid.
*Παραχρηστηριάζω, malè oraculum ſciſcitāti reſpōdeo, fallax oraculum ſeu reſponſum edo. Strabo.
Πυθόχρηστος, Pythico oraculo editus vel comprobatus. vt πυθόχρηστοι νόμοι. Xen.

¶ *Deriuata à χραίω, coloro, vel polluo.*

Χραίομαι, αῖμαι, polluor. Heſyc.
Χραύω, leuiter ſaucio, ſummam tantùm cutem vulnerando perſtringo: propriè, leuiter vulnerans, ſanguine corpus fœdo. Il. ε. Euſtath. tamen compoſitè etiā dictum vult quaſi χροὸς αὔω, id eſt, ξύω, καὶ ἅπτομαι. ¶ Exp. & appropinquo.
Χραύστης, εως, ἡ, anchora vnicum vncū habens. Heſyc.
Χραίνω, *itidem* coloro, imbuo. Interdum &, vngo, lino, ſeu inungo. illino. Nic. in Alexiph. item cōtamino, fœdo, inquino. Eur.

Compoſita.

Ἀποχραίνω, idem quod χραίνω, colorem do, vel floribus orno. Plat. de rep. l. 6.
Ἀχραής, έος, & Ἀχραντος, ου, ὁ καὶ ἡ, impollutus, incontaminatus, intactus: prius apud Heſych. poſterius apud Eurip. in Iph. Aul. legitur, Ἀχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης. Pro ἀχραντος dicitur & ἀχραής. apud Nic. in Ther.
Καταχραίνω, idem quod χραίνω. Epigr.

Quæ ſequuntur, compoſita ſunt ex χραύω ſignificante ἐμπίπτω.

Ἐγχραύω, ſeu ἐγχραύω, idem quod χραύω. Item tranſitiuè, impingo, infringo, infligo. vt apud Herodot. ἐνέχραυε εἰς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον.
Ἐπιχραύω, inuado vehementi cum impetu. Il. π. Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον ἢ ἐρίφοισι.
Ζαχρηής, έος, ὁ καὶ ἡ, magno cum impetu inuadēs. Il. ε & μ.

ΧΡΕΙ'Α, ας, ἡ, vſus, vtilitas, commodum. Iſocr. In plur. χρεῖαι, vſus. Ariſt. Datiuus χρείᾳ, interdum exp. vice. loco: vt apud Laert. in Ariſtot. Sic dicitur aliquid χρείαν παρέχειν τινὸς & ἀποπληροῦν, vſum præbere. Deriuatur à verb χράομαι, i. vtor. ¶ Apud Rhetores χρεία eſt dictum breuiter aliquid oſtendens, aut factum, ſcitè in perſonam certam quódve pro perſona ſit, collatum, vt definitur à Theone. Alij exp. celebre & apophthegmaticum reſpōſum apud Laert. ¶ Item χρεία, indigentia, egeſtas, opus: vt ἐν χρείᾳ εἶναι τινὸς aliqua re egere. Ariſto. Sic χρεία τίς σοι ἐμοῦ: apud Eurip. Exponitur etiam neceſſitas: vt εἰς χρείαν τοῦ μάχεσθαι ἀφικνεῖσθαι eò venire neceſſitatis, vt dimicandum ſit. Plat. de leg. ¶ Item χρεία, negotium: vt 1839 exponitur Act. apoſtol. cap. 6. Sunt tamen qui ibi exp. neceſſarium munus, vel neceſſarium negotiū.

¶ *Deriuata & compoſita ex χρεία, in prima ſignif.*

Χρειώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vtilis, commodus. Plut.
Ἀχρεῖος, ου, ὁ, inutilis. Plat.
Ἀχρεῖον, aduerb. pro ἀχρείως, inutiliter, apud Hom.
Ἀχρείως, idem quod ἀχρεῖον.
Ἀχρειόω, inutilem ſeu inutile reddo: vnde in Pſalm. Dauid. aor. paſſ. ἠχρειώθησαν.
Ἀχρήιος, poeticè dicitur pro ἀχρεῖος. Heſiod. Pro quo legatur & ἀχρήεις, apud Heſych.
Ζαχρεῖος, valde vtilis.

¶ *Deriuata à χρεία, indigentia, opus.*

Χρεῖος, egenus, inops, cū genit. Phil. At χρεῖος, pro χρέος vide in χρέος.
Χρειώ, Ionicè idem quod χρεία, cum genit. Il. α Exp &, neceſſitas Iliad. κ. Pro eodem dicitur & χρεώ, Il. ι, & alib i.
Χρῄζω, egeo, indigeo: cum genit. apud Plut. Herodian. &c. Exp. & deſidero. Soph. Item volo. Ariſtoph. in Nub. δρώντων ἅπερ χρῄζουσιν. Item rogo, efflagito, peto: vt apud Herod χρῄζουσι σφέων βοηθεῖν. Eur. ὅσια χρῄζω, iuſta peto. ¶ Sumi dicitur & pro χράω, oraculū edo: apud Athen. lib. 8. ὁ θεὸς αὐτοῖς ἔχρηζεν. Sed ſunt qui legendum putent ἔχρησεν, vt ſit aoriſtus primus à χράω.
Κεχρημένος, egens, indigens: vt βίου κεχρημένος. Heſiod. in Erg. Item egenus, inops. Hom.
Χρησμοσύνη, egeſtas. Theog. ¶ Itē oraculum. Herod.
Χρηΐζω, idem quod χρῄζω, Od. ρ. Ὅττι χρηΐζων ἱκόμην Λακεδαίμονα δῖαν.
Χρὴ, (imperſonale opus eſt.) Odyſſ. γ. οὐ μέν σε χρὴ ἔτ' αἰδοῦς οὐδ' ἠβαιὸν, non tibi opus eſt verecundia. ¶ Item oportet, decet, par eſt. Iliad. α. Χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν. Sic χρὴ ποιεῖν. apud Plat. Præt. imperf. ἐχρῆν & χρῆν, oportebat. Xen. Interdum exp. fatale erat. Interdum χρῆν pro χρῆναι ponitur apud Eur.

ΧΡΕΜΕΤΙΖΩ, F. ίσω, hinnio. Xen. Herodot.
Χρεμετισμὸς, & χρεμέτισμα, hinnitus.
Χρεμετιστικὸς, q. d. hinnibilis. vt equus dicitur eſſe animal χρεμετιστικόν.
Χρεμετάω, ῶ, idem quod χρεμετίζω, χρεμίζω, idem.
Χρεμίζω, per ſyncopen pro χρεμετίζω. Heſiod.

ΧΡΕΜΠΤΟΜΑΙ, ſcreo, exſcreo. Luc.
Χρέμμα, τὸ, ſcreatus, ſputum. Laert. Χρέμψις, idem.

Compoſita.

Ἀναχρέμπτομαι, exſcreo, ſcreatu egero.
Ἀνάχρεμψις, exſcreatio, aut cum ſcreatu egeſtio. Item extuſſio. Gal.
Συναναχρέμπτομαι, (*Decomp.*) vnà exſcreo, vnà cū ſcreatu egero, cum accuſ. Luc.
Ἀποχρέμπτομαι, exſcreo, ſcreatu eiicio.
Ἀπόχρεμμα, quod exſcreatum eſt, ſputum. Heſyc.
Ἀπόχρεμψις, exſcreatio. Hippocr.
Ἀποχρεμπτικὸς, exſcreabilis.

Ἐγχρέμπτομαι,inſpuo,exſcreo in.
Ἐγχρεμμα,τὸ,quum in aliquem exſcreamus.Plut.
Καταχρέμπτομαι,conſpuo:vel deſpuo. Ariſtoph.

ΧΡΕΌΣ,(& poeticè χρεῖος) ους, τὸ, interdum etiam
1840 χρέως & χρείως,(quod Atticum eſſe tradunt nonnulli)debitum,mutuum,æs alienum. Ariſt.Oecon. 2.ἡ πόλις τοῦ χρέους ἀπηλλάγη. ciuitas ære alieno liberata eſt. ¶Item,fatum,mors,q.d.debitum fatale. Alciphr. ¶Interdum χρέος ponitur pro munere ſeu officio.Soph.& Eurip.Nonnunquam exp.negotiũ. Item res,vel cauſa: vt apud Hippoc. in epiſt. ad Demagetum,τί δέ σε χρέος δεῦρ' ἤγαγεν ἐπείγε: quæ cauſa te huc venire perpulit? ¶Item χρέος,indigentia,egeſtas. vt χρέος ἔχω οὐδὲν αὐδέρος Ἕλλωος. Sic Ariſtoph. Interdum ponitur etiam pro neceſſitate : vt χρέος εἰλήλουθεν,apud Nonn. ¶Ponitur & pro χρεία, i.vtilitas:apud Eurip. ¶Item χρέος vaticinium, oraculum:vt quidem nonnulli accipiunt. Od.λ.Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος. alij tamen aliter exponere malunt.

Χρεώστης,ου,ὁ,debitor.Plut.& Herodian.
Χρεωστέω,ῶ ſum debitor,debeo.Greg.
Χρεωστεῖσθαι, deberi. Idem, χρεωστεῖται σοι μισθὸς τῆς δουλείας καὶ τῆς πολυθείας.
Χρεωστάω,idem quod χρεωστέω.

Χρεὼν,τὸ,idem quod χρέος,fatum, fatale debitum. Herodot.& Pauian.Interdum,fatum,i.mors : vt apud Luc.in Hermot. Annotant grammatici vocem indeclinabilem eſſe , ac pro fato ſeu morte cum articulo ſemper vſurpari. At χρεὼν ſine articulo, habens ſubauditum verbum ἐστὶ interdum exp. neceſſe eſt, oportet,fatale eſt:apud Hom.& Plat.in Tim.Interdum exp. decet, conuenit, fas eſt , item operæpretium eſt:apud eundem Plat.Eur.& Ariſtoph.

Compoſita.

Ἀξιόχρεως,ὁ καὶ ἡ,qui ſoluendo eſt,locuples,vt ἀξιόχρεως ἐγγυητὴς,apud Dem.Item generaliter,ſufficiens par, idoneus,cum infinit.apud Herodot.& Dem. Cum præpoſ.εἰς,ſeq.acc. Pauſ. Item ſatis amplus,non aſpernandus,non pœnitendus , vt μέγεθος ἀξιόχρεων, apud Athen.
Ἀξιοχρέως,ſufficienter.Heſych.

Κατάχρεως,ſeu κατάχρεος, ære alieno preſſus.Syn. Metaph.in lib.Sap.c.1. ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας , in corpore obnoxio peccato.

Ὑπέρχρεως, qui ſupra facultates eſt obæratus ſeu ære alieno premitur.Heſych.

Ὑπόχρεως, (q d.qui ſubiacet æri alieno) obæratus,qui ære alieno premitur. Ariſtoph.in Nub.Exponitur & generaliter,obnoxius,obſtrictus: vt ὑπόχρεως τῇ συγκλήτῳ,apud Polyb.

ΧΡΗΜΑ,ατος,τὸ,res,negotium. Plat.Et Soph.in Aiace τί χρῆμα δρᾷς:quid rei agis? Interdum χρῆμα τινὸς dicitur eſſe πολὺ,μέγα,καλὸν,&c.quod ipſum eſt πολὺς, &c.vt apud Ariſt.in Nub.πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὀπτημένων,i.πολλὰ τεμάχη καὶ κρέατα ὀπτημένα.Sic apud Luc. πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, i.pulcherrima virgo. ¶ Apud tragicos idem ſignif.quod χρεία,indigentia, neceſſitas.Euſt. ¶Χρήματα,τὰ , dicuntur vtenſilia & inſtrumenta ad colendum agrum neceſſaria. Heſiod. ¶Item pecuniæ : interdum generaliter:bona, fortunæ,facultates. Xen. Peculiariter de mercibus dicitur,apud Dem. Deducitur autem χρῆμα παρὰ τὸ χρῆσθαι ab vſu.

Χρηματίζω,rebus explicandis conſtituendiſque vaco, actui rerum operam do,ius reddo. Luc. ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ἱκανῶς τὰς εὐχὰς ἐχρημάτισε,quum Iupiter hominum votis audiendis vacauit & de iis ſtatuit. Sic Plut.
1841 interdum exp. refero ad populum : ago cum populo.Dem.in Mid.χρηματίζειν περὶ ὧν ἄν τις ἀδικῇ, τῆς περὶ τὴν ἑορτήν. Interdum ſignificat, conſilium altem conſulto,decerno,apud eund.Dem.pro cor. ἐχρηcõuerſor,commercium habeo,vt apud Thuc. ello, μάτισε τισὶ πόλεσι.Et ſimpliciter, alloquor, cõp tem ago,cum aliquo de negotio: apud Dimarch. Ιχρηnegotium gero & tracto:apud Æſchin. ¶Item χρηματίζω appellor,nominor. Plut. de virt.mult. τὸ πάλαι τοῖς Ξανθίοις μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν. Sic Act.ap.c.11. Exp.etiam ſum,apud Damaſ. ¶Item oraculum reddo,de qua ſignif.vide ſuprà in Χράω,i.oraculo edo.¶Item pecuniã colligo,in qua ſignificatione vſurpatur potius vox paſſ. vt apud Thuc.lib 7.καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι. Iſocr.in Buſir. ἐκ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν. ex literarum ſtudio quæſtum facere, vnde part. præt. κεχρηματισμένος,apud Dinarch. qui locupletatus eſt & quæſtus vberes fecit.

Χρηματισμὸς,οῦ,ὁ, pecuniæ comparatio , ſtudium quod impenditur comparandæ pecuniæ,aut faciẽdi quæſtus. Interdum & pro ipſo quæſtu: vt apud Plat.in Apol. Exponitur &, quæſtuaria negotiatio. item res pecuniaria.¶Alias ſignif.vide ſupra in deriu.ex Χράω,oraculum edo.

Χρημάτισις,εως,ἡ,itidem pecuniarum collectio.Ælian. Item quæſtus.Xen.

Χρηματιστὴς, οῦ,ὁ , qui colligendæ aut comparandæ pecuniæ deditus eſt : aut qui artem pecuniæ comparandæ nouit. Ariſtot.

Χρηματιστικὸς,οῦ,ὁ,comparandæ pecuniæ peritus.
Τὸ χρηματιστικὸν,ex quo quæſtus percipi poteſt.
Χρηματιστήριον,ου,τὸ,locus in quo ars quæſtuaria exercetur : aut locus in quo χρηματισταὶ ſuam negotiationem exercent.

Compoſita ac primùm ex χρῆμα,i.res.

Αὐτόχρημα,(aduerb.)re ipſa,reuera,planè.Syneſ.

Παραχρῆμα, q. d. in ipſa re , i. dum ipſa res geritur,in præſentia,e veſtigio,continuò,ex tempore.Ariſtop. Thuc.Plerunque conſtruitur cum articulo: vt apud Thuc.lib.1. ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης, ob præſentem neceſſitatem,vel ſubita neceſſitate. Apud Dem. ἐκ τοῦ παραχρῆμα ſubitò. Apud Xen. αἱ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ , extemporaneæ voluptates. Dicitur & ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα,apud eund.i.ex tempore:& ἐν τῷ παραχρῆμα,in præſentia,impræſentiarum.

Compoſita ex plur.χρήματα pecuniæ.

Ἀχρήματος,ου,ὁ καὶ ἡ,carens pecunia,inops.
Ἀχρηματία,pecuniæ penuria,inopia.
Ἀχρηματέω,ῶ,pecunia careo,ſum inops.
Ἀχρήμων,ονος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀχρήματος , Ἀχρημοσύνη,idem quod ἀχρηματία,Ἀχρημονέω, idem quod ἀχρηματέω,Poll.ex Plat.com.

Ἐκχρηματίζομαι, q. d. expilo aliquem pecunia, vel emungo,pecunia.Thuc.lib.8.

Ἐραστιχρήματος,pecuniæ amans,pecuniæ auidus.Xen.

Εὐχρήματος,pecunioſus,locuples,opulentus.
Εὐχρηματία, opulentia.
Εὐχρηματέω,ῶ, pecunia abundo. Εὐχρημονέω , idem. Poll.ex Plat.com.

Περιχρήματος,admodum pecunioſus,prædiues.Plut.

Πολυχρήματος,cui multum eſt pecuniæ,pecunioſus.
Πολυχρήμων,pro eodem.
Πολυχρηματία & πολυχρημοσύνη,pecuniæ abundantia,opulentia.

*Πολυχρηματίζω,valde ditefco,valde diues fio. Strab.
*Σωύχρησις, communis vſus, commercium. In nou. Conſt.

Φιλοχρήματος,cupidus pecuniæ,auarus.Plat.Dicitur etiam φιλοχρήμων pro eodem.

Φιλοχρημάτως,auarè,cum cupiditate pecuniæ.Iſoc.

Φιλοχρηματία, pecuniæ cupiditas, auaritia. Plat. Φιλοχρημοσύνη, idem Phocyl.

Φιλοχρηματέω, ῶ, pecuniæ auidus ſum, ſum auarus. Plat.

1842 Φιλοχρημονέω, idem. Plat. de leg. l. 5.

Ἀφιλοχρηματία, (*dec.*) pecuniæ contemptus neglectúſque pecuniarum nullus amor.

ΧΡΙΜΠΤΩ F. ψω, appropinquare facio, appello, admoueo. Soph. ¶ Item neutraliter, appropinquo, accedo, appello. Apoll. Arg. lib. 2. cum dat. ¶ Item fulcior, fulcio me, nitor. Heſy. Item vngo, illino, Heſy. & Euſt.

Compoſita.

Ἐγχρίμπτω, idem quod χρίμπτω, in prima ſig. Herodot. ἐγχρίμψαντες τὴν νέα τῇ γῇ, nauim appellentes ad terram. Idem lib. 3. ἐγχρίμπτων τῇ θήλεϊ, admouet fœminæ. Item pro ἐγχρίμπτομαι, appropinquo, propè accedo Il. ψ.

Ἐγχρίμπτομαι appropinquo; propè accedo. Herodot. l. 4. & Hom. Il. ρ. At Il. η. Ἀσπίδι ἐγχριμφθεὶς, quidam exp. impactus, illiſus.

Ἐπιχρίμπτω, idem quod ſimplex. vnde ἐπιχριμφθεὶς, innixus & inclinatus.

Συγχρίμπτω, collido, ſeu committo & coire facio, vnde συγχριμφθεὶς, colliſus, offenſus.

ΧΡΙΩ. F. ίσω, vngo, inungo, oblino. Od. δ. Ἀλλ' ὅτι δύμεν ἐχὼν ἐλαίῳ καὶ χρεῖον ἐλαίῳ. ¶ Item pungo, ſtimulo, extimulo. Æſchyl.

Χρίομαι, vngor inungor: ſeu illinor, perlinor oblinor. Xen. In voce media idem quod χρίω. Od. ζ.

Χρίσμα, ſeu χρῖμα τό, vnguentum. Phil. Athen.

Χρίσμα, interdum exp. oleum, quoniam eius præcipuus in vnguento vſus eſt. Dioſc.

Χρίσις, εως, ἡ, vnctio, illitio: apud Suid.

Χρισμάτιον, ου, τὸ, idem quod χρίσμα apud eundem.

Χριστὸς, οῦ, ὁ, vnctus, inunctus, perunctus. Item qui inungitur, quo inungi ſolemus: vt χριστὸν φάρμακον, apud Schol. Theoc. Peculiari nomine Χριστὸς, dicitur filius Dei, & ſeruator noſter: (ſicut eodem ſenſu apud Hebræos Meſſias) verè ſacerdos, propheta, & rex: quæ tria hominum genera ſola ſacro oleo in veteri teſtamento inungi ſolebant. Hinc χριστιανὸς, οῦ, ὁ. Chriſtianus, qui Chriſti ſeſe diſcipulum profitetur, & à Chriſto ſeſe denominat. Χριστιανίζω, Chriſtianis faueo, vel Chriſtianus ſum. Greg. Χριστιανισμὸς, οῦ, ὁ, profeſſio religionis Chriſtianæ, ſæpe apud Baſil. & Euſeb.

Compoſita, ac primum ex χρίω.

Ἀποχρίω, detraho ſeu derado quod inunctum fuit. Et ſimpliciter, derado. Dioſc.

Διαχρίω, perungo, perlino Ariſtot.

Διάχρισμα, vnguentum. Exp. & perunctio.

Decomp. Ἐνδιαχρίω, illino, oblino.

Προδιαχρίω ante perlino.

Ἐγχρίω, inungo, illino, Epigr. Item pungo Euſt.

Ἔγχριστος, inunctus, illitus. Item qui illinitur, ſeu inungitur: vt ἔγχριστον φάρμακον, Theocr.

Ἐλαιοχρηστία, vnctio olei. Laert.

Ἐπιχρίω, inungo: propriè, in ſuperficie. Luc.

Ἐπίχρισμα, id quo inungimur. Dioſc.

Ἐπίχριστος, qui litus eſt: vt ἐπίχριστος ἀμορφία. Luc. Item qui inungi ſolet aut poteſt.

Καταχρίω, idem quod ἐπιχρίω. Gal.

Κατάχρισμα, id quo inungimur, vnguentum. Dioſc.

Κατάχρισις, inunctio, illitio. Alex. Aphr.

Κατάχριστος, inunctus, vel qui inungitur.

Decomp. Νεοκατάχριστος, recèns inunctus.

Προκαταχρίω, prius illino.

Μυρόχριστος, ὁ καὶ ἡ, vnguentis illitus. Eurip.

1843 Περιχρίω, circumcirca illino ſeu oblino. Luc.

Περίχρισις, ipſa circumlinendi actio. Dioſc.

Περίχριστος, circumlitus: vel qui circumlini poteſt.

Περιχριστάριον, ſ. φάρμακον, medicamentum quoddam ex vnguento nomen habens. Marcell.

Προχρίω, ante inungo Geopon. l. 5.

Συγχρίω, ſimul vngo. Et ſimpl. perungo, oblino.

Σύγχρισμα vnguentum quo illinimur. Dioſc.

Ὑποχρίω, ſubtus vngo: vel lino, pingo. Xen.

Compoſita ex nomine Χριστὸς epitheto ſeruatoris noſtri.

Ἀντίχριστος, qui ſe Chriſto opponit, Chriſti aduerſarius. Damaſcenus generaliter ſic nominari ait qui ea quę Chriſti ſunt non ſentit: ſpecialiter autem qui Chriſto regiam ſedem eripere conatur, ſeſe, non illum, Chriſtum & Deum eſſe mentiens, 1. Ioan. 2.

Μισόχριστος, oſor Chriſti. Greg.

Φιλόχριστος, amans & ſtudioſus Chriſti. Idem.

Ψευδόχριστος, qui Chriſti nomen mentitur.

ΧΡΟΆ, ᾶς, ἡ, color (à verbo χρώω,) coloro. Plat. Gal ¶ Item ſuperficies rei cui inductus color eſt, ſeu color cum ipſa ſuperficie: peculiariter, corpus ſeu cutis hominis. Ariſtoph. Χρόα interdum eſt etiam accuſat. ex contracto χροῦς vt χόα ex χοῦς.

Dicitur etiam χροιὰ, inſerto ι Gal. ad Glauc. l. 2. τῇ χροιᾷ χλωροὶ, colore viridis. Dicitur etiam de corpore hominis cum ſuo colore, apud Hom. Il. ξ.

¶ *Deriuata ex χρόα, i. color.*

Χροΐζω, f. ίσω, coloro, colore imbuo, tingo. Ariſtot.

Χρώζω, idem: ex eóque per craſin ortum. Idem.

Χρωστὴρ, ῆρος, ὁ, colorator, infector. Suid.

Χρώννω, χρωννύω, ſeu χρώννυμι idem cum χροΐζω & χρώζω. Lib. χρωννύων τοὺς ποταμοὺς. Item quaſi colore & fuco exorno. Luc. Item contamino, fœdo, polluo. Epigr.

Χρῶμα, τό, color. Plat. Xen. &c. Metaph. dicitur oratio ſua habere χρώματα, quibus elegantior redditur & illuſtrior: vt apud Plat. de leg. Muſicæ etiam harmoniæ χρῶμα tribuitur: apud eundem ibidem. Sic dicitur & radicula quædam quæ ex Syria affertur, cuius vſus eſt in colorandis tingendíſque vnguentis. Theoph.

Χρωματικὸς, ή, ὸν, ad colores pertinens: vel coloribus ornatus. Plut. ſymp. 3 probl. 1.

Χρωμάτιον, ου, τὸ, idem quod χρῶμα. in Epigr.

Χρωματίζω, f. ίσω, idem quod χρώζω, coloro. Theop.

Χρωματισμὸς, οῦ, ὁ, coloratio. Schol. Ariſtop.

Χρῶσις, coloratio, tinctura. Poll. l. 7.

*Χρωτίζω, inficio. Plut.

Χροιόω, idem quod χρόα. Greg.

Compoſita.

Ἀερόχροος, οος, ὁ καὶ ἡ, colorem aëris habens.

*Ἀλλοχροΐα, mutatio coloris. Polem.

Ἀλλόχροος, qui eſt alio colore: vel in quo color ſubinde mutatur. Eur.

Ἀλλοχροέω, colorem muto. Ariſtot.

Ἀλωπεκόχροος, vulpis colorem habens. Suid.

Ἀμφίχροος, ſeu ἀμφίχροος, vtrinque coloratus.

*Ἀναιμόχροος, ſeu ἀναιμόχροος, qui eſt exſangui colore. Galen.

Ἀναχρόω, inficio. Plut.

Ἀναχρωννύω, ſiue ἀναχρώννυμι, idem quod χρωννύω ſeu χρώννυμι. Et metaph. velut colore inficio contagio alicuius rei.

Ἀνάχρωσις, coloratio, ipſa actio inficiendi. Item contagium. Plut.

Decomp. Προσαναχρωννύω, exp. transformo me non in eoſdem colores.

Συναναχρώννυμι, q. d. concoloro. Συναναχρώννυμαι, q. d. concoloror, i. ex coniunctione cum alio colore accipio. Plut. Συνανάχρωσις, q. d. concoloratio. Et metaph. contagium, quale eſt corporum quæ con-

tactu

taſtu aliquem colorem imbibunt.
*Ἀπόχρωσις, coloratio tinctura. Plut.
Αὐτόχροος & αὐτόχρως, per ſe coloratus, aſcititium colorem non habens.
1844 Ἄχροος & ἄχρως, coloris expers. Ocell. Item qui natiuum colorem amiſit, decolor.
Ἀχροια, nullus color. Item pallidus color amiſſo colore genuino. Gal.
Ἀχροέω, ſum coloris expers. Item pallidus ſum, natiuum colorem amiſi.
Ἀχρωμος, idem quod ἄχρως. Exponitur &, inuerecundus, impudens. Suid.
Ἀχρωμάτιστος, nullo colore imbutus: vel qui colorari non ſolet. Theophr.
Ἀχρώστος, idem.
Βαθύχροος, ſeu βαθύχρους, qui denſo eſt colore.
Γαλακτόχροος, lactis colorem habens.
Διαχρώζω, διαχρωννύω, aut διαχρώννυμι, idem quod ſimplicia.
Διδυμόχροος, qui gemini coloris eſt, bicolor.
Δίχροος ſeu δίχρους, idem Ariſtot.
Διχροια, ἡ, geminus color.
Δίχρωμος, idem quod δίχροος. Gal.
Δύσχροος & δύσχρως, male coloratus. Athen.
Δυσχροια, ἡ, deformis color, decoloratio. Gal.
Ἐγχρώζω, ἐγχρώω, ſeu ἐγχρωννύω & ἐγχρώννυμι, colore imbuo. Item imbuo velut co ore. vt πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ, apud Ariſtot. eth. 2. c. 3.
*Ἐκχρώζω, coloro, inficio. Strabo.
Ἐνεκρόχρωτες, mortuorum colorem habentes, luridi.
Ἐπιχρώζω, ſeu ἐπιχρώω, aut ἐπιχρωννύω & ἐπιχρώννυμι, in ſuperficie coloro. Plat.
Ἐπίχρωσις, macula ſuperficiei affricata. Theophr.
Ἐπιχρωματίζω, colore inficio. Plat.
Ἐρατόχροος, ſeu ἐρατόχρους, amabili præditus colore.
*Ἑτεροχροιότης, diuerſitas coloris, Laert.
*Ἑτεροχροία, diuerſitas coloris, mutatio coloris. Gal.
Ἑτερόχροος & ἑτερόχρους, diuerſo præditus colore.
Ἑτερόχρως, idem. Nonn.
Ἑτεροχροέω, alio & diuerſo colore ſum. Baſil.
Ἑτερόχρωμος, idem quod ἑτερόχροος. Hippiatr.
Εὔχροος, & εὔχρως, probè coloratus. Xen.
Εὐχροια, pulcher color, bene coloratum eſſe. Gal.
Εὐχροέω, bono ſum colore, vel hilari. Idem.
Εὐχροής, έος ὁ καὶ ἡ, idem quod εὔχροος. Hom.
Εὔχρως, idem Theophr. hiſt. pl. l. 3.
Ἡδύχροος, ſeu ἡδύχρους, iucundo colore præditus. D.
Θειόχροος & θειόχρους, ſulphuris colorem habens.
Ἰσόχροος, & ἰσόχρους, æquali vel ſimili colore præditus.
Κακόχροος, ſeu κακόχρους, decolor.
Κακοχροια, malus color. Gal.
Κακοχροέω, decoloratus ſum turpi pallore.
Καταχρώζω, καταχρώω, καταχρωννύω, & καταχρώννυμι, idem quod χρώζω ſeu χρώω: vt ῥίζας καταχρῶσαι, in Epigr. Item metaph. contamino in, fœdo. Suid.
Κατάχρωσις, coloratio, in, fectio. Poll. l. 7.
*Κρατερόχροος, qui forti & robuſto eſt corpore. Oppian.
Κυανόχροος, qui cyani colore eſt, cæruleus. Eur.
Λευκόχροος, ſeu λευκόχρους, qui albi coloris eſt, colore albicans: à quo poſteriori eſt λευκόχροα κάρα, apud eundem Eur. in Phœn.
Λευκοχροια, candidus color.
Λυκόχρως, lupi colorem habens.
Λυκόχροος, lupi colorem habens.
*Μελανόχροος, idem quod μελανοχροής. Nicand.
Μελάγχροος, ſeu μελάγχρους, qui nigri coloris eſt. Μελανοχροής, & μελαγχροής, idem. Pro quo poſteriore per ſyncopen dicitur μελαγχρής, apud Athe. l. 2. & inſerto ι μελαγχροιής.
Μελάγχρως, pro iiſdem. Luc. & Laert.

Μελίχροος & μελίχρους. Item μελίχρως, mellis colorem imitās: vnde μελίχρουν apud Plu & μελίχροον, apud Theocr. idyll. 10. vt ibi ſchol. legit. Apud Hippocr. de morb. 1. vinum μελίχρουν dicitur non ſolum dulce, ſed etiam mel admixtum habens.
Μελιχρώς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, idem cum præced. Plin.
Μεταχρώζω, ſeu μεταχρωννύω, aut μεταχρώννυμι alio colore inficio & imbuo. Item transfiguro. Suid.
Μολιβδόχροος, & μολιβδόχρους, qui plumbi colore eſt. Dioſc. & Gal.
Μονόχροος, ſeu μονόχρους, vnicolor, qui vnius eiuſdémque eſt coloris. Ariſtot.
Οἰνόχρως vinum colore referens. Theop.
Ὁλόχροος, toto corpore vnum colorem habens: vt ὁλόχροα ζῷα, apud Ariſt. 1845
Ὁμόχροος ſeu ὁμόχρους, concolor.
Ὁμοχροια ἡ, idem ſeu ſimilis color. Ariſtot.
Οὐρανοχρωμάτος, cæli colorem habens, cærulæus.
*Παράχροος aut παράχρους, peruersè tinctus aut coloratus. Lucian.
Ποικιλόχροος, vario colore tinctus.
*Πολιόχροος, qui eſt colore canus, albus. Eurip.
Πολύχροος, qui multis eſt coloribus præditus.
Πολυχροια colorum varietas.
Πολυχρώματος, idem Plat.
Et pro ἐκ τοῦ αὐτοῦ,κὴκ τῶ αὐτῶ dicunt,elidentes: deinde α & ε in η contrahentes: vt pro ἔξαε, ἔξη pro ἐκίρνα, ἐκίρνη,& ſimilia hoc autem Atticum & Ionicum eſt.

Pro τῶ αὐτῶ,τωὐτῶ dicunt:& pro κρέας,κρῆς.

Pro Ὀβελὸς dicunt Ὀδελός.

Circūflectunt itē futura,dicentes pro ἀποίσω,ἀποισῶ.

Pro τιμῶ τιμᾶ dicunt.Pro παρ' ἡμᾶς,παρ' ἁμᾶς.

Pro ὑμεῖς,ὑμὲς efferunt.

Οἱ articulo nominatiui plur. τ addunt: vt τοὶ θεοὶ, & ταὶ μοῦσαι,pro οἱ & αἱ.

Πάσπικα pro πάσσαλον dicunt.

Ὅκκα pro ὁπηνίκα & ὁπότε & ὅτε vtuntur.

Ἀγλίθας dicunt pro κεφαλὰς τῶν σκορόδων,id eſt alliorum capita.

Pro ὡς dicunt τώς, vt Ariſtoph. in Acharnenſibus, Ὑμὲς ὧν ἐκ ἐσβάλητε τὼς ἀφρορέος μύες, Πάσαικι ταὶς ἀγλίθας ἐξορύσετε.

Diphthongum ου in ω mutant: vt pro μούσας μώσας, & pro ὠρανὸν,ἀρανόν,& pro κοῦρον κῶρον.

Pro φασί,φατὶ dicunt: & pro ἐγώ,ἐγών & pro γέ,γά: vt Ariſtoph.κὴ γίνεταί γα.

Λῆς per η pro θέλεις vt,αἰ δὲ λῆς αὐγάσδεο. Et Ariſtoph. ἀντεινον αἰ λῆς ὡς παχῖα κὴ καλά.

Ἀνὰ,præpoſitionem concidunt & in compoſitis: vt pro ἀνάτεινον ἄντεινον. & iis quæ per appoſitionem dicuntur, vt ἀνάγραφε pro ἀνὰ τὴν ἀγοράν.

Pro σφᾶς,ψὲ dicunt. Theocritus Ἦπα ψὲ κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες; Hoc eſt ἦπου αὐτὰς τὰς βόας ἀφ' ἑσπέρας πάσας ἀμέλγεις.

Pro τίθησι & ὑφίησι,τίθητι & ὑφίητι dicunt.Theocritus ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίητι τὰ μοσχία κὴ μὲ φυλάσσει.

Præteriti pluſquamperfecti tertias perſonas per η ſcribunt,vt Theocr. Καὶ πόκα τὼς ἐλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπη.

Pro δάμαλις,dicunt δαμάλη.Theocrit. ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῖωνται.

Pro ἄλλοτε,ἄλλοκα dicunt.

Particulam μα extrinſecus accipiunt,οὐ γὰν, inquit Theocr.pro οὐ μὰ τὰν γᾶν.

Pro ἐῶν,ἧς,dicunt Theocr. Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα τῷ δεσπότῃ ἦς τοι ἐνεῦδεν. Οὐκ ἐῶ (inquit) σὺ δὲ τῷ δεσπότῃ σου ἐγκοιμᾶσθαι Εὐμάρα.

Pro κείσομαι, κεισεῦμαι dicunt: inde vertunt ου diphthongum in ευ. vt Theocrit. Κεισεῦμαι δὲ πεσών,καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντι.

Futura in ζω verborum per ξ proferunt, καθίξας pro καθίσας,& λογίξειν pro λογίζειν & ſimilia.

Pro θάσαι θᾶσαι dicunt.Theocrit.θᾶσαι φίλος ὡς καλόν,ὅτι δεῖ.Et rurſus,Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος.

Ὀρειμαλίδες,dicunt pro ὄρεια μῆλα.

Pro ὁμοῦ ἁμᾶ dicunt.

Pro ἔμπροσθεν ἔμπροσθεν.Theoc.ἁμῖν δὲ τὺ βωκολιάσδευ Ἔμπροθεν.Sed quidam pro ποθὲν hanc dictionem ſumpſerunt:aut ἐν προσθεν ὡδ' ἄρμενοι ἀμοιβάδον.

Quum fuerint duo κη, vnum poſt aliud, hæc in α vertunt.vt Theocr Νίκη μαν οὐ δ' ἄλλη,ἀλάσατοι δ' ἐγγύοντι pro ἀλάσαντοι.

Et ἐβόατο,& ἐγελᾶτο & ἐκίρνατο in η vertunt,

Pro σοὶ & ἐμοὶ,τὶν & ἐμὶν dicunt,

Et vbi dicendum πλησίον,πλατίον dicunt.

Pro τροφὴν,τραφάν.Theocr.Ἔργον τραφάν.

Ὁ articulus cum vocali alia inducta, contractus in ω magnum apud Dores ſic pronuntiatur, vt apud Ionas, vt & Theocritus: Οὐχ οὕτως ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγα λύσας:

Pro ἕτερος,ἅτερος dicunt.

Pro τετραέτης,τετράενες.Theocrit. Τετράενες δὲ πίθω, ἀπολύετο κρατὸς ἄλειφαρ.

Pro σύ,τύ,pro πλὴν πλὰν dicunt.Pro ἡμέραν, ἁμέραν, pro πηγήν,παγάν.

Pro εἴκοσι,εἴκατι Theocrit. Φεῦ φεῦ, λάκων τοὶ ταλαίρως χεδὸν εἴκατι πληθρὶ Τυρσῶ.

Pariter cum Atticis & ipſi à barytonis circunflexa producunt, vt pro στρέφω,στρωφῶ pro νέμω,νωμῶ, pro πίνω πωτῶ. Theocr.t. Πωτῶνται ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.

Vtuntur & ὦν pro οὖν,vt Iones. Χρήσδεις ὦν ἐσιδεῖν: χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον.

Primæ coniugationis circumflexorum paſſiua in definita corripiunt in penultima. Theocrit. Οὕτω κὴ νύμφα γαμαθεῖσ' ἀχάχειτο.

Pro στατῆρα τῆς δεύσα.dicunt Dores τετράχμα.

Pro βρενθύεται dicunt φριμάσσεται.

Ἐκάθηρεν,pro ἐμάστιξε accipiunt.

Κιγκλίζειν,pro κινεῖν τὴν ὀσφύν,vt à γνῶ,γίγνω, ſic à κλῶ κιγκλῶ,& inde κιγκλίζω.

Media futura prima circunflectunt, & in ſubiunctiuis per diphthongum ſcribunt. Theocrit. Μήμευ λωβασεῖσθε τὰς ἀμπέλος.

Pro μικρὸν μικκὸν dicunt Theocr. ἴδ' ὦ ξένε μικκὸν ἄκουσον Τῇ δ' ἐλθών.

Βωσρήσομες pro καλεσόμεσθα accipiunt.

Pro κυρτὸν ὑβὸν dicunt.

Pro ἰδοὺ dicunt ἠνίδε. Sineſius quoque ἠνίδε itidem vſurpat Theocr.Ηνίδε τοι τὸ δέπας.

Ἐντὶ pro εἰσί,accipiunt.Theocr.ἐντὶ γὰρ αὖαι.

Pro δεξιτέραν,βελτίω dicunt.

Ὄλπις. dicitur apud ipſos ἁλιεύς, ὁ τοὺς λεπιδωτοὺς ἰχθῦς ἀγρεύων.à λέπω λεπὶς & tranſpoſitione literæ ε, ἐλπὶς:& mutatione breuis ε in o breue ὄλπις.

Πέλαν,pro πορφυρᾶν εἶν dicunt: nigram enim corporis ſuperficiem quando ſuffuſione ſanguinis nigreſcit, πελίωμα vocant.

Πυῤῥίχας dicitur apud eos ὁ πυῤῥὸς & κακοχρώμων,ὁ δύσχρωος.

Ὀσσίχον,pro ὅσον.Theocr.Ὀσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, κεν ἄνδρα δαμάσδει.

Pro ἠγνόησε,dicunt ἠγνοίησε & pro δωρεῦμαι,δωρύττομαι.

Scire oportet quòd Doricæ linguæ ſunt ſubdiuiſiones locales: aliter enim Cretenſes loquuntur, aliter Rhodij, aliter Argiui,aliter Lacedæmonij,aliter Syracuſij & Siculi.Vniuerſales tamen ipſorum proprietates prædictę ſunt, etſi non omnes.

Item hæ, vertere in ευς deſinentes genitiuos ab in ης rectis factos,in ευς proprium habent, vt Διογένης,Διογένευς pro Διογένους.

Η pro ει diphthongo vtuntur pro ἐλθεῖν,ἐλθῆν dicētes.Subtrahunt autem, & ab infinitiuis ι nam λαβὲν pro λαβεῖν,& ἐλθὲν,pro ἐλθεῖν. & ἐνεῦδεν pro ἐνεύδειν: vtuntur & geminatione trium conſonantium,vt Æoles, ὅττι ὁπτόθεν ὄσσον.

Pro θεὸς,σεὸς dicunt ut Lacedæmonij quum per Dioſcuros iurant,dicunt,Νὴ τὼ σιὼ ἡμὰ τὼς θεὼς.

Productiones ancipitum propriæ linguæ Doricæ, vt ἴσος ἐναλίω.

Α pro ε ſæpe vtuntur,pro ἕτερος,ἅτερος dicentes,& pro Ἄρτεμις,Ἄρταμις.

Abſciſſiones propriæ ipſorum ſunt,pro Ποσειδῶνα,Ποσειδῶ pro δῶμα,δῶ,pro κρίμνον κρῖ.

Additiones μι ſyllabæ, in iis quæ apud nos in ται

deſinunt infinitiuis. Dorum ſunt, vt βήμβυμ pro βῆναι.
Subtractiones δ ex genitiuis qui per δ declinantur, pro Πάριδος. Πάριος. & κέρατος pro κέρατος, Ionum ſunt proprietates linguæ & Dorum.
Acuta penultima ſcribunt Dores qualitatis ſignificatiua aduerb. καλῶς, σοφῶς, κόμψως, ἁπλῶς dicentes.
Quæ nobis acuta penultima ſunt, circunflectunt, vt ὑπῶς, παντῶς. Et in οι nomina ſimiliter & participia, quum ante penultimam acuunt, ipſi penultima acuta dicunt, vt φιλοσόφοι. μμελάοι ποθουμένοι, δηλεμένοι.
Et participia in ων deſinentia, circunflexorum in αν terminant pro γελῶν & ἐλῶν, γελᾶν, ἐλᾶν.
Pro ναῦν νᾶν: & pro κλεῖδας κλᾶδας proferunt.
Acuta penultima proferunt & tertias perſonas in αν deſinentes indefinitorum, ἐστάσαν, ἐφάσαν. Et in ον deſinentes acuta penultima: vt ἐλάβον, ἐτρέχον, ἐλέγον ἐσάγον.
Circunflectunt & huiuſmodi, παιδᾶν, γραφᾶν, παντᾶν.
Et futura pro δώσουσι, δωσοῦντι & pro λέξουσι, λεξοῦντι circumflexè.
Circumflectunt & ipſi ὁμοῖος, vt Attici.
Accuſatiuos plurales maſc. in ους deſinentes per ος proferunt, τὸς καλὸς, τὸς σοφὸς, τὸς ἀνθρώπος, τὸς ἵππος.
Quæ per ε proferuntur imperatiua verba, per ον proferunt. pro λάβε, λάβον: pro θίγε θίγον.
Pro πατέρα ἀπφῦ, & pro κούρας, κυνάδας dicunt.
Ἴδες Ionice & ipſi corripiunt. Theocri. in Adoniazuſis, Ἦν ἴδες. ὧν εἶπας, καὶ ἴδοισα τὺ τὺ μὴ ἰδόντι.
Ἀργὸν per epentheſin ἀεργὸν dicunt.
Pro δαψιλὲς. ἁδὲς, pro παῖδα παῖσδα proferunt.
Subiunctiuis vtuntur pro indicatiuis. Theocr. Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω· pro δέδοικα.
Pro ἴσασιν. ἴσαντι dicunt: & pro ἑστήκασιν, ἑστήκαντι. Theocr. Ὡς ἔτυμ᾽ ἑστήκαντι καὶ ὡς ἔτυμ᾽ ἐνδινεῦντι: Ἔμψυχ᾽ οὐκ ἐνυφαντά σοφόν τι χρῆμ᾽ ἄνθρωπος.
Materialium & ipſi ι abiiciunt, dicentes ἀργύρεος & χρύσεος. Et ex ὅς ſubiunct. articulo σ abiiciunt. Theocrit. Ὁ τρισφίλητος Ἄδωνις ὁ κ᾽ ἐν Ἀχέροντι φιλεῖται.
Pro κλείσω, κλάξω dicunt. Theocritus, Τὰν αὔλειαν ἀποκλαξον.
Defectiua etiam apud eos ſunt, Παύσασθ᾽ ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.
Pro Πελοποννήσιοι Πελοποννάσιοι dicunt.
Datiuos plurales ab in ευς rectis factos, non ſic proferunt vt nos: Πηλεῦσι & βασιλεῦσι, ſed vt primæ contractionum inflectionis nomina pariter ac Δημοσθένει, vt ibi enim Δημοσθένεσι, datiuus pluralis ſic & hic Theocr. (Δωριζδεν δ᾽ ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωριέεσσι.
Pro φύσιν, φυλὰν dicunt.
Pro βραδίστω dicunt βάρδιστα, Theocr. Βάρδισται μακάρων ὧραι φίλαι ἀλλὰ ποθειναὶ Ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖσιν αἰεί τι φέροισαι.
Πλάθανον, vocant ſpeciem vaſis cuiuſdam in quo præparant placentulas.
Corripiunt & in ας accuſatiuos, vt νύμφας, κιλίας: & participia νοήσας φράξας.
Et imperatiua verba pronuntiata per ε tenue, per ον pronuntiant, vt pro θίγε θίγον.
Peculiariter dicunt Siculi, pro χύτραν, κύθραν· & pro χιτῶνα, κιθῶνα & pro μητέρα δελφύαν pro γυναῖκα, γάναν. Cretenſes verò pro διαπαντὸς ἀές, pro αὐτοῦ, αὐτεῖ pro βέλτιον βέντιον dicunt: pro ἑαυτοῦ: pro ἑαυτὸν ἑαυσον. vertunt iidem & ἐς præpoſitionis σ in ν, vt pro ἐς χεῖρα, ἐν χεῖρα pro ἐς τὴν ἀγοράν, ἐν τὰν ἀγοράν
Pro εἴωθα εἰθῶ & pro εὐωχεῖσθαι εὐῶ.
Pro Θουκυδίδης, Θευκυδίδης pro Θεοκράτης, Θευκράτης pro Θεόφραστος, Θεύφραστος.
Pro κρέα, κρῆ pro ἄκρατον, ἄκρητον. pro κρίκον κίρκον. pro κελεύεται κέλεται. Pro καταβαλεῖν, καββαλεῖν. Pro σφαιροὺς τῶν ἀχύρων. μύχωνας dicunt. Pro τότε, τόκα. Pro ἡμεῖς, ἁμές·

Pro οἴκαδε, οἴκαδες pro στάδιον σπάδιον.
Pro μὲν μές. Et vbi dicendum ταύτας, τὰς ταύτας dicunt. & pro ἔνδον ἔνδοι pro κρανίον, κράνον.
Ἀδέματον ψυχὴν, τὴν νεκρὰν hoc eſt, τὴν ἔξω τοῦ σώματος. Et hæc de lingua Dorica. Differt autem Cretenſium Dialectus qua Cypſelus vſus eſt & Laconum, qua Alcman & Sophron. Pindari autem & Simonidæ & Bacchylidis omnino ignoratur, eo quòd natura non ſint Dores hi poetæ: habebant autem peculiarem ſibi loquutionem.

De ſingulis quæ Ionicæ dialecto propria ſunt.

In ας deſinentes rectos ſupra duas ſyllabas in ης proferunt Iones. Herodot, ὁ δὲ Ἀρχίης καὶ Λυκώπης μοῦνοι συμπεσόντες.
Datiuis pluralibus deſinentibus in οις, addunt ι. Herodot τοῖσι Σαμίοισι.
Pro κληϊδόντες, κληϊδέοντες dicunt: & pro Πηληϊάδεω, Πηληϊάδεω, diſſoluunt enim diphthongum in ε & ι deinde producunt ε in η ſyllabam, ſicut pro ἱερεῖον, ἱερήϊον.
In ων deſinentes genitiuos plurales fœmininos diſſoluunt, pro ὡρῶν, Θηβῶν, πυλῶν, ὡρέων & Θηβέων, & πυλέων dicunt. Hom. Ὡς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο. Et Hippocrates, αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα.
Sed & maſculinorum genitiuos ab in ης rectis factos, per εων proferunt, dicentes Περσέων & νησιωτέων. Herodot. in tertia, κατ᾽ ἀρχὰς νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον.
Datiuis pluralibus fœmininis nominum non ſolum ι addere conſueuerunt, vt in datiuis pluralibus maſculinorum nominum, ſed αι diphthongi vertere α in η conſueuerunt, vt Hippocrates, ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, πρόσθεν μὴ γινομένη σημεῖον ἀγαθόν.
In ου deſinentes geniti. ab in ας, aut in ης rectis factos per εω proferunt ab iis qui in ας Herodot. τρίτω δὲ ἀπ᾽ Ἀρχίεω γεγονότι pro ἀπ᾽ Ἀρχίου ab iis autem qui in ης, vt Ἀτρείδεω δαΐφρονος.
Subiunctiuis articulis, qui à vocali incipiunt, addunt τ Iones. vt apud Herodot. αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεχέομιλον δήμου ταυτῦ τῷ τῷ ἦν. pro οὗ ἦν. & alibi, τοῖς ἐνετέλλετο pro οἷς.
Ad ε addunt ι, vt Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et Εἴ μοι ξείνια δοίη. Et Εἰναλίης θηρ, pro ἐναλίης.
Ο adiiciunt ipſi υ, pro κόρη, κούρη pro νόσος, νοῦσος pro ὄρος, οὖρος pro μόνος μοῦνος. Dixerit quiſpiam igitur, quomodo πόνος & φόνος non aſſumunt υ, non enim dicunt ποῦνος, & φοῦνος. Dicimus igitur quòd à verbis πένω, & φένω deducta ſunt μονος autem, etſi à verbo deductum, quoniam trium generum eſt, aſſumit υ.
Α in η vertunt, pro Ἥρα Ἥρη, pro σφαῖρα, σφαίρη pro δημοσία δημοσίη, pro πρᾶγμα πρῆγμα.
In ους deſinentes genitiuos per εος proferunt, eodem modo & alios caſus non contractos, ſed integros faciunt, Πολυκράτεα & Δημοσθένεα dicentes.
Τὸ πολλὸν dicunt, non τὸ πολύ, & ὁ πολλός, non ὁ πολύς.
Εἰς præpoſitionem ἐς dicunt, vt Attici.
Præſentibus ſimiliter & imperfectis præt. & partic. circumflexornm, &, vt vniuerſaliter dicam, omnibus modis integrè vtuntur, vt in Anacreontis, Δοκέει κλύειν γὰρ ἤδε, Λαλέειν τις εἰ θελήσοι. Et in oraculo, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.
Pro ὁρέω, ὁρέω dicunt α in ε vertentes, & pro ἐχρέοντο ἐχρέωντο.
Ὦν pro οὖν. Herodot. καὶ ὦν φασὶ πολέες.
Ὦ quod ſignificat ὑπάρχω ἔω efferunt vt Homer. Ὃς ᾔδει τάτ᾽ ἐόντα, τάτ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα.
Tenues pro aſpiratis amant, ἀπῖγμαι & ἀπίκοντο dicentes, non in compoſitionibus ſolum, ſed in colliſionibus Herodot. οὐκ οἷοί τε ἦσαν.
Pro νέας. νεὰς dicunt.
In ος genitiuos ab in ευς rectis factos, per ηος proferunt.

dicentes βασιλῆος & Πηλῆος

In ε deſinentes genitiuos ab in ες rectis factos per ειο proferunt, vt pro Μενελάε, Μενελάειο: pro θείε, θείειο.

In ος deſinentes genitiuos ab in ις rectis factos per εος proferunt, dicentes ὄφις, ὄφεος, per οι πρέσβυς, πρέσβεος. μάντις, μάντεος: πόλις, πόλεος, vt in Oreſte Eurip. Ος ἂν δύνηται πόλεος ἐν τ᾽ ἀρχῇσιν ᾖ. Et rurſus in alia fabula, Εσπειρ᾽ ὄφεος ἐν γαίᾳ θέρος.

Solent eodem modo incipientia facere præterita quo præſentia ex quib. ea facta ſunt: vt τύπτε δ᾽ ἐπιστροφάδην. Et ἄειρε θεῖνε. Et Βῆ δ᾽ ὁ γέρων. Et, Θῆκε δ᾽ ἐπὶ φρεσὶ θεὰ λευκώλενος Ηρη. Et, Ξανθὰς δ᾽ ἐκ κεφαλῆς ὄλεσε τρίχας. Et, Καλὸν δ᾽ οὔπω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν Οὐδ᾽ οὕτω γεραρόν. Et, Τοιοῦτοι δ᾽ ἔπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν, Πάντες, κ᾽ αὐτὸ θ᾽ ἕλοντο. Præterea autem, Καί νύ με δεξάμενος Πηλεὺς τρέφεν ἐν Δυκέως. Et, Σὸν θεράποντ᾽ ὀνόμηνε. Et, Ενθ᾽ Οδυσῆα ἐγὼν ἰδόμην, καὶ ξείνια δῶκα.

Et vt vniuerſaliter dicam, correptiones Ionum ſunt: vt νέας ἀμφιελίσσας, pro νῆας: & θέος & πόλεος, ſicut Atticorum productiones: vt Πωλέσκετ᾽ ἐς δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής. Et, Οὐδέποτ᾽ εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν.

Puto quòd & εὐωχία Atticè producitur, & ſcribitur per ω. ὀχὴ enim dicitur τροφὴ & εὐωχία, quod bene habet corpus & continet.

Secundas perſonas ſingulares paſſiuorum faciunt ex tertia perſona ſingulari per ſubtractionem τ. Homerus. Γνώσεαι Ατρείδην Αγαμέμνονα, τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερές. Et rurſus, τέο μέχεις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων Σὴν ἔδεαι κραδίην.

Similiter & genitiuos à rectis in ας neutrorum nominum per τος declinatorum per ſubtractionem τ dicentes, vt κέραος, γέραος.

Τε abundat apud eos, & ſuperfluum eſt: vt Herodotus ἐπεί τε ἐγένετο ταῦτα. pro ἐπεί.

In ους deſinentes genit. neutrorum per εος proferunt. Et omnem caſum huiuſmodi integrè deducunt, vt τείχεος βέλεος. Et Εκτορα δ᾽ ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεύς. Κ pro π in interrogatiuis & relatiuis vti ſolent: vt pro πόσα κόσα: pro ὅπως, ὅκως pro ὁπόσα, ὁκόσα, non tamen in aliis.

Vertunt autem aſpiratas in tenues, & tenues in aſpiratas: vt pro χιτών, κιθών: pro ἀκάνθιον, ἀχάντιον: pro βάτραχος, βάθρακος, & ſimilia.

Ω pro α aliquando vti eos dicunt, vt pro ἄνθρωπον, ὤνθρωπον, & pro ἄριστον, ὤριστον. ego autem puto ex colliſione in ſolis rectis hoc facere eos, & in vocatiuis, quemadmodum & Attici faciunt. Initio Herodot. in vocatiuo ſic inquit, ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Et rurſus alibi, ὦναξ Ηράκλεις: pro ὦ ἄναξ. Et Soph. Α᾽λλ᾽ ὦ ὦναξ οὐδ᾽ ὃς ἂν βλαστῇ, μόνοι Νοῦς τοῖς κακῶς πράττουσιν, ἀλλ᾽ ἐξίσταται. Et Hom. Αἰπόλος ἀνὴρ ὤριστος ἐλαύνει μώνυχας ἵππους: pro ὁ ἄριστος. Nam ο & α in ω contrahitur, vel colliditur.

Et ο & α in ω magnum contrahunt, vt βόαξ βῶξ, piſcis genus.

Item α & ο in ω magnum commiſcetur, vt τὰ ὅπλα, θὦπλα. Et quoniam ὅπλον aſpiratur, vertitur τ in θ. hoc verò Atticum eſt. ſi enim eſſet Ionicum, non verſum eſſet, quia tenuibus gaudent Iones.

Ω pro α in diphthongo vtuntur ωὐτὸς, dicentes pro αὐτός: & θωυμάσας pro θαυμάσας. Hinc puto Ionicè ſic dictum φωριαμὸς pro φαριαμός, vt ſit ab origine vocabuli quod veſtes continet arca.

Incidere & diuidere dictiones, Ionum proprium: vbi enim dicendum Πελοπόννησος, Πέλοπος νῆσος dicunt: & pro ἄγαγερον, ἄγα, ἄγερον.

Acceptiones infinitiuorum pro imperatiuis, Ionum ſunt. Homerus. Πάντα μάλ᾽ ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. Et, Πειρᾶν δ᾽ ὥς κεν Τρῶες ὑπερκύδαντας Αχαιοὺς, pro πειρῶ. Et innumera alia eiuſmodi apud Homerum & Heſiodum inuenimus.

Acceptiones maſculinorum pro fœm. Ionum ſunt vt illud, Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν, pro ἑσπέρα.

Diuiſiones in ει deſinentium ſingularium datiuorum, Ionum ſunt propriæ: βέλεϊ pro βέλει, ἔγχεϊ, pro ἔγχει.

In ω deſinentia fœminina accuſatiuo in οιω finiunt. vt pro Λητὼ Λητοιῶ, pro Σαπφὼ, Σαπφοιῶ.

Ι extrahunt Iones interdum ex dictionibus. dicunt enim. πονέεσθαι pro πονεῖσθαι.

Antea diximus Ionum eſſe ſcribere & dicere ὄφεος. & πόλεος nunc autem dicimus communibus ipſorum genitiuis vti Iones, & præcipuè Homerum. vt Ιξ ἀγρόθ νόσφι πόλιος. Et Hippocr. ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγινομένη, θανάσιμος.

Geminationes in ſecundis indefinitis Ionum ſunt. vt hoc τετύκον τότε δεῖπνα.

Tranſpoſitione literarum Ionica lingua vtitur, vt κραδίην pro καρδίαν ἀτραπιτὸς, pro ἀταρπιτός.

Duplex σσ in ξ vertunt Iones, nam pro διασὰ διξά: & pro τετρασσὰ τετραξὰ dicunt.

Subtrahunt ſæpe ι ex dictionib. vt Ηροδότου Αλικαρνασῆος ἱστορίης, ἀπόδεξις, pro ἀπόδειξις.

Sed & ſubtrahere ex poſſeſſiuis ι. Ionum eſt. vt ἀργύρεος. χρύσεος. Homerus, Εκτόρεοισι χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι.

In ες deſinentes rectos plurales, ſi ab in ευς rectis ſiunt, per ηες proferunt. vt βασιλῆες, ἱππῆες. quoniam & genitiuum ſic proferunt. Si verò ab in ης, vel in υς, per ε, vt ἀληθεῖς. rectus ſingularium & rectus pluralium apud nos ἀληθεῖς per ει diphthongum. Ionicè autem ἀληθέες, & rurſus pro πολεῖς, πολέες, vt illud, Πολέες δέ μιν ἠρήσαντο φέρειν, καὶ ἕξεες ἄλλοι.

Dubitauerit autem quiſpiam, quomodo genitiuos ab in υς rectis, non proferant per ηος vt ἡδῆος, ὀξῆος, ſicut βασιλῆος & οἰκῆος. Eſt igitur dicendum, quòd nunquam penultima genitiui maior vult eſſe vltima nominatiui in iis quæ inæqualiter declinantur: vt Αἴας rectus ας habet natura longum. Αἴαντος genitiuus longam habet penultimam, ſed & Λάχητος natura longam penultimam. Aut igitur æqualis debet eſſe penultima genitiui vltimæ recti, aut minor, vt in Αἴαντος & χαρίεντος, & λέων, λέοντος. nunquam autem maior. Quoniam igitur Πηλεὺς & ſimilia habebant vltimam longam, fecerunt & Iones penultimam longam genitiui, vt ſit æqualis vltimæ nominatiui, quum non fieret ex hoc regulæ tranſgreſſio. In ἡδὺς autem non potuerunt vertere genitiuum ἡδέως in η ſic enim inueniretur maior penultima genitiui, vltima recti, quoniam ἡδὺς breuem habet vltimam, & ὀξὺς, & huiuſmodi. In σ enim deſinentia cum ambigua, per abiectionem σ neutrum facientia, correptam habent ambiguam: ὁ μέγας, τὸ μέγα, ὁ ἡδὺς τὸ ἡδύ.

Ex θηλεία extrahunt ι & in omni caſu hoc faciunt. Herodotus, τῶν θηλέων ἵππων μίαν τὴν ὁ Δαρεῖος ἐς τὰ μάλιστα ἔστεργε. Et rurſus, Εγχειρέοντων τῇ θηλέῃ.

Non expreſſum ι pronuntiare ſolent, Homer. Υπερώϊον εἰσαναβᾶσα, & πατρώϊος ἐξὶν ἑταῖρος. Et Heſiodus Χρηΐζειν ἀπεόντες.

Additiones ι τῷ ε ſequente vocali, vel vna immutabilium, Ionum: vt pro ἕως εἵως, κεινὴ pro κενὴ & ξεῖνος pro ξένος.

Mutare οι diphthongum in ες ſyllabam, Ionum eſt, Hom. ἐρίηρες ἑταῖροι. pro ἐρίηροι. Et ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι.

Immutationes η in α breue Ionum ſunt. vt μεμακυῖα pro μεμηκυῖα & λελασμένος pro λελησμένος, & ἄλαστος ἄληστος. Si quis autem dicat, Quomodo alias α in η vertũt vt pro Ηρα, Ηρη, pro τιμάν τιμήν: aliàs η in α, ſcito quòd α in η vertunt quum eſt α longum: α autem in η non generaliter, ſed cum eſt α breue. Immutationes autem breuis α in η, poſteriorum Ionum ſunt. Hæc igitur ad veritatem tendunt.

Exemptiones etiam earum quæ in principio ſunt

conſonantium, Ionum ſunt, λείβειν, εἴβειν: pro γαῖα, αἶα: pro δεινὸς, εἰνός.

Semper ὤν ſyllabam abundantem ponunt inter præpoſitiones, vt ἐξ ὧν εἵλου & ἀπ' ὧν ἔδοντο.

Primas vocales literas ex dictionibus extrahunt Iones: vt pro ἐκεῖνος, κεῖνος pro ἑορτὴ, ὁρτή.

Compoſita verba diſſoluunt, & interponunt nomina: vt λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς. pro κατεδηδώς. Et Κατὰ δ' ἔκτανεν Ηετίωνα. pro κατέκτεινε.

Inuertere dictiones, Ionum eſt proprium ὄρνιθες ὥς. Et Ω' ἐπὶ πολλὰ ἐμόγησα.

Hyperbata Ionum ſunt: vt Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν, hoc eſt, διέβησαν.

Diæreſes in ως deſinentium aduerbiorum quæ à gen. plurali fiunt, cuius rectus ſingularis in ης terminatur, & in ες habet genitiuum ſingularem, Ionum propriæ, vt εὐσεβὴς εὐσεβοῦς. genitiuus pluralis εὐσεβῶν, & mutatione ν in ς εὐσεβῶς. Sic ἀληθὴς, ἀληθοῦς genitiuus pluralis ἀληθῶν & mutatione ν in σ, ἀληθῶς, & id genus alia. Hæc igitur & huiuſmodi diuidunt Iones, vt nomina ἀληθέως dicentes & ἀτρεκέως & εὐσεβέως. Tamen in ὁσίων, ὁσίως & δικαίων, δικαίως, & θαυμαστῶν θαυμαστῶς, non item. horum enim genitiui non in ες deſinunt vt ſint diuiſi & in nominib. & aduerbiis. Dores (vt dictum eſt) producto vtuntur α, vertentes η in ipſum: vt pro ἥλιος, ἅλιος, pro νῆσος νᾶσος, pro σελήνη σελάνα. Iones autem correpto vtuntur eo.

Et vt in vniuerſum dicam, & Proſtheſi & Aphæreſi, & Epectaſi & ſyncopa vtuntur. Eſt autem Proſtheſis Aphæreſi contraria, & Epectaſi Syncope.

Et Proſtheſis quidem eſt, quum in prima ſyllaba nominis aſſumitur aliqua litera, vt pro ἕνεκα εἵνεκα, & Ionice εἴσω pro ἔσω. Sic pro μόνος, μοῦνος pro ὅλος, οὖλος, Hæc autem ego Proſtheſes non dico, ſed Parentheſes: vt & illa, pro ἔνατος, εἴνατος pro πνέοντες, πνείοντες, vt Hom. Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί Et Ἡμῖν δ' εἴνατός ἐστι περιτροπέων ἐνιαυτός.

Proſtheſis autem dicitur, quum in principio orationis alia aſſumitur litera, vt pro σταφὶς, ἀσταφίς. pro πῦς ἄπυς, pro εἰλόπεδον θειλόπεδον, éſtque hoc Atticum etiam. Siue igitur ſit Proſtheſis ſiue ſit Parentheſis, Ionum eſt. Sed & quæ ſunt contraria his. Eſt autem contraria (vt dictum eſt) Proſtheſis Aphæreſi, & Parentheſis Elleipſi.

Eſt verò Aphæreſis, in prinſipio ſublatio, vt pro ἐκεῖνος, κεῖνος pro ἐκεῖσε, κεῖσε pro ἐχθὲς, χθές, pro ἐμὲ μέ pro ἑορτὴ ὁρτή.

Elleipſis autem abiectio eſt vocalis de medio, non facientis ſyllabam, vt ἀμύξαι, pro ἀμμύξαι & ἔταρος pro ἑταῖρος, Eſt autem hoc & Atticum. Hæc igitur propria Ionum ſunt, Proſtheſis inquam & Elleipſis, & Parentheſis & Aphæreſis, itémque ſyncope, quæ eſt contraria Epectaſi.

Eſt autem Syncope, defectus vnius ſyllabæ in medio dictionis: vt pro οἴμημα οἶμα pro κακόμοιρος, κάμμορος pro ἐξαίρετος, ἔξαιτος pro ἁρμόσαντες ἄρσαντες.

Parectaſis, abundantia eſt vnius ſyllabæ in medio vt pro ἀδελφὸς, ἀδελφεός pro κενὸς, κενεός pro ἔτυμος ἐτήτυμος.

Fit autem aliquando ſyncope etiam duarum ſyllabarum, vt pro Δευκαλιωνίδης, Δευκαλίδης. Hac ſyncope vtuntur & Aeoles vtuntur & Diæreſibus vt Ηδέε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Diæreſis autem Sinalœphæ contraria.

Eſt autem Synalœphe, duarum vocalium diuiſarum in vnam ſyllabam vnio, vt pro τὸ ὄνομα, τοὔνομα & eſt proprium hoc Atticorum. Anadiploſis verò (vt diximus) propria eſt Ionum, vt pro λάγεσι, ἐλάγεσιν & κεχαρμών, pro χαρμών & πεπαλών, pro παλών. Sed & ſublatio ipſorum eſt, vt pro βεβλημένος, βλήμενος. Eſt autem anadiploſis contraria Arſei.

Rurſus, Syſtole quidem Ionum eſt, vt Ρόχθει δὲ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο, pro ξηρὸν, & νέας ἀμφιελίσσας, pro νῆας, correptum enim Ionicè fuit η in ε.

Ectaſis, verò Atticorum eſt, quæ breues in longas vertit, vt τεθήμμαι pro τεθέαμαι.

Rurſum qui dicitur Proſchematiſmus, eſt Ionum. Eſt autem Proſchematiſmus, abundantia ſyllabæ in fine: vt pro θεοῖς, θεοῖσι, pro σοφοῖς, σοφοῖσι, pro μέσαις, μέσαισιν. Huic autem contraria eſt Apocope. eſt verò hæc Dorum: vt pro ἱδρῶτα, ἱδρῶ. Homerus, Ιδρῶ ἀπεψύχοντο Sic pro κυκεῶνα, κυκεῶ.

Rurſus paremptoſis, quæ erat contraria Ecthlipſi, Ionum eſt, vt pro λεγόμεθα, λεγόμεσθα.

Ecthlipſis autem Dorum tantum eſt, vt pro σκῆπτρον, σκῆπον.

Rurſus διπλασιάζειν (id eſt duplicare) ſiue διπλασιασμὸς (id eſt duplicatio) Ionum eſt: qui eſt contrarius Paralipſi. Eſt autem diplaſiaſmus, quum in aliqua conſonantium eadem conſonans additur, vt pro ὅτι ὅττι, vt ὅττι κεν εἴπω. Sic pro ὅσον, ὅσσον Homerus, Τόσσον ἐχώσατο φοῖβος Απόλλων.

Parelleipſis eſt quum aliqua ex geminatis conſonantibus deficit: vt pro κάλλιον, κάλιον, & eſt Dorum. Ionum autem proprium abiicere ex ει diphthongo, vt pro μείζων μέζων, pro κρείσσων, κρέσσων. At verò Elleipſis (vt prædixi) eſt abiectio vocalis de medio: quale eſt pro ἀμμύξαι ἀμύξαι.

Pro ἐπὰν ἐπεὰν, dicunt Herodotus, ἐπεὰν ἐκβῇ ἐς τὴν γῆν ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος.

Pro ἐνταῦθα, ἐνθαῦτα, dicunt permutatim. Herodot. ἐνθαῦτα ὁ τροχίλος εἰς δύων.

Ζωὴν vocant & τὴν ζῶσαν γυναῖκα, (id eſt viuentem mulierem) tanquam à ζωός.

Pro λίαν, κάρτα dicunt.

Pro μέγεθος μέγαθος. Herodot. in 2. hiſt. πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον μέγαθος ὅσον κριός.

E, & o in ευ diphthongum miſcentur apud eos. Herodotus, ἐς τοῦτον ὁρέων πίνετε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. Et πλεῦνας pro πλέονας. Sic Μετὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν Ἑλλήνων στρατιὴν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενελάῳ.

Pro σφίσιν, σφὶν, dicunt, Homer. ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Μὲν, copulatiuam coniunctionem pro μὴν expletiua accipiunt, vt apud Herodotum, Μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην.

Pro ἕως οὗ, ἐς ὃ dicunt Herodotus, Ες ὃ ἐξεῖλον.

Pro πάλιν, dicunt ſemper αὖτις, & non αὖθις.

Ex ἐπιτήδειος, ι eximunt, & ἐπιτήδεος dicunt. Herotus, ἵνα πυνθάνοιτο εἰ ἡ βατήρια ἐπιτηδεύτατα.

Contractio ι & ε in ι longum, Ionum eſt, pro ἱερεῖς, ἱρεῖς, pro ἱέραξ ἴρηξ.

Et mutatio α in η, vt ἴρηξ, per eandem fit dialectum. Heſiodus, Ωδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον.

Et pro ὄφιες, ὄφις, Ionicum eſt.

Pro τέμνειν τάμνειν dicunt Herodot. in ſecundo, τοὺς ἱερέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντας πάντας μέσους διατάμνειν. Et Hyppocr. φλέβα τάμνειν.

Ex ἐνέγκω auferunt γ, & pro eo interponentes ι ἐνείκω dicunt Herodot. millies hoc vtitur.

Pro ἐκπλεύσας, ἐκπλώσας dicunt. Herodotus Κατὰ λάξιν ἐκπλώσαντες.

Σφεῖς σφᾶς & σφῶν diuidunt, & ſic proferunt, σφέας & σφέας & σφέων. Hom. Ἀλλὰ σφέας κρατερὸς Διομήδης ἐξενάριξε. Νοῦν & ῥοῦν & χροῦν diuidunt, νόον & ῥόον, & χρόα dicentes, Homerus Ταμεσίχροα χαλκόν. Herodotus Οἳ ἐν ἐπὶ νόον τρέπουσι.

Participio εἰπὼν non vtuntur, ſed εἴπας, vt τύψας.

Εἱρώτα, per diphthongum ſcribunt, ídque ideo vt opinor, quoniam idem principium habentia faciunt præterita cum ſuis præſentibus. Eſt enim apud ipſos præteritum imperfectum ἐρώτα: deinde interpoſitione ι, fit εἰρώτα. Sic & ἐπανείρετο apud eos per ει diphthongum ſcriptum, Vel à themate aſſumit ει diph-

diphthongum. Eſt enim ἔρητο & ἔρω, & fit interponendo, ι, εἰρητο & εἴρω. Et paſſiuum εἴρημαι, εἰρήμην, εἴρεο, εἴρετο.

Præterea Iones tertias perſonas plurales præteritorum perfectorum ſic faciunt. In tertiis perſonis ſingularibus habentibus tenuem ante τ vertunt tenuem in ſuam aſpiratam, & addunt α, vt pro νένιπται, νενίφαται, pro λέλεκται, λελέχαται· pro γέγραπται, γεγράφαται. Si verò vox communis linguæ grauitona fuerit per ς, tunc Ionica habet ante αται characteriſticam medij præteriti perfecti, πέσεχσται, πεφράδαται, quia πέφραδα dicitur. Si verò à circunflexis natura longam penultimam habentibus, hanc corripiunt ante αται in debitam correptionem, vt πεποίηται, πεποιέαται.

Item conſtituunt Iones in δου deſinentibus patronymicis Epectaſes, dicentes, Πηληϊάδου & Λαερτιάδου, debebat enim eſſe genitiuus Πηλείδου & Λαερτίδου.

Quoniam in δης patronymica vna ſyllaba ſuperant gen primitiui vt Πηλέως & Πηλείδης, Πριάμου, Πριαμίδης· ſic & Λαέρτου, Λαερτίδης debebat eſſe patronymicum, ſed Iones faciunt Epectaſin, & ſic proferunt, Λαερτιάδης, dicentes, & Πηλεϊάδης, deinde per productionem Atticam Πηληϊάδης

Vtuntur autem & Metatheſibus. Eſt autem Metatheſis, quum vel prima litera fit ſecunda ſuæ propriæ ſyllaba, vt pro ἀτραπιτὸς, ἀταρπιτός. (ex τρέπεσθαι enim iam & α priuatiua particula facta eſt hæc vox ἀτραπιτὸς, & ſignificat τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, id eſt rectam viam inde facta eſt metatheſis (id eſt tranſpoſitio) primæ literæ, & dicitur ἀταρπιτὸς) vt ſecunda, fit prima, vt κραδία pro καρδία· pro καρτερός, κρατερός· pro τέταρτον, τέτρατον. Homerus, Τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Sciendum eſt autem differre Metatheſin ab Hypertheſi. nam metatheſis, in eadem ſyllaba fit. Hypertheſis verò in poſteriore, vt ὀθνεῖος. nam à νόθος erat νοθεῖος, ſed per Hypertheſin, ὀθνεῖος & rurſus γόνυ, γόνυος, & δόρυ, δόρυος ſed per Hypertheſin, γουνὸς & δουρός. Vtuntur & hac mutatione Iones.

Scire autem oportet quòd antiqua Ias intercidit, ob inhabitantium commutationem, & permanſit vſque ad illud tempus quo fecerunt Iones colonias, & in loca multa diſperſi ſunt.

Dicitur autem apud eos pro ὑγιαίνειν, οὐλεῖν· vnde & ſanata vulnera οὐλὰς dicimus.

Et pro λόγος, Μῦθος pro Μαντεύεσθαι Ἀνώγειν. Et loca in quibus verſantur, Ἤθη. Et pro ἐπιμελῶς, Ἀνακῶς pro ξενίην ἐδωρήσατο, ξενίην συνεθήκατο & pro ἀπατηλῶς, vel ἐπιμελῶς, ἐπιστρεφέως pro ἡκούσης, ἐχούσης· pro θυμωθεὶς, & ταραχθεὶς, ἀπερχθεὶς pro ἐπιεικὸς, Ἐφέστιος· pro δυσφορῶν. Ἡμεκτέων pro ἕτεροι, Μετεξέτεροι & pro ἡσυχάζων ἀτρεμίζων. Item Δεῖπνα, dicunt τὰ κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν.

Pro διανοηθέντα, Ἐννώσαντα pro ἀνέπεισεν vel ἐδίδαξεν. Ἀνέγνωσε· pro βαφὰς Φαρμάκα· pro ἀναλώματα, Τέλη· pro λαύρας, dicunt ῥύμας, id eſt τὰς ἀμφόδους. σαγάρεις autem πελέκεις, vel τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα· & φαρέτρας vocant Ἀρδεις.

Φάλαρα appellant τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα.

Ψῶας, beſtiolas quæ in groſſis naſcuntur.

Χειροτενὲς dicunt quod longum eſt & rectum. συμψήσας pro συντρίψας, Αἱμασιὰν, autem vocant τὸ ἐκ χαλίκων οἰκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον. Dicunt prçterea Φάρσος pro κλάσμα. Τρύφος pro ἀκρωτήριον. Et Ταρσοὺς καλάμων vocant τὴν πεποιημένην ἐξηραμένην τὴν πλίνθον. Ἔμβολον appellant roſtrum nauis. Ἐναγίζειν verò dicunt τὸ χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, i. inferias inferre aut ſacrificare mortuis, Et Πρόχυσιν libationem.

Ἔπιπλα dicunt τὴν μὴ βαθεῖαν κτῆσιν ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιπολῆς. [illegible] verò morbum quendam circa totum corpus, Κνυζήματα, τὰ γοερὰ ἀποφθέγματα, Γεαπίνας, τοὺς γῆς πεινῶντας καὶ ἀπορουμένους.

Pro ἱκανῶς, ἀπέχας, dicunt, vt Herod. in ſecund.

Ἐπιεικέστατον dicunt τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον.

Pro ἀποδεχόμενοι, κάτποντες dicunt: Κορώνην verò inflexum quoddam lignum appellant: & ἀμαρτεῖν, ἀπόπατον.

Pro ὀπτώμενα dicunt πεσσόμενα: & Βάρεις pro ναῦς.

Ὄσιριν vocant Dionyſum. Ἀφιδέας pro ἀλύσεις aut pro ψέλλια ſecundum quoſdam.

Συρμαΐζειν dicunt τὸ καθαίρειν πόμασι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος

Αἶνον, cantilenæ nomen, vel lyræ chordam.

Θυσάνους dicunt pro κροσσούς. Et Ἀποφορὰν appellant τὴν τελουμένην παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.

Ἤλυσιν vocant τὴν πορείαν καὶ ἔφοδον.

Συρνέη apud eos dicitur olus quoddam apio ſimile, vel cibus ex adipe & melle.

Ἐνηβητήρια ſunt εὐωχητήρια.

Τριφάσιοι, pro τριπλάσιοι, τρίζωνοι.

Ἀπεματαίισε pro ἐμώρανε.

Ἀποτιμωσαιέρους vero dicunt pro ἀτιμοτέρους.

Pro φανερὸν, Ἐπάιστον: pro σώφρονα, Φρενήρη dicunt. Accipiunt autem & hoc in contrario.

Καταπροΐξεσθαι dicunt pro προῖκα ποιῆσαι (gratis, ſeu impune facere) Et pro καταφανῆ, Ἐπίλαμπον.

Λάξιν verò partitionem vel ſortem.

Pro καταπεπονημένον dicunt τετρυχωμένον.

Pro πολεμεῖν dicunt Ἀντιάζειν. & pro αἰδοῖα, Μέζεα, Heſiod. οὐρὰς δ᾽ ὑπὸ μέζε᾽ ἔθεντο.

Pro καταπαιχθεὶς vel γελασθεὶς dicunt διαβεβλημένος. Herodotus, ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μάλα θαυμάζεις,

Pro καλλωπίσας dicunt ἀσκήσας, vt, ὡς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψεν ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα.

Pro ὁπλῖται dicitur ἐναφέες ab illis

Διασφάγες illis ſunt αἱ διεστῶσαι πέτραι.

Γνωσιμαχεῖν, ſignificat illis, cognoſcere ſuam imbecillitatem & inimicorum robur.

Σίσυρα ab iis dicitur βαρβαρικὸς χιτών.

Ὑβρίζειν, pro σκιρτᾶν, ab illis ponitur,

Οἰσύπη, ipſis eſt ſordidarum ouium lana, & ouium excrementum.

Νεοχμῶσαι pro νεωστὶ κινῆσαί τι.

Φερέγγυος pro βεβαιωτής.

Ἔφεδρος pro ἐπίκληρος.

Ἀγηλατεύειν pro διώκειν.

Τετραπτερυλλίδες, apud Iones dicuntur locuſtæ, eo quòd quatuor habeant pennas, duas extra maiores: minores autem intus alias duas.

Οὐκ ἱκνεομένως, pro οὐ προσηκόντως, ſiue οὐ καθηκόντως.

Ἀπεπλίξατο, pro ἀπέφυγε. πλὶξ enim βῆμα, ex quo πλίγματα, πηδήματα. vnde & pro περιβάδην Ἀμφιπλὶξ, apud Sophoclem in Triptolemo, & Homerus, Αἱ δ᾽ εὖ μὲν τρώχων, εὖ δ᾽ ἐπλίσσοντο πόδεσσιν.

Et Ψῶσαι pro θάλψουσαι. Eſt autem apud eos Ψῶ, ruſtica compellatio.

Κόλλιξ autem ſpecies eſt panis rotundi, ex quo & apud nos κολλίκια

Σχοίνων συμβολεῖς dicuntur ab ipſis ψιαθυπλόκοι.

Ἰθαγενεῖς ſunt οἱ γνήσιοι παῖδες, id eſt legitimi liberi.

Πρόξενοι, ſunt præfecti ciuitatum, & curatores. & qui hoſpitio ſuſcipiunt.

Ὀργᾷ pro ὀρέγεται, & ἐπιθυμεῖ.

Κορδίνημα verò pro καρηβαρεῖν, ſed ſcribitur & σκορδίνημα.

Ἶξις ab iis appellatur ἡ εὐθυωρία.

Ῥικνὸν verò τὸ ἔξω νεῦον καὶ στραβὸν, quod & ῥοιβὸν dicitur.

Pro σεσηπὸς (id eſt, marcidum) dicunt σαπρόν.

Pro ἐπιπάσσω, Παλύνω dicunt.

Pro πρόσφατα dicunt Ποταίνια.

Βλακὸν, pro τρυφερόν.

Μαμ-

Μαειλινὰς, vocant, τῶν φρυγανώδεις ἄνθρακας. Potius autem Μαρίλη vocatur ἡ θερμὴ σποδιά.

Μελεδαντέων pro μεμεριμνῶν ſiue θεραπεύων. μελεδαίνει enim dicitur μεριμνᾶν.

Μισύλλω vocant τὸν κοῖλον ἄρτον, i. panem concauum.

Μυδῶσα dicunt pro ἐκρέουσα.

Pro δημόσιον Επιδήμιον.

Pro ἐκθλίβειν, Βλιμάζειν.

Et pro ἐστέναξεν, ἤμυξε.

Ελατήεια, appellant medicamenta τὰ τὰς κάτω κοιλίας θεραπεύοντα.

Pro ἐνέδησεν dicunt Ενεκέλωσε.

Εδικεφάνθη, dicunt pro in duo diuiſum eſt.

Et pro εὐθύτης Ευθυωρία dicunt.

Pro ἐθυλώθη dicunt Εμυλώθη, & Εχείμπηδ, pro ἐμπηδᾶ.

Pro ἐκτόπως & παραδόξως dicunt ἐκτοπίως.

Pro εὐφορώτερον, dicunt Επισχώτερον. Pro μύλωνα ζώπειον

Pro ὡμοιωμένων, Ηἐλφισμένων dicunt. Pro πυρετὸν Θερμωλίω.

Pro καταδύσεις dicunt Θαλάμοις. Et Θεᾶσαν pro τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι, id eſt, μαίνεσθαι.

De Æolica dialecto.

Æoles τὸ β τῷ ρ addunt, quum τῷ ρ infertur τ, vel κ vel δ, vt βρυτὴρ, pro ῥυτὴρ, & βράκος pro ῥάκος, & βρόδον pro ῥόδον.

Genitiuos à rectis in αι diuidunt Æoles, & per αων proferunt, vt νύμφαι, νυμφάων, & παρθενικαὶ, παρθενικάων.

Syncopæ in medio, Æolum ſunt, vt ὥρσεν pro ὥρμησεν & ὦλλος pro ὁ ἄλλος. item τὤλλο pro τὸ ἄλλο.

Pro ποῖον Æoles Κοῖον dicunt.

Τεθνεὼς & Τεθνηῶτα pro τεθνηκὼς & τεθνηκότα.

Additiones θα ſyllabæ, Æolum ſunt, vt εἶπηθα.

In αις vnius ſyllabæ nomina diuidunt, vt pro παῖς, Παΐς, pro δαΐς Δαΐς.

Ω pro ου vtuntur, Μῶσαι, pro μοῦσαι, & Λείπωσα dicentes, pro λείπουσα.

Υ pro ο vtuntur: pro ὄνομα, Υνυμα & pro ὅμοιον, Υμοιον dicentes. Interdum autem & ε pro ο. nam πρός σε illi, πρές σε dicunt. Et pro ο paruo, ω magno: vt pro ὅσα ὦσα.

Η pro ει diphthongo vtuntur, κῆλω enim dicunt, & λαβῆν, & ἰδῆν, per η pro κλεῖν, & λαβεῖν, & ἰδεῖν.

Quæcunque per ει diphthongum apud nos efferuntur, per ſolum ε proferunt, multiplicantes immutabiles: vt pro ἱμείρων, ἱμέρρων pro ὠπειλὰς ὠπέλλας: pro εἵματα ἔμματα, pro ὑμεῖς, ὔμμες.

Geminant, & σ, & π, & τ vt τοσσοῦτον, ὅππι, ὅππως ὅττι.

Pro ὁ ὁμιλῶ ὁ δμιλῶ, dicunt. pro ἱερὸν, ἰρόν.

Genitiuos in nominatiuos transferentes, declinant ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου: ſic ὁ φύλακος, τοῦ φυλάκου.

Π pro μ vtuntur, ἔμπατα, pro ὄμματα, dicentes & πέτ ἐμὲ pro μετ' ἐμέ.

Vocatiuos in ων deſinentium ſingularium corripiunt: vt pro χελιδὼν, χελιδὸν. pro ἀηδὼν ἀηδὸν. pro Σαρπηδὼν, Σαρπηδόν.

Ex αι diphthongo abiiciunt ι, quum eas conſonans non ſequitur: pro Αλκαῖος, Αλκάος ſcribentes, & pro ἀρχαῖος ἀρχάος.

Τὸ εἶμα ſcriptum per ει diphthongum, ἔμμα dicunt.

Pro ὀδύνην, ἐδύνην & pro ὀδόντας dicunt ἐδόντας.

Μέλιτος per η ſcriptum, per α proferunt, μέλατος dicentes.

Errantes autem per quandam pronunciationem, dicunt σδυγὸν pro ζυγὸν pro ξίφος, σκίφος: pro ψέλλιον σπέλλιον & pro ψαλίδα, σπαλίδα.

Pro Θόας, Θόαις dicunt: & pro μέλας μέλαις: pro τάλας τάλαις. At pro Αἴας, Αἴαις non dicūt, propter concurſum vocalium & αι diphthongi, quoniam malè ſonaret. Sed dicet aliquis, Quare deſinentibus in ας, habentibus α longum, addunt ι, vt in Θόας & reliquis: poſſumus autem dicere quòd productione gaudeant, ſimul & breuiorum ſyllabis. pro Πηλεὺς Παλεὺς dicentes: & pro Φθείρω, Φθέρρω: nam poſitione longa minor eſt quàm ea quæ natura eſt longa. Quoniam igitur α natura longum, maius eſt αι diphthongo habente ι, quod pronunciatur, (nam qui duorum militum munia obit, fortior eſt duobus illis) diphthongo αι vtuntur.

Itidem ſæpe in α faciunt rectos Αρχύτα enim dicunt pro Αρχύτης, ſic Υέρρυχες pro Υέρρυχες. Item γέρων ἱππηλάτα, Πηλεὺς, pro ἱππηλάτης. Et ἱππότα Νέστωρ, apud Homerum.

Optatiui primi indefiniti actiui per εια proferunt, vt pro τύψαιμι, τύψεια, pro ποιήσαιμι ποιήσεια pro λέξαιμι, λέξεια. Et prima perſona hi ſoli vtuntur: ſecunda verò & tertia Athenienſes, τύψειας, τύψεις. Et τύψειαν tertia perſona pluralis.

Horum ſunt & diæreſes: nam pro Αργεῖοι, Αργέϊοι dicunt, & contractiones, nam pro βασιλέϊ, dicunt βασιλεῖ.

Vertunt ει diphthongum in οι, vt quum pro ὄνειρος dicunt ὄνοιρος.

Dualibus numeris hi minimè vtuntur, quemadmodum & Romani qui ex his ſunt deducti.

Hi in ω deſinentibus datiuis non ſubſcribunt ι, vt τῷ Ομήρῳ & τῷ σοφῷ.

Αρεος per ο flectunt.

Extractiones ι non ſolùm Æolum ſunt, ſed & Atticorum & Dorum. nam pro ἑταῖρον ἑτάρον dicunt.

Hi conſonantes omnes geminant in breuibus, vt τὸ ἔννεπε, & τὸ ἔννη, & ſimilia.

Pro Τεισὶ, καὶ γυναιξὶ, hi Τρίεσσι, καὶ γυναίκεσσι ſcribunt, & his ſimilia.

In ου deſinentes genitiuos, per ευ proferunt: Αἰακίδαο enim Ionicè, Αἰακίδεω verò Attice, Αἰακίδευ autem Æoles ſcribunt.

Quod non pronuntiatur ι, pronuntiare conſueuerunt in ſecunda & tertia perſona: vt pro βοᾷς, βοάϊς, pro γελᾷ, γελάϊ.

Pro ξ proferunt κσ: vt pro ξένος, κσένος. Et πσ pro ψ, vt pro Πέλοψ Πέλοπς.

Et pro η proferunt ε vel α, quod commune eſt etiam Doribus. Ac vertunt η in ε quidem, vt quum pro Αρης dicunt Αρες. in α autem vt quum pro Εκάβην, Εκάβαν: pro πύλην, πύλαν, pro νόημα, νόαμα: pro ἠὼς ἀὼς: pro ἀπάτην, ἀπάταν: pro ἀδικῆσαι, ἀδικᾶσαι dicunt.

Pro θ proferunt, φ, vt φλᾶται, pro θλᾶται.

Pro duobus, ππ, duo σσ: vt pro ἐμπίπτειν, ἐμπίσσειν.

Pro σ, τ: vt pro σὺ τύ: pro εἷς σέ, εἷς τέ

Pro τ, σ, vt pro στολὴν σπολὴν pro σταλεὶς, σπαλείς.

Pro ω magno ο paruum: vt pro ὧρα ὄρα: pro ὠπειλὴ, ὀπειλή

Vtuntur ſyncope & in compoſitis vocabulis, geminantes mutas, vt κάππεσεν pro κατέπεσεν & κὰδ δὲ pro κατὰ δὲ & κάββαλεν, pro κατέβαλεν.

Grauitone pronuntiant non ſolùm nomina, ſed & articulos quum nominum locum habent: vt pro ὁ σὸς, ὄσος pro ἡ σὴ ἤ ση pro τὸ σὸν, τὸ σόν.

Eodem autem modo & diſſyllaba quæ apud nos acuunt vltimam, ipſi grauitone pronuntiant, vt σόφος, κάλος, ὄξυς, βέλδυς, βάρυς, λεῦκος, βῶμος θῦμος, τράχυς, σκλῆρος, χῶλος, & ſimilia.

Vocatiuum nominum in ης qui eſt in ες, abſque σ proferunt: vt pro Σώκρατες, Σώκρατε, Αριστόφανες, Αριστόφανε, pro Δημόσθενες Δημόσθενε. Et à genitiuis caſibus σ auferunt dicentes Συκράτου Διομήδου Σοφοκλέου.

Pro accuſatiuo datiuum accipiunt in pluralibus, vt τοῖς ἀνθρώποις, pro τοὺς ἀνθρώπους. Hoc autem faciunt quia vtuntur ι pro υ. Accuſatiuum verò pluralem proferunt ως pro ους accipientes: vt τὼς ἀνθρώπως, τὼς ἵππως.

Infinitiua verba in εῖν deſinentia,ipſi per ην efferunt, penultimam acuentes pro φιλεῖν, φίλην,pro καλεῖν, κάλην,pro φρονεῖν,φρόνην.

Quæ autem apud nos deſinunt in ᾶν ipſi in ᾶς mutant:vt pro γελᾶν,γελᾶς pro πεινᾶν,πεινᾶς.

In ου deſinentia infinitiua ipſi per οις efferunt, vt pro ὑψοῦν ὑψοῖς:pro ὀρθοῦν,ὀρθοῖς:pro χρυσοῦν, χρυσοῖς.

In ω terminata verba apud nos, in μι faciunt:vt pro νοῶ,νόημι pro φιλῶ φίλημι.

Quæcunque autem participia in vltima acuimus, & in ως terminamus,per ν apud illos efferuntur,& acuunt penultimam,vt pro εἰρηκώς,εἰρήκων pro νενοηκώς,νενοήκων. ſeruant autem & horum declinationes cum terminatione illa conuenientes.

Dicitur apud eos pro ἔρως,ἔρος, & pro γέλως,γέλος. & inflectunt ea quemadmodum quæ in ος deſinunt propria nomina.

Ἐγώ,circunflectunt,ἐγῶν dicentes,& pro ἐμῶ,ἐμῶς.

Pro σὺ dicunt τὺ,ſicut Dores: & pro ἡμῖν, ἄμμιν:pro ὑμῖν,ἄμμες.

Pro ἐνθάδε,τῆδε pro ἄλλοτε,ἑτέρωτι dicunt.

Pro χίτωνα,χέρσνα;pro ἱμάτια,ἕμματα.

Pro ἐπ[illegible]

Pro [illegible]

Pro ψῆφος,ψάφαξ.

Pro [illegible]

In medio duarum vocalium interponunt υ, ἀὴρ enim αὐὴρ dicunt:& pro ἕως,ἕυως. Quum verò conſonans eſt media,non interponunt υ.

Et hæc quidem de dialectis dicta ſunt à me pro viribus: fortaſſe autem & alia quiſpiam accuratè indagans,inueniet quæ ab his ſunt diuerſa.

EX PLVTARCHO EXCERpta De dialectis, & Homerico earum vſu.

VAria dictione vſus (Homerus) ex omni Græcorum dialecto characteras ſuis poëmatis interſeruit. Vnde eum totam Græciam & cunctas nationes peragraſſe conſtat. Nam Dorienſium ἔλλειψι(quæ perquam familiaris eſt breuitati ſtudentibus)vſus eſt, pro δῶμα dicens δῶ, vt hîc ἄψ δέ οἱ δῶ Αφνειὸν πέλεται. & pro ὅτι, ὅ vt ὅ μοι ἔριδας καὶ νείκεα χεῦας, & pro ὀπίσω, ἄψ, ο quidem in α, ω verò & σ in cognatam ipſis literam, nimirum ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, ἄλλο: vt, Ἠδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή, & huiuſmodi. Ad eundem modum & medias ſyllabas concidendo, dicit ὁμοίχας pro ὁμότειχας, & οἰέτεας pro ὁμοέτεις, & ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον:item πρεῖν pro πρέμειν, & τίω pro τιμῶ. Eorundem Dorienſium eſt literas tranſponere, vt quum pro κεκάπυσι,κάρπυσι dicunt.

Æolum verò τῇ συγκοπῇ in compoſitis vtitur, κάδδραθέτην dicens pro κατέδραθέτην, & ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν. Deinde tertias imperfecti perſonas, apud alios in ει diphthongum deſinentes, Æoles per η efferunt. vt ἐφίλη,ἐνόη pro ἐφίλει,ἐνόει, quem morem ſecutus Homerus ait,δίδη μυχοισι λύγοισι, pro ἔδει quod eſt ἐδέσμει, ligabat.Et.

Τὰς μὲν ἄρ' ἔτ' ἀνέμων διὰη μένος ὑγρὸν ἀέντων

Eorum eſt & commutare σ in δ, ac pro ὀσμὴ dicere ὀδμὴ,& ἴδμεν pro ἴσμεν. Præterea & pleonaſmo in quibuſdam vocibus vtuntur, vt quum pro ἄκηλος, εὔκηλος,& pro ἀτὰρ,αὐτὰρ dicunt. Item ſecundæ verborum perſonæ θα ſyllabam adiicere, pro ἔφης, ἔφησθα, & pro εἴρης, εἴρησθα dicendo. Porro conſonantium duplicationem alij Dorienſibus, alij Æolibus tribuunt. quale eſt illud, ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος,& ὁππότερος τάδε ἔργα.

Ionum autem proprietatem obſeruat, dum τῇ ἀφαιρέσει; in præteritis verborum temporibus vtitur, veluti quum βῆ dicit pro ἔβη, & δῶκεν pro ἔδωκεν. ſiquidem in more habent præterita tempora ab iiſdem literis inchoare, quibus & præſens: & auferre ε in voce ἱερεὺς & ἴρηξ. Præterea quum tertiis ſubiunctiui modi perſonis σι addit, vt quum pro ἔλθῃ, ἔλθῃσι, & pro λάβῃ λάβῃσι dicit: necnon datiuis eandem adiicit, θύρῃσι & ὕλῃσι dicens. Adhæc dum τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, & νοῦσον pro νόσον, & κεινὸν, pro κενὸν, & μείλας pro μέλαν effert. Denique & α quum productum fuerit,in η mutat,vt Ἥρη,Ἀθήνη,pro Ἥρα,Ἀθηνᾶ. Accidit autem nonnunquam vt econtra η in α mutantes, pro λελησμένος, λελασμένος dicant. Inſuper & circunflexa ita per διαίρεσιν efferunt, pro φρενῶν φρενέων, & pro νοῶν dicentes νοέων. Eodem modo & genitiuos in ους deſinentes proferunt,vt Διομήδεος,Σαπφόος,pro Διομήδους. Σαπφοῦς. & circunflexos genitiuos plurales, vt Πηλέων,Περσέων denique & plurales nominum neutrius generis rectos in η deſinentes, vt σήθεα, μέλεα, idémque de eiuſdem numeri genitiuis iudicium. Cæterùm hoc eis proprium eſt, vt πεφράδαται & ſimilia dicant.

Maximè verò Attica dialecto vſus eſt, quippe quæ ſit varia & ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς, pro λαὸς vſurpant, ita & ipſe Πηνέλεως & χρέως dicit. Eſt autem eis familiare contractionibus nonnunquam vti, & pro duabus vnam ſyllabam efficere, vt pro τὸ ἔπος, τοὖπος, pro τὸ ἱμάτιον, θοἱμάτιον, quibus hoc (Homeri) eſt ſimile Τρῶας δὲ προὔτυψαν ἀολλέες & πεδία λωτοῦντα, pro λωτίζοντα. Atticum quoque eſt ex eiuſmodi optatiuis η tollere, δοκοίης, δοκοῖς. τιμῴης, τιμῷς, ſecundum quem Atticiſmum dictum eſt, ἄλλοι δ' ἑψιάασθε ἐνὶ πτόλει. Atticum eſt etiam hoc, Οἱ πλέονες, κακίους, παῦροι δέ τε παῖδες ἀρείους quod nos κακίονες & ἀρείονες dicere ſolemus. Solent quoque huiuſmodi accuſatiuos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς ἰχθῦς,vt in hoc, βοῦς περιτεμνομένους: & ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum eſt ὑδάτων ἀγυιαὶ ῥήγνυσι ῥέοντες, vt ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea & breues vocales Attici ex verbis abiiciunt, vt pro λέγεται λέγται, pro οἴομαι, οἶμαι,ad quem modum & pro λύετο dicunt λῦτο. Eorundem eſt dicere ἑώρων, & ἐωνησάμην, ex abundantia addentium ε, vnde etiam eſt ἐωνοχόει. Elidunt etiam ι, quum pro ἠιόνες ἠόνες, & pro Νηρηΐδες Νηρῇδες, dicunt. Sic verò & illud habet, σφῶϊ δὲ μάλ' ἠθέλετον. Denique in datiuis in ι purum deſinentibus, quorum penultima α obtinet, idem fit, vt in his κέρᾳ, γέρᾳ,σέλᾳ. Eſt & hoc Atticum, vbi dicitur ἔσων & ἐπέδων, pro ἔσωσαν & ἐπέδωσαν. Eiuſdem conſuetudinis eſt quòd optatiuos pro præteritis indicatiuorum vſurpant: qua & Homerus identidem vtitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, & adiectiua maſculina coniungunt, vt τὼ χεῖρε, τὼ χεῖρε quod & Platoni familiare eſt, ἄγοντε καὶ φέροντε, & ἡ σοφὸς γυνὴ,& ἡ δίκαιος. Sic igitur & Homerus de Iunone & Minerua dixit, Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ. & Ἠτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν. & κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Porrò quum dialecti multam quoque in conſtructionibus proprietatem habeant, quando poeta dicit, Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, Atticam conſuetudinem refert: & quando ait, δέξατό οἱ σκῆπτρον, & Ἰδαίῳ δὲ καλλιπαρῄω Δηϊπύλας, in his definit. Quo pacto igitur omnium Græcorum voces congerendo variam orationem efficiunt; dum vtitur nonnunquam peregrinis, vt ſunt prædictæ; aliquando verò priſcis, vt quum dicit ἄορ & σάκος; interdum etiam communibus & aſſuetis, vt quum dicit ξίφος & ἀσπὶς, manifeſtum eſt. Sed eſt hoc admiratione dignum,vulgares etiam dictiones apud eum orationis grauitatem retinere.

EX

EX EODEM PLVTARcho excerpta de tropis, & Homerico eorum vſu.

CÆterum quoniam ornata oratio à communi cõſuetudine diſcedit, vnde aut euidẽtior, aut grauior, aut modis omnibus iucundior fit: & verborum quidem immutatio, tropus, ſententiarum autem, ſchema vocatur, & horum ſpecies in arte dicendi perſcriptæ ſunt: videamus num horum aliquid ab Homero prætermiſſum ſit, númve aliud quiddam à poſteris inuentum ſit, quod ille non prius dixerit.

Inter tropos igitur ὀνοματοποιία admodum illi familiaris eſt. Nouerat enim priſcam nominum originem, quòd hi qui primitùs nomina rebus indiderant, pleraque ab euentu appellaſſent, & inarticulatas voces in ſcripta retuliſſent, vt quum dicerent φυσᾶν, & σφίζειν, & βροντᾶν, & quæ iſtis ſunt ſimilia. Vnde & ipſe quædam nomina prius non extantia ita finxit vt cõformia eſſent rebus per ipſa ſignificatis: cuiuſmodi ſunt hæc, δοῦπος, ἀραβος, βόμβος, & ῥόχθει, ἀνέβρυχε & σίζε, aliáque iſtiuſmodi, quibus nemo ſignificantiora inuenerit. Et rurſus vbi alias voces ad alias res pertinentes aliis tribuit, vt quum dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, (id eſt, malum incendium ferens) efficaciam in conflagrando ſignificans: & dum πυρετὸν dicit pro πῦρ, (id eſt ignem pro febre.) Quibus & hoc affine eſt, χαλκοτύπους ὠτειλάς. vult enim dicere, τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Denique (vt ſummatim omnia complectar) multa verborum nouitate multa cum licentia vſus eſt, alia quidem præter conſuetudinem immutans, alia verò eam ob cauſam inſigniora reddens, vt orationi decus & magnificentiam adderet.

Præterea epithetorum copia illi eſt, quæ propriè & ſuo loco ſubiectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent, vt quum ſingulis diis ſingulas appellationes tribuit, Iouem μητίετα & ὑψιβρεμέτην, & Solem ὑπερίονα, & Apollinem φοῖβον vocans. Iam abſoluta ὀνοματοποιία, alios quoque tropos videamus.

Κατάχρησις quidem (quæ vſum ex eo quod propriè ſignificatur, in aliud propriũ nomen non habens, transfert) apud poetam eſt, vbi ait σειρὴν χρυσείην, (id eſt catenam auream) σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et vbi dicit αἰγείην κυνέην: ſiquidem galea apud eũ κυνῆ appellatur, quòd ea olim ex canina pelle conficeretur. ibi verò & eam galeam caninam vocat quæ ex caprina pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem, (quæ inde nomen ſortita eſt quòd rem à propria ſignificatione in aliam, cum conueniente vtriuſque rei ſimilitudine, transferat) & multa & varia apud illum eſt, vt illud,

Ἧκεν ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. id eſt,
Contulit huc fracto ſe magni vertice montis. &,
Νῆσος, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, id eſt,
Inſula, quam pontus circumluit atque coronat.

Quam enim rationem vertex in homine, eam & cacumen in monte: & quam corona ad eum cui imponitur, eandem & mare ad inſulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus vtens, orationem non ſolùm ſpecioſiorem, verùm etiam euidentiorem facit. Sunt autem variæ apud eum metaphoræ: quædam ab animatis ad animata, vt Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο, (id eſt, Cæruleæ nauis ſic eſt auriga loquutus) pro ναύτης, nauta. & Βῆ δ' ἴμεν Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν, (id eſt, Iuit ad Atridem paſtorem tot populorum) pro βασιλέα, regem. Aliæ autem ab animatis ad inanimata, vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, (id eſt, ſub extremum Idæ pedem) pro τὴν ὑπώρειαν, radices. Et οὖθαρ ἀρούρης, (vber agri) pro τὸ γόνιμον, fertilitas. Aliæ è contra ab inanimatis ad animata, veluti σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ, (id eſt, ferreum certè tibi pectus;) pro σκληρὸν, durum. Poſtremò ab inanimatis ad inanimata, vt σπέρμα πυρὸς σώζων, (id eſt ſemen igni ſeruans) pro γόνιμον ἀρχήν. Porrò ſicuti nominum, ita & verborum tranſlationes apud eum ſunt, quale eſt Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, (i. Littora namque boant, feriente ſalo atque procellis) pro ἠχοῦσιν, ſonant.

Alius deinde tropus (quæ μετάληψις vocatur) fit, quando per cognominationem res diuerſa ſignificatur vt, Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι. inſulas enim quæ propriè appellantur, ὀξείας, ſignificare vult, ſiquidem θοὸν & ὀξὺ idem declarant. Ὀξὺ autem non ſolum velocitatem motus ſignificat, ſed etiam id cuius forma tendit in tenuitatem. Iſtiuſmodi & hoc eſt ἐγὼ δὲ θόωσα ἀργεστάς.

Alius tropus συνεκδοχὴ vocatur, quando ex eo quod propriè ſignificatur, aliud quiddam eiuſdem generis intelligitur. éſtque ſimili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus, vt πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας, (id eſt, ad murum bene ſtructum boues torridos) boum namque appellatione corium ex quo ſcuta fieri ſolent, innuere vult. Aut ex parte totum: vt Τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω. (id eſt, huiuſmodi autem caput deſidero.) nam voce capitis, totum hominem ſignificat. Et quando pro pulchra, λευκώλενος dicit (id eſt, Candidis vlnis prædita) & pro bene armati, ἐϋκνήμιδες (id eſt Bene ocreati.) Aut ab vno multa, vt quando ita de ſolo Vlyſſe dicit, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν (id eſt, Poſtquam Troiæ ſacrum oppidum deuaſtauit) neque enim ille ſolus, ſed vnà cum aliis Græcis Troiam euertit. Econtra ex multis vnum, vt σίδηρόν τ' ἰμερόεντα, pro σίδηρος. Præterea ex ſpecie genus, vt μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλών. marmor namque ſaxi ſpecies eſt. Aut econtra, ex genere ſpeciem intelligimus, vt, Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι, ſiquidem non quaſuis ὄρνιθας (id eſt aues) ſed augurales tantùm dicere vult. Ad hæc ex adiunctis, effectum rei, vt Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo) arcus enim nomine iaculandi peritiam notat. Et ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ (id eſt Sedentes dealbabant aquam) Et οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν (id eſt, Tota die iugum mouebant) ex accidenti namque in priori exemplo, Remigabant. in poſteriori autem, Currebant, intelligi debet. Inſuper ex præcedenti conſequens, vt λῦσε παρθενίην ζώνην. (id eſt, Virgineam ſoluit zonam) ex eo nanque ſequitur, quòd vitiauerit. Et contrà, ex conſequenti præcedens, vt quando pro φονεύειν, (id eſt occidere) ἐναρίζειν dicit, id eſt ſpoliare.

Eſt autem & alius tropus μετωνυμία, quæ fit quando vocabulum quod de re alia poſitum eſt, aliud quiddam ſecundũ relationem ſignificat. quale eſt apud eundem,

Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι, id eſt,
Aſt iuuenes terræ Cererem contredere pergunt.

Triticeum namque fructum deſignat, quem ſic à nomine Δήμητρος (id eſt, Cereris) inuentricis appellauit. Et vbi ait.

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο,
id eſt,
Viſcera Vulcanum ſupra transfixa tenebant.

Nam Ἡφαίστου, (id eſt Vulcani) nomine ignem declarat. Porrò affine iam dictis & hoc eſt, ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται (id eſt qui meam chœnicem attigerit) ea nanque quæ in chœnice continentur, innuit.

Præterea & alius tropus ἀντονομασία vocatur, & fit quum epitheton aut conſignificatiuum pro proprio nomine accipitur. vt

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν Ἀτρείδην προσέειπε, id eſt,
Æacides Atridem rurſus voce perulca Increpuit.

Per hæc enim nomina Achillem & Agamemnonem

nem intelligit. Et rurſus, Θάρσει Τριτογένεια, φίλον τέκος. id eſt,

Sis animo fidens Tritonia filia chara. Et alibi,

Φοῖβος ἀκερσεκόμης, (i. Phœbus intonſus) illic enim Mineruam, hîc verò Apollinem denotat.

Eſt & ἀντίφρασις, dictio quæ contrarium quàm præ ſe fert, ſignificat, vt in hoc,

Οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. id eſt,

Hos vbi conſpexit non eſt lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult, nempe quòd his conſpectis indoluerit.

Eſt & ἔμφασις, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit: vt,

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειός. id eſt,

Aſt in equum deſcendentes quem ſtruxit Epeus.

Dum enim inquit κατεβαίνομεν, equi magnitudinem declarat. Simile autem illud eſt, Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι (id eſt, Totus enim gladius ſanguine incaluit.) Per hoc enim maiorem emphaſin oſtendit, quòd ait enſem adeo ſanguine tinctum fuiſſe vt incaluerit. Atque huiuſmodi quidem tropi qui ſic vocantur, ab Homero ficti ſunt.

DE SCHEMATIS, ET HOmerico eorum vſu, ex eodem Plutarcho.

Videamus autem num & eas constructionis mutationes quæ σχήματα (hoc eſt figuræ) appellantur, ipſe quoque Homerus primus inuenerit. Porrò ſchema eſt ſermo à communi conſuetudine recedens, ornatus ſeu vtilitatis gratia ſecundum quandam fictionem mutatus. Dicendi nanque varietas orationem non ſolùm venuſtiorem, ſed etiam ſtylum grauiorem efficit. Vtilis autem eſt, quòd rerum qualitatem ac vim extollit, incenditque.

Inter ſchemata autem πλεονασμὸν nonnunquam metri cauſa vtitur, vt in hoc,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα id eſt,

Auri autem appendens Vlyſſes decem tota talenta.

Vox enim πάντα nihil ad ſenſum faciens, adiicitur. Eſt etiam quando ornatus cauſa fit, vt,

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. id eſt,

Certè omnino mortuus eſt Menœtij ſtrenuus filius

Vox nanque μάλα Attica conſuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus vocibus ſignificatum refert: quæ figura περίφρασις appellatur, vt quum dicit υἷας Ἀχαιῶν pro Ἀχαιούς, filios Græcorum pro Græcos, & βίην Ἡρακληείην, pro Ἡρακλέα, (vim Herculeam pro Herculem.)

Talia verò per mutationem figuratè dicit, dum conſuetam ſtructuram inuertit: & dictionem in medio interponit: quæ figura ὑπερβατὸν vocatur, vt in hoc,

Αἱματόεις ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς.

pro eo quod eſt, λέων ταῦρον κατεδηδώς, ac dictionem quidem ſic tranſponit per ὑπερβατόν. Aliquando verò totam orationem: vt in hoc,

Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo nanque orationis eſt. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Eiuſdem ſpeciei figura eſt quæ παρεμβολὴ vocatur, & fit quando extrinſecus quædam nihil ad inſtitutum pertinentia interſeruntur: quæ etſi quis eximat, tamen conſtructioni nihil decedit, vt eſt illud.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν
Οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε id eſt,

Iuro per hoc ſceptrum, quod nec folia vlla nec vllos
Ramos producet poſtquam trunco illud ademptum:
Nam librum illius ferrum circum vndique raſit.

& cætera quæcunque de ſceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert.

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν id eſt,

Certe olim caput Peliden turba Pelaſga.

Eſt autem apud eum & παλιλλογία, hoc eſt, repetitio alicuius partis orationis, aut plurium vocum quæ repetuntur: quæ figura etiam ἀναδίπλωσις appellatur, quale eſt,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ id eſt,
Hunc aduerſus eo, quamuis ſit flammea dextra.
Flammea dextra licet, vis ignea denique ferri.

Aliquando verò interſeruntur alia quædam & eadem rurſus repetuntur: vt in hoc,

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας.
Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, id eſt,
Ille quidem Æthiopas adijt, procul inde colentes,
Æthiopas reliquis diuiſos partibus orbis.

Hac autem figura non ſolùm dicentis affectum declarat, ſed etiam auditorem mouet.

Eiuſdem generis eſt & ἐπαναφορά, quum ab initio plurium membrorum eadem particula reperitur, cuius exemplum apud poetam hoc eſt,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. id eſt,
Nireus tres Syma naues adduxit & ipſe,
Nireus Aglaia Charopoque potente creatus,
Nireus quo Troiam venit non pulchrior alter.

Eſtque ſimiliter & hæc figura affectui mouendo & ſuauiloquentiæ perquam familiaris.

Eſt præterea apud eum & ἐπάνοδος, quæ fit quando duas res & nomina proponens aliquis, ſenſu nondum finito, ad vtrunque nominum redit, ac ſententiæ defectum complet: vt in illo,

Ἄρης τε βροτολοιγός, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος.
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα. id eſt,
Mars homicida, dea & contentio litigioſa,
Hæc etiam turbas ciet, ac hoſtilia multa.
Mars autem manibus prægrandem concutit haſtam.

Officium autem ſchematis iſtius eſt orationem variegatam & perſpicuam reddere.

Ad hæc, ſchema apud illum eſt ὁμοιοτέλευτον, in quo membra in voces ſono ſimiles deſinunt, eaſdem in fine ſyllabas habentia, vt eſt,

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Et in illo,

Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι. οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ ſimiliter declinantur, periodi ſeu membra deſinunt, idque in eodem caſu fit, ὁμοιόπτωτον propriè nuncupatur, quale eſt,

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων.
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Prædicta autem & his ſimilia, multum gratiæ & voluptatis addunt orationi. Cæterùm ſpecimen induſtriæ ſeu circa compoſitionem dedit, quòd ſæpenumero duabus etiam figuris in iiſdem verſibus eſt vſus, nimirum τῇ ἐπαναφορᾷ, & τῷ ὁμοιοτελεύτῳ, vt in illo,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud ſchema continetur quod πάρισον appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter ſe voces habentibus. Huius verò Homerum primum autorem eſſe conſtat, qui dixit,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
Μνωσθμὸν μὲν ἀπορρῖψαι φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Quòd verò & hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obſcurum eſt.

Porrò eandem gratiam & παρονομασία habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei ſimile ſtatim modico ſpatio interſecto ſubiungitur, quale eſt hoc,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόεργος.

Et illud,

Τῶν ἦ τοι Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Cæterùm prædicta aut per pleonaſmum, aut per alium quempiam ſchematiſmum, figuratè dicuntur: alia verò per vocabuli defectum, quorum è numero & ea figura eſt quæ ἔλλειψις appellatur, quando etiam omiſſa aliqua voce ſenſus ex prædictis patet. quale eſt,

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλαπάξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημί.

Deeſt enim ἀλαπάξαι, (i. vaſtaſſe) ſed ex prædictis intelligitur. Illud quoque per ἔλλειψιν (id eſt defectum) dicitur.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Deeſt enim verbum ἐστὶ Item hoc,

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο. Deeſt enim verbum πάρεστι, vel συμβέβηκεν, aut aliquod huiuſmodi.

Tale eſt etiam ἀσύνδετον, quum eximuntur σύνδεσμοι (id eſt coniunctiones) orationem coniungentes, quod non ſolùm celeritatis gratia fit, ſed & emphaſis affectu plenæ. quale eſt iſtud,

Ἤιομεν ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμά, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ.
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

In his enim & coniunctio exempta eſt, dum is qui loquitur, celerrimum enunciationis modum quærit.

Eſt inter ſchemata id quoque quod Ἀσύντακτον appellatur, ſiue ἀλλοίωσις: quum conſueta ſtructura fit ἀλλοία, id eſt diuerſa, redditúrque varia: vt ornatum aut venuſtatem orationi afferat, dum conſueta quidem ſtructura non videtur eſſe ἀκόλουθος, id eſt inconſequens, ſed relatio ad peculiare quidpiam habet ἀκολουθίαν, id eſt conſequentiam. Contingit autem multifariam, quum nominum genera permutantur, quale eſt κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτή. Et θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Veteribus nanque familiare fuit, maſculinis pro fœmininis etiam vti, tanquam præſtantioribus & vehementioribus. Nec tamen immodicè, nec citra certam rationem hoc fecerunt: ſed quum epitheto vtendum fuit, quod eſt extra corpus cuius mentio fiebat. Illa nanque circa corpus verſantur. ὁ μέγας, & ἡ μεγάλη, id eſt magnus & magna. Item ὁ καλός, & ἡ καλή, id eſt pulcher & pulchra, & huiuſmodi. Extra corpus autem, vt ἔνδοξος, id eſt, glorioſus, & εὐτυχής, id eſt fortunatus. Quinetiam propter compoſitionem vtrunque genus admittunt. Generaliter enim omnia compoſita vtrique generis communia ſunt Præterea quum verbum maſculino & fœminino nomini commune ſubiungitur, aut participium, maſculinum præualet: vt in hoc,

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Quædam etiam ſunt quæ præter dialectorum proprietatem aut morem tum receptum, aliter ab eo dicuntur. quale eſt,

-Ἐκ δέ τι κεῖνος αὐτὸς Μακρᾶς.

Sæpenumero autem & metri cauſa genera commutat, vt in hoc,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

Quum enim nomen τέκνον neutrius ſit generis, ei ſubiunxit maſculinum φίλε, vocem nimirum ad perſonam referens. Simile eſt & illud quod à Dione ad Venerem dicitur,

Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

Eandem quoque rationem habet & illud,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
Σκῆπτρον ἔχων.

Participium nanque ἔχων (id eſt tenens) non ad ψυχὴ ſed ad genus corporis, hoc eſt ad ipſum Tireſiam accommodauit. Plerunque enim non ad dictionem, ſed ad id quod ſignificatur, reſpicit vt in hoc,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες
Ἐλπόμενοι παρὰ νηυσὶν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Illud enim ἐλπόμενοι non cum φάλαγγες eſt conſtruendum, ſed cum (ſubaudito) ἄνδρες, ex quibus illæ conſtant.

Præterea & ſecundum aliam rationem genera permutat: vt quum dicit,

-νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη. τὸ μὲν οὔποτε ἐρωεῖ.

Quum enim νεφέλη & νέφος eiuſdem ſignificationis ſint, & ante vſus eſſet nomine νεφέλη, articulum τὸ neutrius generis intulit, vt quo νέφος ſubintelligeretur. Huic autem ſpeciei ſimiles quoque hi ſunt verſus,

Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,
Χηνῶν ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι.

Etenim quum generale auium nomen in neutro genere præmiſiſſet (τὰ πετεινά) ac deinde illarum ſpecies in maſculino ſubiunxiſſet, rurſus neutraliter infert, κλαγγηδὸν προκαθιζόντων: reddens videlicet id quod generali auium nomini conuenit.

Non ſolum autem genus, ſed & numerum poeta ſæpe commutat: veluti quum dicit,

ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Prępoſito enim ſingulari, pluralem ſubiunxit, dum videlicet ſenſum magis quàm vocem reſpicit. nanque (πληθὺς id eſt multitudo) appellatione quidem ſingularis numeri eſt, multos autem in ſe complectitur.

Porrò ſimile eſt à contrario, quando plurali præpoſito ſingularis ſubiungitur: vt in hoc,

-οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέτεται.

Dictio enim πᾶς voce quidem ſingularis eſt, ſed dum ad multitudinem refertur, idem pollet, quod πάντες.

Eandem ſchematis formam & illud habet,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον, τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.

Pylii nanque intelliguntur.

Fit apud eum & caſuum mutatio, vt quum nominatiuus & vocatiuus in talibus commutantur,

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι &,
νεφεληγερέτα Ζεύς. &,
Δὶς φίλος, οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.

Genitiuus autem & datiuus in huiuſmodi commutantur.

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς pro τῶν Τρώων,

Et viciſſim, Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπέος γλαφυροῖο, pro περὶ σπεῖ.

Atque mutationis iſtius cauſa eſt, quòd nominatiuus, accuſatiuus & vocatiuus quandam inter ſe cognationem habere videantur, præſertim quum nomina neutrius generis, & pleraque maſculina ac fœminina, tres iſtos caſus ſimiles habeant. Similitar autem & genitiuus cum datiuo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit vt & Homerus caſus haud immeritò præter conſuetudinem mutet. Nonnunquam verò rationes quoque iſtius mutationis inuenire quis poſſit: vt in hoc,

ἐπισσύμενοι πεδίοιο & in hoc, διέπρησσον πεδίοιο, quod perinde eſt atque ἐπέραν διὰ τοῦ πεδίου.

Bellè autem & caſuum permutatio apud illum ſe habet in vtriuſque poematis exordio, in quibus præpoſito accuſatiuo nominatiuum intulit dicens.

Μῆνιν ἄειδε θεά, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

Item:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη.

Eſt etiam quando genitiuo rectum infert: vt in hoc,

Τῶν οἱ νῦν βροτοί εἰσι.

Multa & alio modo figuratè dicit quale eſt hoc,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Huic ſimile eſt & illud,

ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, ῥίμφά ἑ γοῦνα φέρει.

Et hoc quidem ſecundum veterem conſuetudinem extulit, idque non ſine ratione. Si quis enim participia in verba diſſoluat, conſequentiam orationis deprehendet. Siquidem ἀστράπτων idem valet quòd ἤστραπτε, & πεποιθὼς idem quod πέποιθε. His & illa ſunt affinia,

Οἳ δὲ δύω σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Item,
Τὼ δὲ διακρινθέντε ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν
Ἤϊ' ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε

Non enim ratione caret ſi quis de duobus aliquibus dicturus, nominatiuum caſum præponat, & eo quod ipſorum vtique commune eſt, obſeruato, commune orationis genus efficiat. Id autem quod in oratione commune eſt, multum gratiæ illi afferre, nemini obſcurum eſt. Denique eſt & vbi caſu communi præpoſito, ſermonem de vno infert: vt in hoc,

Ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

Nominum autem ſpecies immutat, dum ſæpenumero comparatiuum pro abſoluto, tanquam per hyperbolen, vſurpat, vt σαώτερος ὥς κε νέηαι.

Nonnunquam verò ſuperlatiuum itidem pro poſitiuo: ſicuti hoc, δικαιότατος Κενταύρων. Talis in nominibus quidem mutatio eſt.

In verbis autem fit mutatio: modorum quidem, veluti quum infinitiuus pro imperatiuo ſumptus fuerit: vt,

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου

Aut indicatiuus pro optatiuo: vt,

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω, pro μυθησαίμην & ὀνομήναιμι.

Et viciſſim optatiuus pro indicatiuo: vt,

Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, pro ἀπώλετο.

Temporum autem mutatio fit, quum præſens pro futuro poſitum fuerit: vt in hoc,

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, pro ἐπελεύσεται. Aut pro præterito: vt,

Ἔνθ' ἐνὶ πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ
Καλὸν ὑπεκπρορέει pro ἔρρεε.

Aut futurum pro præſenti: vt,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος,

Aut pro præterito, Δείδω μὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ, pro εἶπε.

Quinetiam diatheſes (verborum) ſæpius mutantur, & paſſiua aut media pro actiuis ponuntur: veluti,

Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, pro εἷλκε. Item,
Καθεζόμενος Αἴας, pro ὁρῶν.

Viciſſimque actiuum pro paſſiuo vſurpatur: vt,

Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον pro δωρήσομαι.

Eſt etiam cernere quomodo numeros immutans, pluralem pro ſingulari ponat, velut in familiari ſermone, quum quis de ſeipſo loquitur: veluti,

Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν pro ἐμοί.

Fit autem apud illum & perſonarum mutatio, idque vno quidem modo, ſic,

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ
Σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

Multi namque quum dij eſſent, (inter quos & ea perſona erat quę loquebatur) bellè vtrunque extulit, & ἐπιπείθονται & δεδμήμεσθα.

Alio autem modo, quum miſſa facta ea perſona de qua verbi faciebat, ab altera ad alteram tranſit, id quod ἀποστροφὴ propriè nominatur, atque per mimeſin auditorem mouet & ducit, cuiuſmodi hoc eſt.

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας,
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.
Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω. id eſt,

Hector voce iubet clara Teucros agitare ad
Naues, exuuiáſque ſinant vt quiſque cruentas.
Quam verò ratibus cernam procul ire relictis.

A narratione nanque tranſitum fecit ad mimeſin.

In ipſa verò etiam narratione, τῇ ἀποστροφῇ ſæpe vtitur: vt,

Ἀμφὶς Πηλέος υἱὲ μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί.

Verùm & per mimeſin, mutatione perſonarum vtitur: ſicuti in illo,

Ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε
Νηπιάχοις, οἷς οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα.
Ἀτρείδη, σὺ δ' ἔθ' ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν,
Ἄρχευ' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας, id eſt,

Reuera pueris par eſt hæc concio veſtra,
Inſipidis quibus haud curæ ſunt bellica facta,
Aſt Atrida prius veluti conſultus eras, nunc
Præcipe Graiugenis quo pacto pugna ineunda.

Eſt & alia ἀποστροφῆς ſpecies huiuſmodi,

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Ponitur enim pro οὐκ ἄν τις γνοίη. Et rurſum.

ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Θεσπεσίη, τότ' ἂν οὔτοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Participiis quoque loco verborum vtitur: vt in hoc,

ἐνὶ κήπῳ Καρπῷ βεβριθυῖα, pro βρίθεται. Hoc item,
Ἔνθ' οἵ γ' εἰσέλασαν πρὶν εἰδότες, pro πρὶν εἰδέναι.

Articulos quoque ſæpe commutat, pro poſtpoſitiuis præpoſitiuos vſurpans: veluti,

Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη. Item,
Θώρηχ' ὃν οἱ ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος. quod viceuerſa etiam accidit.

Præpoſitiones quoque ad hunc modum commutare ſolet: vt,

Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, pro ἐπὶ δαῖτα. Item,
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

Similiter & præpoſitioni caſum nominis non proprium infert, vt in iſto, Μήπως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, pro διὰ νυκτός.

Nonnunquam verò præpoſitiones aufert: vt,

Τῆς ὅ γε κεῖτ' ἀχέων, pro περὶ ἧς. Item,
ποτιδέγμενος ἔ τι μιν εἴπῃ pro προσείπῃ.

Ad hunc modum & alias præpoſitiones partim commutat, partim tollit.

Aduerbia etiam quædam mutat, dum iis quę ad locũ ſignificant, in loco & de loco, indifferenter vtitur: vt,

Ἵωνοὶ δ' ἑτέρωσε κάθιζον pro ἑτέρωθι. Item,
Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, pro ἐγγύς.

Coniunctionum etiam mutatio apud illum extat: quale eſt,

Ἐν δ' ἄρ' ἔπειτ' ἔμικτο. χόλον δ' ἀλέεινε γυναικὸς, pro χόλον γὰρ ἀλέεινε γυναικός.

Atque hæc quidem dictionis ſchemata ſunt, quibus non ſolùm poetæ, verùm etiam orationis ſolutæ ſcriptores vſi ſunt.

Cæterùm & ſchematum ſententiæ ſpecies multæ apud illum ſunt. qualis eſt & προαναφώνησις, quæ fit quando aliquis inter narrandum, id prædicit quod in aliis dicendi locum habet: ſicut in hoc,

Ἦ τοι οἱ σφοῦ γε πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν.

Item ἐπιφώνησις. quale eſt, ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Eſt & προσωποποιΐα apud eum frequens & varia. multas enim & diuerſas perſonas colloquentes introducit, quibus & omnis generis mores attribuit: perſonas verò etiam quæ non ſunt, interdum fingit: vt,

Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.

Eſt autẽ (apud eum) & διατύπωσις, accurata tractatio rerum aut factarum, aut quę fiunt, aut futurarum: vt id quod dicitur, euidentius reddat. veluti hic,

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.

Τέκνα δὲ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
id eſt,

Sternunt Marte viros, vrbem depaſcitur ignis:
Aſt alij abducunt prolem cum matribus omnem.

Aut ad mouendam miſericordiam,

Αὐσμορον ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πολλ' ἐπιδόντα,
Υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκυσθείσας τε θύγατρας,
Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν. Hoc eſt,

Me miſerum, extrema cui triſtia fata ſenecta
Iuppiter immittet, quem cernere tanta coegit
Totque mala: occiſos natos, raptáſque puellas,
Pollutos thalamos, alliſos denique terræ
Infantes, ardente feri certamine Martis:
Atque nurus ipſas abductas hoſte Pelaſgo.

Eſt & εἰρωνεία, apud eum, ſermo per contrarium (cum quadam morali ſimulatione) contrarium declarans. quale eſt hoc Achillis.

Ἀλλ' Ὀδυσεῦ, σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισιν βασιλεῦσι
Φραζέσθω νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ. Hoc item,
-ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω
Ὅς τις οἷ τ' ἐπέοικε καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν. id eſt.

Sed Laertiade, tecum conſulet, & omni
Concilio regum, quo pellat nauibus ignem. Item.
alium legat inter Achiuos
Ipſum qui deceat, regno qui dignior illo.

Declarat enim eum haud facilè alium regno digniorem inuenturum. Atque hic quidem modus eſt, quando aliquis ſe extenuat. vt contrariam, ſui exiſtimationem præbeat. Alius autem, quando quis ſe quempiam maximè laudare ſimulat, quum reuera vituperet. Atque hoc eſt quod apud Homerum à Telemacho dicitur,

Ἀντίνο', ἦ μευ καλά, πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος.

Inimico nanque dicit. Tanquam pater filium, ſic me curas. Et rurſus, quando quis irridendi gratia alterum extollit, vt proci.

Ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει.
Ἤ τινας ἄξει ἀμύντορας ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος,
Ἤ νύ κε ἐκ Σπάρτηθεν ἐπεὶ νύ περ ἵεται αἰνῶς.

id eſt.

Telemachus cædem haud dubiè nobis meditatur,
Auxilium ex Sparta cogens, Pyliſque difertis.
Multum nanque ſibi tribuit ſumitque adoleſcens.

Eſt & σαρκασμὸς, quædam τῆς εἰρωνείας ſpecies, quando quis per contrarium alicui conuitians, riſum ſimulat, quemadmodum Achilles.

Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν
Εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων
Τερπέσθω. id eſt.

Salua manent iſtis ſua dona, ſed vnus Achilles
Munere priuatur, licet illi grata ſit vxor
Atridæ, cum qua cumbens ſe oblectet amanter.

His ἀλληγορία haud diſſimilis eſt, quæ aliud per aliud exhibet, quale eſt iſtud.

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ Μελάνθιε νύκτα φυλάξεις,
Εὐνῇ ἔνι μαλακῇ καταλέγμενος, ὥς σε ἔοικεν.

id eſt,

Atra noctis eris cuſtos, vigil atque, Melanthi,
In tenero ſtrato cubitans, ceu maximus heros.

Vinctum nanque & ſuſpenſum, in cubili delicato ſomnum capere dicit.

Vſus eſt ſæpenumero, & τῇ ὑπερβολῇ, quæ veritatem ſuperans, multum vehementiæ oſtendit. vt,

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι,

id eſt,

Hi candore niuem ſuperant, curſuque Aquilonem.

Huiuſmodi tropis & figuris Homerus ita vſus eſt & ad poſteros vſum eundem tranſmiſit, vt ob hæc ingentem gloriam ab omnibus meritò reportet.

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΛΕΞΕΩΝ,
ἐκ τῶν τοῦ γραμματικοῦ.
Τρύφωνος.

Τὰ τῶν λέξεων πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται, ποσόν τε καὶ ποιόν. καὶ τοῦ μὲν ποσοῦ εἴδη, Ἔνδεια καὶ Πλεονασμός. τοῦ δὲ ποιοῦ, Μετάθεσις καὶ Μετάληψις. ἀμφοτέρων δὲ ὁμοῦ συνελθόντων, Τμῆσις γίνεται, ἔστι δὲ (ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν) πάθη πέντε, Πλεονασμὸς, Ἔνδεια, Μετάθεσις, Μετάληψις, Τμῆσις.

De paſsionibus dictionum, ex Thrypbone grammatico.

Dictionum paſſiones in duo generaliſſima diuiduntur. (videlicet) in quantitatem & qualitatem. Quantitatis quidem ſunt ſpecies, & Endεια & Pleonaſmus: ſed Qualitatis, Metatheſis & Metalepſis. Quum autem ambo in vnum conuenerunt, Sectio fit. Sunt verò (vt ſummatim dicam) paſſiones quinque, Pleonaſmus. Endεια, Metatheſis, Metalepſis & Tmeſis.

Πλεονασμός.

Πλεονασμός, id eſt Redundantia eſt πλεονότης χρόνων ἢ χρόνου, στοιχείων ἢ στοιχείου, id eſt, ſuperfluitas temporum vel temporis, elementorum vel elementi, vt κώρη pro κόρη, & κάλλος pro καλός.

Ἔνδεια.

Ἔνδεια, (id eſt Defectus) eſt contrà χρόνου ἢ χρόνων, στοιχείου ἢ στοιχείων ἐλάττωσις, id eſt temporis vel temporum, elementi vel elementorum defectus, vt εἴδωλον pro εἴδωλον, & σκῆπτον pro σκῆπτρον.

Μετάθεσις.

Μετάθεσις (id eſt tranſpoſitio) eſt στοιχείου μετακίνησις ἐκ τῆς ἰδίας τάξεως ἐφ' ἑτέραν, id eſt, elementi dimotio à propria ſede in aliam, vt δαρτὰ, pro δρατὰ & κραδίη, pro καρδία, & κάρτος pro κράτος. Vocatur autem & Ἐνάλλαξις & Ὑπέρθεσις, Permutatio & Tranſpoſitio.

Μετάληψις.

Μετάληψις (id eſt Tranſſumptio) eſt στοιχείου μετακίνησις, id eſt elementi mutatio, vt ἠπεδανὸς pro ἀπεδανός & αἱμηπότης pro αἱμοπότης.

Τμῆσις.

Τμῆσις (id eſt Sectio) eſt συνθέτου λόγου ἀνάλυσις εἰς δύο λέξεις, id eſt, compoſiti vocabuli reſolutio in duas dictiones. Vt ἄκρα πόλις pro ἀκρόπολις.

Τούτων δὲ τῶν πέντε παθῶν τὰ μὲν εἰς εἴδη τέμνεται, ὅ, τε Πλεονασμὸς, καὶ ἡ Ἔνδεια, τὰ δὲ λοιπὰ εἰσὶν ἄτμητα. Τοῦ δὲ πλεονασμοῦ εἴδη εἰσὶν ἐννέα, Πρόσθεσις, Αναδίπλωσις, Ἔκτασις, Ἐπέκτασις. Διαίρεσις, Παρένθεσις, Διπλασιασμὸς, Παρέμπτωσις, καὶ Προσχηματισμός. Τῆς δὲ ἐνδείας εἴδη εἰσὶν ἐννέα, Ἀφαίρεσις, Ἄρσις, Συστολὴ, Συγκοπή. Συναλοιφὴ, Ἔλλειψις, Παρέλλειψις, Ἔκθλιψις, καὶ ἀποκοπή. Ἀντίκειται οὖν Πρόσθεσις μὲν Ἀφαιρέσει, Ἀναδίπλωσις δὲ Ἄρσει. Ἔκτασις Συστολῇ. Ἐπέκτασις Συγκοπῇ. Διαίρεσις Συναλοιφῇ, Παρένθεσις Ἐλλείψει, Διπλασιασμὸς Παρελλείψει, Παρέμπτωσις Ἐκθλίψει, Προσχηματισμὸς Ἀποκοπῇ.

Harum autem quinque paſſionum aliquæ in ſpecies ſecantur, vt Pleonaſmus & Endia, id eſt Redundantia & Defectus: aliquæ verò ſunt inſecabiles. Sed Pleonaſmi ſpecies ſunt nouem, Addito, Reduplicatio, Extenſio, Superextenſio, Diuiſio, Interpoſitio, Duplicatio, Paremptoſis & Proſchematiſmus. Endiæ autem, id eſt Defectus, ſpecies ſunt nouem, Detractio, Alatio, Correptio, Conciſio, Synalœphe, Ellipſis, Parellipſis, Eliſio, & Abſciſſio. Aduerſatur ergo Additio quidem Detractioni, Reduplicatio autem Ablationi, Extenſio Correptioni, Superextenſio Conciſioni, Diuiſio Synalœphæ, Interpoſitio Ellipſi, Geminatio Parellipſi, paremptoſis Eliſioni, Proſche-

quidem detractioni, Reduplicatio autem Ablationi, Extenſio Correptioni, Superextenſio Conciſioni, Diuiſio Synalœphæ, Interpoſitio Ellipſi, Geminatio Parellipſi, Paremptoſis Eliſioni, Proſchematiſmus Abſciſſioni.

Πρόσθεσις.

Πρόσθεσις, (i. Additio), eſt προσθήκη στοιχείου κατ' ἀρχὴν τῆς συλλαβῆς: id eſt, adiunctio elementi in principio ſyllabæ, vt ἀσταφὶς pro σταφὶς, ἄσταχυς pro στάχυς, θαμὰ pro ἅμα.

Αναδίπλωσις.

Αναδίπλωσις (i. reduplicatio) eſt ἡ τῶν πρώτων ἢ δευτέρων συλλαβῶν διὰ τῶν αὐτῶν συμφώνων ἢ ἀντιστοίχων ἐπάλληλος ἐκφορά. i. primarum vel ſecundarum ſyllabarũ per eaſdem conſonantes, vel ἀντιστοίχους, repetita prolatio. Fit autem in verbis & participiis & nominibus: eſtque frequens apud Ionas & Æoles, vt κεκάμωσι pro κάμωσι, λελάχωσι pro λάχωσι, ἀταρτηρὸς pro ἀτηρὸς, ἐτήτυμον pro ἔτυμον.

Εκτασις.

Εκτασις, (i. extenſio, ſiue Productio) eſt ὅταν τὰ συστελλόμενα δίχρονα ἐκταθῇ, ἢ τὰ βραχέα εἰς τὰ μακρὰ ἀντίστοιχα αὐτῶν μετατεθῇ, id eſt, quando literæ correptæ bitemporeæ extenduntur, ſiue producuntur, vel breues in longas earum ἀντιστοίχους mutantur: vt καλλος pro καλὸς κούρη pro κόρη.

Επέκτασις.

Επέκτασις, (i. Superextenſio ſiue Superproductio) eſt πλεονασμὸς συλλαβῆς κατὰ μέσον ὁμοτόνου, ὅταν μὴ γενικὸν παρατήρημα κωλύσῃ. i. redũdantia ſyllabæ in medio quę eiuſdem eſt accentus, quum generalis obſeruatio id (fieri) non prohibet, vt ευτείχεον pro εὔτειχον, & ἀδελφειὸς pro ἀδελφὸς, πολεμήϊα pro πολέμια.

Διαίρεσις.

Διαίρεσις, (i. diuiſio) eſt συλλαβῆς ἀνάλυσις ἢ διάστασις εἰς δύο. id eſt ſyllabæ reſolutio vel diſiunctio in duo. Sed hæc paſſio Ionum & Theſſalorum propria eſt, vt παῖς pro πῆς & κοΐλον pro κοῖλον & βέλεος pro βέλους.

Παρένθεσις.

Παρένθεσις, (i. Interpoſitio) eſt προσθήκη φωνήεντος κατὰ μέσον οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. additio vocalis in medio non facientis ſyllabam, vt πνείοντες pro πνέοντες. κεινὴ pro κενὴ νοῦσος pro νόσος, ξεῖνος pro ξένος, εἰληλουθὼς pro ἐληλυθώς. Porrò hæc paſſio Ionum eſt.

Διπλασιασμός.

Διπλασιασμὸς. (i. Duplicatio vel geminatio) eſt τοῦ αὐτοῦ συμφώνου προσθήκη κατὰ μέσον οὐκ ἀποτελοῦντος συλλαβήν: i. eiuſdem conſonantis additio in medio, non efficientis ſyllabã vt ὅττι pro ὅτι, ἄδδην pro ἄδην, μέσσον pro μέσον ἔννεπε pro ἔνεπε, ὁππότε, pro ὁπότε. Et hæc quoque paſſio Ionum eſt.

Παρέμπτωσις.

Παρέμπτωσις, (id eſt intercidentia) eſt προσθήκη συμφώνων κατὰ μέσον, οὐκ ἀποτελούντων συλλαβήν. i. additio conſonantium in medio non efficientium ſyllabam, vt πτόλις pro πόλις & πτόλεμος pro πόλεμος.

Προσχηματισμός.

Προσχηματισμὸς eſt προσθήκη συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος, id eſt, additio ſyllabæ in fine, quæ quatuor dialectorum eſt propria, vt λόγοισι pro λόγοις, μούσαισι pro μούσαις, προσώπατα pro πρόσωπα, ἐγὼν pro ἐγώ. Porrò dicendum quoque de ἐνδείᾳ.

Ενδεια.

Ενδεια, (i. Defectus) eſt ἀφαίρεσις κατ' ἀρχὴν στοιχείου. i. ablatio elemẽti ab initio, vt ὀρτὴ pro ἑορτή, αἶα pro γαῖα, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Sed hæc paſſio Ionum eſt.

Αρσις.

Αρσις (i. Ablatio) eſt ἀποβολὴ κατ' ἀρχὴν τῆς ἀναδεδιπλωμένης συλλαβῆς i. abiectio geminatæ ſyllabæ à principio, vt βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, δέχθαι pro δεδέχθαι, βλήμενος pro βεβλημένος.

Συστολή.

Συστολὴ (i. Contractio ſeu Correptio) eſt quando τὰ ἐκτεινόμενα δίχρονα συσταλῇ. ἢ τὰ μακρὰ εἰς τὰ βραχέα ἀντίστοιχα αὐτῶν μετατεθῇ, i. quãdo productæ bitemporeæ corripiuntur: vel longæ, in breues earum ἀντιστοίχους commutantur, vt φυσίζοος pro φυσίζωος, ξερὸν pro ξηρόν.

Συγκοπή.

Συγκοπὴ, (i. Conciſio) eſt ἀποβολὴ συλλαβῆς κατὰ τὸ μέσον. i. abiectio ſyllabæ in medio: vt Κάμμορος pro κακόμορος, δάσκιον pro δασύσκιον.

Συναλοιφή.

Συναλοιφὴ, eſt δύο συλλαβῶν κατὰ φωνήεντος ἕνωσις, καταβολῇ τόνων. i. duarum ſyllabarum in vocalem vnio, deiectione tonorum. Fit autem Synalœphe per modos ſeptem: ſimplices quidem tres, per θλῖψιν, per κρᾶσιν, per συναίρεσιν: compoſitos autem, quatuor, per θλῖψιν & κρᾶσιν, per θλῖψιν & συναίρεσιν. per κρᾶσιν & συναίρεσιν per θλῖψιν & κρᾶσιν & συναίρεσιν. Per θλῖψιν igitur vt ἐπ' ἐμὲ pro ἐπὶ ἐμέ. Per κρᾶσιν, vt τἆμα pro τὰ ἐμά. Per συναίρεσιν, vt Νηρῆδες pro Νηρηΐδες. Per θλῖψιν & κρᾶσιν, vt κἀγὼ pro καὶ ἐγώ. Per θλῖψιν & συναίρεσιν, vt ἐμοὐποδύει pro ἐμοὶ ὑποδύει. Per κρᾶσιν & συναίρεσιν, vt ὡπόλος pro ὁ αἰπόλος. Denique per θλῖψιν & κρᾶσιν & συναίρεσιν, vt ἐν τᾀθιοπίᾳ pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ.

Ελλειψις.

Ελλειψις (i. Defectus) eſt ἀποβολὴ φωνήεντος κατὰ μέσον, οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. abiectio vocalis in medio, non facientis ſyllabam, vt ἀμῦξαι pro ἀμύξαι, & γερὸν pro γεραιόν.

Παρέλλειψις.

Παρέλλειψις, (i. Prætermiſſio) eſt ὅταν ἕν τι τῶν διπλασιαζομένων συμφώνων παραλείπεται. i. quando vna aliqua geminatarum conſonantium omittitur. vt κάλιον pro κάλλιον, & θᾶτον pro θᾶττον.

Εκθλιψις.

Εκθλιψις, (i. Eliſio) eſt ἀποβολὴ ἑνὸς συμφώνου ἐκ τῆς πρώτης καὶ τελευταίας συλλαβῆς, οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. abiectio vnius conſonantis inter primam & vltimam ſyllabam non facientis ſyllabam. vt σκῆπτον pro σκῆπτρον.

Αποκοπή.

Αποκοπὴ, (i. Abſciſſio) eſt ἀφαίρεσις συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος. i. ablatio ſyllabæ in fine, vt δῶ pro δῶμα, Ἀπόλλω pro Απόλλωνα, Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα.

ΣΥΝΑ-

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΙΑΦΟΡΟΝ ΣΗ-
μασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων, κατὰ στοιχεῖον. id eſt,

COLLECTIO VOCVM QVÆ PRO DIVERSA
ſignificatione, accentum diuerſum accipiunt.

Inuenitur & hæc inſcriptio Græca, cuius eadem eſt ſententia.

Οσαι λέξεις πρὸς διάφορον σημαινόμεναι, διάφορον δέχονται τόνον κατὰ στοιχεῖον.

Autor autem vulgo quidem Cyrillus eſſe creditur, ſed ego Philoponum eſſe arbitror, vel potius perſuaſum habeo.

ΑΓΕΛΑΙΟΣ, qui eſt è grege, penult. circumf.
Αγέλαιος, imperitus, rudis, indoctus, antepenac.
Αγητὸς τοῦ ὁ, admirabilis, acuitur.
Αγητος, γήτου, ὁ, Agetus, nomen proprium, antepenac.
Αγκυρα ἡ, anchora, antepenacuitur
Αγκύρα ἡ, vrbs Galatiæ, penac.
Αγνος, vitex, penac.
Α'γνός, purus, cum ſpiritu denſo, & acuto in fine.
Αγόραιος, in foro educatus, antepenac.
Αγοραῖος, ὁ, forenſis, penult. circunf.
Αγός, ἀγοῦ ὁ, dux, acuitu.
Αγος, τοῦ ἄγεος, τὸ, ſcelus, penult. acuta.
Αγριος, agreſtis, ferus, antepenac.
Αγρεῖος, ruſticus, ruri degens, penult. circunf.
Αγροικος, imperitus, rudis, antepenac.
Αγροῖκος, ruri degens, habitans agrum, pen. circunf.
Αγρονόμος, in agro paſcens, penac.
Αγρόνομος, in agro paſtus, antepenac.
Αγχιαλός, ἡ, vrbs Thraciæ, acuitur.
Αγχίαλος, ὁ, ἡ, maritimus. antepenac.
Αγχοῦ, aduerbium, propè, circunf.
Αγχου, imperatiui modi, ſuffoca, penac.
Αγων, τοῦ ἄγοντος, ὁ, agens, penac.
Αγών, τοῦ ἀγῶνος, ὁ, certamen acuitur.
Αδελφός, frater, vlt. acuta.
Α'δελφος, ὁ, nomen proprium, antepenac.
Αδολέσχης, ἀδολέσχου, ὁ, nugator, penac.
Αδολεσχής, έος, ὁ, καὶ ἡ, contemplatiuus, acuitur.
Α'δρά, craſſa, aſpiratur & acuitur.
Α'δρα, vrbs Illyrica, tenuatur & penac.
ᾄδω F. ᾄσω præ. ᾖκα canto, tenuatur.
ἅδω. F. ἅσω præ. ἧκα placeo. adſpiratur.
Α'ζόμενος, venerans, aſpiratur.
Αζόμενος, ſiccatus tenuatur.
Αθηναῖος, Athenienſis, penult. circunf.
Αθήναιος, Athenæus, nomen proprium, antepenac.
Αθροος, ου, ὁ, clamore carens, ſeu ſtrepitu, antepenac.
Αθρόος, ὁ, confertus, penac.
Αθῷος, ὁ, idemnis, penult. circunf.
Αθωος, ὁ, Iouis epitheton, antepenac.
Αἶθος, τὸ, calor penult. circunf.
Αιθός, ὁ, ardens, acuitur.
Αἶνος, gloria, penult. circunf.
Αἰνὸς, grauis acuitur.
Αἰνοτόκος, grauia pariens ſeu gignens, penac.
Αἰνότοκος, graui fato natus, antepenac.
Αἴολος, ὁ, Aeolus, rex ventorum, antepenac.
Αἰόλος, varius, penac.
Αἰπεῖα, alta, circunflexa penult.
Αἴπεια, nomen oppidi, antepenac.
Αἴρων, τοῦ αἴροντος, ὁ, tollens, tenuatur & penac.
Αἱρῶν, τοῦ αἱροῦντος, ὁ, accipiens, aſpiratur & circunf.
Ακεσής, medicus, acuitur.
Ακέσης, Aceſtes, & ſartor, penac.
Ακήλητος, inexorabilis, antepenac.
Ακηλητός, immaculatus, acuitur.

Ακίς, ίδος, ἡ cuſpis, acuitur.
Ακις, ἄκιδος, ὁ, Acis, fluuius, penac.
Ακρις, Ακριδος, ὁ, Acris oppidum, penac.
Ακρίς ἀκρίδος, ἡ, locuſta, acuitur.
Αλήθες, verè, aduerbium, antepenac.
Αληθές, verum, acuitur.
Αμητός, τοῦ ὁ, meſſis tempus, acuitur.
Αμητος, ἀμήτου, ὁ, meſſis fruges, antepenae.
Αμυγδαλῆ, arbor, circunf.
Αμυγδάλη, fructus, penac.
Α'μφις, τοῦ ἄμφιος, ὁ, Amphis, nomen proprium, pen ac.
Αμφίς, aduerbium, circa, acuitur.
Ανα, Rex, penac.
Α'νά, præp. per pen.
Αντικρύ, contra, è regione, acuitur.
Αντίκρυς, palàm, antepenult. acuta.
Α'περ, quæ, aſpiratur.
Α'περ, tanquam, cum tenui ſpiritu.
Απλοος, ἀπλόου ὁ, innauigabilis, antepenac.
Α'πλόος όου, ὁ, ſimplex, penac.
Απολλύω, per duplex λ. perdo.
Απολύω, per vnicum λ, dimitto.
Απτός, ἀπτοῦ, per ο, tangibilis, acuitur.
Απτώς, ἀπτῶτος, per ω, non cudens, acuitur.
Αρα, aduerb. an, vtrum, penult. circunf.
Αρα, completiua particula, penac.
Αρά τῆς ἀρᾶς, ἡ, imprecatio, acuitur.
Αραῖος, ſubditus maledictioni, penult. circunf.
Αραιός, tenuis, rarus, acuitur.
Αργος, ἄργου, ὁ, onus, penac.
Αργος, ἄργεος, τὸ, Argos, ciuitas Peloponneſi, penac.
Αργος, Αργου, ὁ, Argus, penac.
Αργος, Αργοῦ ὁ, albus aut velox, acuitur.
Αριστῶν τοῦ Αρίστωνος, ὁ, Ariſto, viri nomen, penac.
Αρίστων τοῦ ἀριστῶντος, ὁ, optima faciens, vltima circunf.
Αρνειος, agninus, antepenac,
Αρνειός, agnus nuper natus, acuitur.
Αρπαγή, rapina, acuitur.
Αρπάγη, hamus, penac.
Αρρητος, non dictus, arcanus, antepenac.
Αρρητός, odioſus, acuitur.
Αρτεμής ἀρτεμέος ὁ, integer, acuitur,
Αρτεμις, ἀρτέμιδος, ἡ. Diana, antepenac.
Αρτιτόκος ἡ, nuper enixa penac.
Αρτίτοκος ὁ, nuper natus, antepenac.
Αρτίτομος, nuper inciſus, antepenac.
Αρτιτόμος, qui nuper incidit, penac.
Αττα, aſpiratum, quæ, neutrius generis.
Αττα, tenuatum, quædam.
Αστήρ, ſtella, acuitur.
Αστηρ, Aſter vrbs, penac.
Ασφοδελός, locus apud inferos, acuitur.
Ασφόδελος, albucum, antepenult. acuta.
Αττα, aſpiratum, quæ.
Αττα, tenuatum, quædam.
Α'ττα, Homerus. Il. Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ λέγει ὁ Αχιλλεὺς πρὸς τὸν Φοίνικα. id eſt, Phœnix atta ſenior, inquit Achilles ad Phœnicem. Vox eſt qua minores honorant maiores.

Ἀπεχνῶς,aduerbium,omnino,circunfl.
Ἀτέχνως,aduerbium,ſine arte,penacuitur.
Ἄτρεπτος,ἀτρέπτου,ὁ,ἡ,immutabilis,antepenac.
Ἄτροπος,ἀτρόπου,ἡ,Atropus Parca,antepenac,
Αὔγη,Αὔγης,ἡ,Auge mulier,penacuitur.
Αὐγὴ,αὐγῆς,ἡ,ſplendor,aurora,acuitur.
Αὕτη ταύτης,ἡ,hæc penacuitur.
Αὐτὴ αὐτῆς,ἡ,ipſa:acuitur.
Ἀφετὴ,ἀφετῆς,ἡ,dimiſſio,acuitur.
Ἀφέτη ἀφέτης,ἡ,Aphete,inſula,penacuitur.
Ἄφρος,Ἄφρου,Apher,penacuitur.
Ἀφρὸς,ἀφροῦ,ὁ,ſpuma,acuitur.
Ἄχυρον ὕρου,τὸ,palea,antepenac.
Ἀχυρὼν ἀχυρῶνος,ὁ,ſtabulum palearum,acuitur.
Ἄορ,ἄορος,τὸ,enſis,penacuitur.
Ἄορ,ἄορος,ἡ,mulier penac.

B.

Βαιὸν,aduerbium,paulum,acuitur.
Βαῖον,βαΐου,τὸ,ramus,penult.circunfl.
Βαιὸς,βαιοῦ,ὁ,breuis,acuitur.
Βαῖος,βαΐου,ὁ Baius Vlyſſis ſocius,penult.circunfl.
Βασίλεια,βασιλείας,ἡ regina,antepenac.
Βασιλεία,βασιλείας,ἡ,regnum,penac.
Βάτος,βάτου,ὁ,cadus,penac.
Βάτος,ἡ,rubus,penac.
Βατὸς,vnico τ,peruius,acuitur.
Βάττος,gemino τ,Battus,penacuitur,
Βῆλος,βήλου,ὁ,Belus,penult.circunfl.
Βηλὸς,βηλοῦ,ἡ,limen,acuitur.
Βῆσα,vnico σ,Beſa vrbs,penac.
Βῆσσα,gemino σ,conuallis,penult.circunfl.
Βίος,βίου,ὁ,vita,victus,penult.acuta.
Βιὸς,βιοῦ,ὁ,arcus,acuitur.
Βίοτος,βιότου,ὁ,vita,antepenult.acuitur.
Βιωτὸς,βιωτοῦ,ὁ,viuendus,acuitur.
Βλῆχρον,ου,τὸ,herbæ ſpecies,penult.circunfl.
Βληχρὸν,βληχροῦ,τὸ,infirmum acuitur.
Βοῶν,ῶνος,ἡ,cuſtodia,apud Alexandrinos,acuitur.
Βοῶν,βοῶντος,ὁ,clamans,circunfl.
Βροτὸς βροτοῦ ὁ,mortalis,acuitur.
Βρότος,βρότου,ὁ,ſanies,penac.
Βρωτὸς,per ω,comeſtibilis,acuitur.
Βροῦχος,ου,ὁ,bruchus vermis,penult.circunfl.
Βρυχὸς,βρυχοῦ,ὁ præco,acuitur.
Βρύων,βρύοντος,ὁ,ſcaturiens,penac.
Βρυῶν βρυῶντος,ὁ,Cyrenes littus,circunfl.

Γ.

Γαλάτεια,per ει,Galatea Nereis,antepenac.
Γαλατία per ι,Gallia regio,penac.
Γαλήνη,γαλήνης,ἡ,tranquillitas maris,penac.
Γαληνὴ,γαληνῆς,ἡ,tranquilla,acuitur.
Γαυλὸς,γαυλοῦ,ὁ,ſitula,vas paſtorale,acuitur.
Γαῦλος,ου,ὁ,nauigium onerarium, penultima circunflectitur.
Γέλοιος,ridiculus,antepenac.
Γελοῖος,qui riſum mouet,penult.circunfl.
Γέλων,Γέλωνος,ὁ,Gelon viri nomen,penac.
Γελῶν,γελῶντος,ὁ,ridens,circunfl.
Γενετὴ γενετῆς ἡ,natiuitas,acuitur.
Γενέτη,γενέτης ἡ,ſtirps,penac.
Γεραιὸς γεραιοῦ,ὁ,ſenex acuitur.
Γεραῖος,γεραίου,ἡ,Geræus,gentile, penultima circumflectitur
Γῆρας,ſenectus.
Γηρασμὸς,ad ſenectutem profectio,antepenac.
Γλαύκη,γλαύκης ἡ,cæſia,penac.
Γλαυκὴ,γλαυκῆς,ἡ,Glauce mulier,acuitur.
Γλαῦκος,Γλαύκου,ὁ,glaucus,cæſius,penult.circunfl.
Γλαυκὸς,γλαυκοῦ,ὁ,Glaucus, viri & piſcis nomen acuitur.
Γῦρος,γύρου,ὁ,ambitus,gyrus,penult.circunfl.
Γυρὸς,γυροῦ,ὁ,rotundus,acuitur.

Δ.

Δάφνη,δάφνης,ἡ,laurus,penac.
Δαφνὴ,ῆς,ἡ,Daphne puella,acuitur.
Δείνη,ης,καὶ δεινὴ,δεινῆς,ἡ,ciſterna,acuitur.
Δεινὸς,δεινοῦ,ὁ,grauis,acuitur.
Δειρὴ,δειρῆς ἡ,collum anterius,acuitur.
Δείρη,δείρης,ἡ,ciuitas Æthiopiæ,penac.
Δεκαετὴς,decennis,de tempore,acuitur.
Δεκαέτης,decennis,de reliquis,penac.
Δελφὶς,καὶ δελφὶν,delphin,piſcis,acuitur.
Δελφὺς,per υ,vulua,venter,acuitur.
Δεξαμενὴ,δεξαμενῆς,ἡ,ciſterna,acuitur.
Δεξαμένη ης,ἡ,quæ accepit,penac.
Δεσπότης,per η,herus,dominus,penac.
Δέσποτις,per ι,domina,antepenac.
Δῆλος,δήλου,ὁ,manifeſtus,penult.circunfl.
Δῆλος,ου,ὁ Delus inſula,penult.circunfl.
Δῆμος τοῦ δήμου,ὁ,populus,tribus,penult.circunf.
Δημὸς,τοῦ δημοῦ,ὁ,pinguedo,acuitur.
Δημοσίᾳ,aduerbialiter,publicè,penac.
Δημόσια,τῶν δημοσίων,τὰ,res publicæ,antepenac.
Δηῶν,per η,populans,circunf.
Δίων,ωνος,ὁ,Dion vir,penac.
Δία,accuſatiuus,Iouem,penac.
Διὰ,præpoſitio,per,propter,acuitur.
Δίνη,δίνης,ἡ,vortex aquarum,penac.
Δῖνος,δίνου,ὁ,aeris turbo,penul.circunfl.
Δίνων,δίνωνος,ὁ,Dino vir,penac.
Δινῶν,δινοῦντος,ὁ,voluens,circunf.
Διογενὴς,έος,ὁ,nobilis,acuitur.
Διογένης,εος,ὁ,Diogenes vir,penac.
Δῖος,τοῦ δίου,ὁ,diuinus,penult.circunf.
Διὸς,genitiuus Iouis,acuitur.
Δοιὸς,τοῦ δοιοῦ,ὁ,per οι,duplex,geminus,vlt.acuta.
Διχοτόμος,in duo diuidens.
Διχότομος,in duo diuiſus.
Δόκος,τῆς δόκου,ἡ apparentia,opinio,penac.
Δοκὸς,τῆς δοκοῦ,ὁ,trabs,acuitur.
Δόλιος,δολίου,ὁ,doloſus,antepenac.
Δολίος,Δολίου,ὁ,Dolius vir,penac.
Δολίχη,τῆς δολίχης,ἡ,Doliche inſula,penac.
Δολιχὴ,τῆς δολιχῆς,ἡ,longa acuitur.
Δόλων,τοῦ δόλωνος,ὁ,Dolon vir,penac.
Δολῶν,τοῦ δολοῦντος,ὁ,decipiens circunfl.
Δρύμος,τοῦ δρύμου,ὁ,Drymus,vir,penac.
Δρυμὸς,οῦ,ἡ ſylua,condenſus,acuitur.
Δύω,dualiter,duo penac.
Δύω,verbaliter,ingredior,penac.

E.

Εἰδυῖα τῆς εἰδυίας,ἡ,Idyia mater Medeæ.pen.acuta.
Εἰδυῖα τῆς εἰδυίας,ἡ,quæ ſcit.pen.circunf.
Εἴκων,τοῦ εἴκοντος,ὁ,obediens penac.
Εἰκὼν,τῆς εἰκόνος,imago,ſimilitudo,acuitur.
Εἶπε,indicaui modi,dixit penul.circunfl.
Εἰπὲ,imperatiui modi,dic acuitur.
Εἰς,præpoſitio,in,accuſatiuo iunctum.
Εἷς,numerale vnus,circunf.
Ἕκτος τοῦ ἕκτου,ὁ,ſextus,penac.
Ἐκτὸς,aduerbium,extra ſine,acuitur.
Ἐκπλέω,verbum,enauigo,penac.
Ἔκπλεω,aduerbium,plenè,antepenac.
Ἐλαιὼν,τοῦ ἐλαιῶνος,ὁ,oliuetum,acuitur.
Ἐλεῶν,τοῦ ἐλεοῦντος,miſerans,circunf.
Ἐλάσσων,τοῦ ἐλάσσονος,ὁ,minor.pen acuta.
Ἐλασσῶν,τοῦ ἐλασσοῦντος,ὁ,minuens,circunfl.
Ἐλάων,τοῦ ἐλάοντος,ὁ,inſequens,penac.
Ἐλαιὼν,τοῦ ἐλαιῶνος,ὁ,oliuetum,acuitur.
Ἔλεος,τοῦ ἐλέου,τὸ,miſericordia,antepenac.
Ἐλεὸς,τοῦ ἐλεοῦ,ὁ,Eleus fluuius & menſa,acuitur.
Ἔλευσις,τῆς ἐλεύσιος,ἡ,aduentus,antepenac.
Ἐλευσὶς,τῆς Ἐλευσῖνος,ἡ,Eleuſis ciuitas,acuitur.

Ἔλπις, τοῦ ἔλπιδος, ὁ, Elpis vir, penac.
Ἐλπὶς, τῆς ἐλπίδος, ἡ, ſpes, acuitur.
Ἕμμεν, ab ἵημι, mittere aſpiratur.
Ἔμμεν, ab ἔω, eſſe, tenuatur.
Ἐννὰς, τῆς ἐννάδος, ἡ, nonarius numerus, tenuatur.
Ἑνὰς τῆς ἑνάδος, ἡ, vnitas, aſpiratur.
Ἐν, præpoſitio, In. datiuo iuncta, tenuatur.
Ἓν. numerus. vnum. acuitur & aſpiratur.
Ἔνι, pro ἔνεστι, eſt. penacuitur.
Ἐνὶ pro ἐν. in. acuitur.
Ἑνόρχης, τοῦ ἑνόρχου, ὁ, vnicum habens teſticulū. aſpiratur.
Ἐνόρχης, τοῦ ἐνόρχου, ὁ, mas habens teſticulos, tenuatur.
Ἑνὸς, vnius, genitiuus, acuitur.
Ἔνος, ἔνου, ὁ, annus, vetus, penacuitur.
Ἑνόω, vnio, aſpiratur.
Ἐνόω, quatio, tenuatur.
Ἐντροπῆ, reuera, circunf.
Ἐντροπὴ, ῆς, ἡ, confuſio, reuerentia, acuitur.
Ἓξ, ſex nomen, cum aſpiratione, acuitur.
Ἐξ, præpoſitio, tenuatur.
Ἐξαίρετος, τοῦ ἐξαιρέτου, ὁ, eiiciendus antepen. acuitur.
Ἐξαιρετὸς, τοῦ ἐξαιρετοῦ, ὁ, præcipuus, acuitur.
Ἐξαίρει, auget, penac.
Ἐξαιρεῖ, liberat. circunfl.
Ἐξανέψιοι, οἱ, conſobrinorum filij. antepen. acuta.
Ἐξανεψιοί, οἱ, conſobrini, acuitur.
Ἔξω, aduerbium, extra, tenuatur.
Ἕξω, futurum, habebo, aſpiratur.
Ἔοικα, cum datiuo, ſimilis ſum. antepenac.
Ἔοικα, ſine caſu, videor, itidem antepenac.
Ἐοικὸς, ἐοικότος, τὸ, ſimile.
Ἐοικὼς, ἐοικότος, ὁ, ſimilis.
Ἔπαινος, ἐπαίνου, ὁ, laus, antepenac.
Ἐπαινὸς, ἐπαινοῦ, ὁ, grauis, acuitur.
Ἐπαρχία, τῆς ἐπαρχίας, ἡ, prouincia, penac.
Ἐπάρχια, ας, ἡ, Eparchia mulier, antepenac.
Ἐργάτης, ἐργάτου, ὁ, operator, penac.
Ἐργάτις, ἐργάτιδος, ἡ, operatrix, penac.
Ἐρινεὸς, τοῦ ἐρινεοῦ, ὁ, ficus genus, acuitur. (cuitur.
Ἐρίνεος, τοῦ ἐρινέου, ὁ, fructus ficus ſylueſtris. antep. a-
Ἕρκειος, per ει diphthongum, Iouis epith. antep. acuta.
Ἕρκιος, per ι, ſeptum, antepenac.
Ἑρμαῖος, ἑρμαίου, ὁ, mercurialis, pen. circunf.
Ἕρμαιος, ου, ὁ, λόφος, tumulus, antepenac.
Ἑρμηνεία, ἑρμηνείας, ἡ, interpretatio, penac.
Ἑρμηνία, ἑρμηνίας, ἡ, fulcrum lecti, penac.
Ἔρω, vnico ρ dico, penac.
Ἔρρω, duplici ρ pereo, penac.
Ἑταῖρος, ου, ὁ, amicus, ſocius, penult. circunf.
Ἑτέρος, τοῦ ἑτέρου, ὁ, alter, antepenac.
Ἔτος, ἔτεος, τὸ, annus penac.
Ἐτὸς, ἐτοῦ, ὁ, incaſſum, acuitur.
Εὐάνθης, εὐάνθεος, ὁ, Euanthes vir, penac.
Εὐανθὴς, εὐανθέος, ὁ, ἡ, floridus acuitur.
Εὐήθεια, εὐηθείας, ἡ, ignauia antepenac,
Εὐηθία, εὐηθίας, per ι, bonus mos, penac.
Εὐθύβολος, εὐθυβόλου, ὁ, rectè iactus, antepen. acuta.
Εὐθυβόλος εὐθυβόλου, ἡ, rectè iaciens, penac.
Εὐθὺς, ἐπιρρηματικῶς, i. aduerbialiter, ſtatim, acuitur.
Εὐθὺς, ὀνοματικῶς, i. nominaliter, rectus, acuitur.
Εὐμαρὴς, per η, facilis, acuitur.
Εὐμαρὶς, per ι, calceus acuitur.
Εὐπειθὴς, έος, ὁ, ἡ, obediens, acuitur.
Εὐπείθης, εὐπείθεος, ὁ, ἡ, obediens principi penacuta.
Εὖρος, aſpiratum, latitudo.
Εὖρος, tenuatum, Eurus ventus.
Εὐσεβῶν, τοῦ εὐσεβοῦντος, ὁ, pietatē exercens vlt. circūf.
Εὐσέβων, ωνος, ὁ, Euſebon vir penac.
Εὐσθένης, νεος, ὁ, Euſthenes vir penac.
Εὐσθενὴς, έος, ὁ, ἡ, fortis, acuitur.
Εὐτυχία, εὐτυχίας, ἡ, felicitas, penac.
Εὐτυχίας, εὐτυχίας, ἡ, Eutychia mulier antepenac.

Ἔχθρα, τῆς ἔχθρας, ἡ, inimicitia, penac.
Ἐχθρά, τῆς ἐχθρᾶς, ἡ, inimica, acuitur.

Z.

Ζεὺς, ζηνὸς, ὁ, Iupiter, acuitur.
Ζῆν, infinitiuus, viuere, circunf.
Ζυγὸς, ζυγοῦ, ὁ, iugum boum, maſculinum.
Ζυγὸς, ζυγοῦ, ἡ, iugum libræ, fœm.
Ζῷον, ζώου, τὸ, animal, penul. circunf.
Ζωόν, ζωοῦ, τὸ, viuum, acuitur.

H.

Ἠδὲ, coniunctio, &, acuitur & tenuatur.
Ἥδε, aſpiratum, hæc, penac.
Ἠὲ, coniunctio, ſiue, acuitur.
Ἦε, ῥηματικῶς, i. verbaliter, erat, penul. circunf.
Ἧ, aſpiratum & circunflexum, vbi, cui, quatenus.
Ἦ, tenuatum & circunflexum, certè, ait.
Ἥλιος, ἡλίου, ὁ, ſol, antepenac.
Ἠλεῖος, ἠλείου, ὁ, Eleus, gentile, penul. circunf.
Ἧλος, ἥλου, ὁ, clauus, penult. circunf.
Ἠλὸς, ἠλοῦ, ὁ, ſtolidus acuitur.
Ἥμων, ἥμονος, ὁ, iaculator penac.
Ἡμῶν, genitiuus, noſtrum circumf.
Ἥραιος, ἡραίου, ὁ, Heræus vir, antepenac.
Ἡραῖος, ἡραίου, ὁ, Iunonius, penul. circunf.
Ἡράκλεια, είας, ἡ, Heraclea mulier & vrbs antepen.
Ἡρακλεία, ἡρακλείας, ἡ, Herculea penac.
Ἡράκλειος, ἡρακλείου, ὁ, Heraclius, antepen.
Ἡρακλεῖος, ου, ὁ, Herculeus, penul. circunf.
Ἡράκλεις, Hercules. item aduerbium iurandi, penult. a-
cuitur.
Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, ὁ, Hercules, circunf.
Ἥττων, ἥττονος, ὁ, minor, penac.
Ἡττῶν, ἡττῶντος, ὁ, minuens, circunf.
Ἧττον, aduerbium, minus, penul. circunf.
Ἠχὼ, ἠχοῦς, ἡ, fama penac.
Ἧχι, aduerbium, vbi, quà, penult. circunf.

Θ.

Θαλάμαι, αἱ, luſtra ferarum penac.
Θαλαμαί, αἱ, templum Caſtoris & Pollucis, acuitur.
Θάρσος, θάρσεος, τὸ, audacia penac.
Θράσος, θράσεος, τὸ, temeritas penac.
Θαλία, θαλίας, ἡ, conuiuium, feſtiuitas, penul. acuta.
Θάλεια, θαλείας, ἡ, celebritas, Thalia, antepen. acuta.
Θαμβὸς, θαμβοῦ, ὁ, attonitus, acuitur.
Θάμβος, θάμβεος, τὸ, pauor, ſtupor, penac.
Θεὰ, θεᾶς, ἡ, dea acuitur.
Θέα, θέας, ἡ, ſpectaculum, penac.
Θεοτόκος, θεοτόκου, ἡ, Deum pariens penac.
Θεότοκος, θεοτόκου, ὁ, ex deo natus, antepenac.
Θέρμη, θέρμης, ἡ, calor, caliditas penac.
Θερμὴ, θερμῆς, ἡ, calida acuitur.
Θέρμος, θέρμου, ὁ, lupinus, penac.
Θερμὸς, θερμοῦ, ὁ, calidus acuitur.
Θῆλυς, θήλεος, ἡ, fœmina, penul. circunf.
Θηλὴ, θηλῆς, ἡ, papilla acuitur.
Θηρῶν, θηρῶντος, ὁ, venans circunf.
Θήρων, θήρωνος, ὁ, Theron vir, penac.
Θόλος, θόλου, ὁ, teſtudo, & locus ſcripturarum, Athenis,
penac.
Θολὸς, θολοῦ, ὁ, turbidus, acuitur.
Θύμος, θύμου, ὁ, cepa agreſtis penac.
Θυμὸς, θυμοῦ, ὁ, animus, furor, ira, deſiderium, acui-
tur.
Θύρα, θύρας, ἡ, oſtium hoc eſt lignum ipſum penac.
Θύραι, θυρῶν, αἱ, fores, hoc eſt, apertura penac.
Θυρσὸς, θυρσοῦ, ὁ, Thyrſus acuitur.
Θύρσος, θύρσου, ὁ, Thyrſus vir penac.

I.

Ἰὰ, τῆς ἰᾶς, ἡ, vna acuitur.
Ἴα, τῆς ἴας, ἡ, vox penac.
Ἱδρύμενος ὁ ἑδραζόμενος, ſedens, antepenac.
Ἱδρυμένος, ἱδρυμένου, ὁ, firmatus, rectus penac.

Ἴδε, coniunctio,&,acuitur.
Ἴδε,verbum,vide,penac.
Ἰδού ecce,acuitur.
Ἴδου,vide,circunſ.
Ἱέρων,ονος,ὁ,proprium nomen viri,penac.
Ἱερῶν ἱερῶντος,ὁ,ſacrificans,circunf.
Ἱκέτις,τῆς ἱκέτιδος,ἡ,ſupplicatrix,penac.
Ἱκέτις,τοῦ ἱκέτου,ὁ,ſupplicator ſupplex,penac.
Ἶνα,τῆς ἴνης,ἡ,occaſus,penul.circunfl.
Ἵνα,vt, penac.
Ἰνδὸς,τοῦ Ἰνδοῦ,ὁ,Indus,nomen gentile,acuitur.
Ἴνδος,τοῦ ἴνδου,ὁ,fluuius Indiæ,penac.
Ἴον,ἴου,τὸ,viola,penac.
Ἰὸν,ἰόντος,τὸ,iens,acuitur.
Ἰπνὸς,τοῦ ἰπνοῦ,ὁ,furnus,acuitur.
Ἶπνος,τοῦ ἴπνου,ὁ, laterna,penac.
Ἴρις,τῆς ἴριδος,ἡ,iris herba,penac.
Ἶρις,ιδος,ἡ,Iris dea,penult.circunf.
Ἱερὸς ἱεροῦ,ὁ,ſacer,acuitur.
Ἶρος,ἴρου,ὁ,προσαίτης,mendicus penult.circunfl.
Ἵσπων Ἵσπωνος,ὁ,Hiſpon vir,penac.
Ἱσπῶν,ἱσπῶνος,τὸ quod eſt περιεκτικὸν, id eſt collectiuum,acuitur.
Ἰχθὺς,τοῦ ἰχθύος,ὁ,piſcis,acuitur.
Ἴχθυς,τοῦ Ἴχθυος,ὁ,viri nomen,penac.
Ἰωνία,τῆς ἰωνίας,ἡ,Ionica regio,penac.
Ἰωνιὰ,τῆς Ἰωνιᾶς,ἡ,violetum,acuitur.
Ἰῶν,ἰῶντος,ὁ plenus,veneno,circunfl.
Ἴων,Ἴωνος,ὁ,proprium & gentile,penacuitur.

K.

Καίνη,τῆς καίνης,ἡ,Cæna vrbs,penacuitur.
Καινὴ,τῆς καινῆς,ἡ,noua,acuitur.
Κακὴ,τῆς κακῆς ἡ,mala,acuitur.
Κάκη,τῆς κάκης,ἡ,Cace,penac.
Καθαιρῶν,οῦντος,ὁ,ſubuertens,circunfl.
Καθαίρων,τοῦ καθαίροντος,ὁ,purgans,penac.
Καλλισθένης εος,ὁ,Calliſthenes,penac.
Καλλισθενὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,potens,acuitur.
Κάλον,κάλου,τὸ,lignum,penac.
Καλὸν,καλοῦ,τὸ,bonum,acuitur.
Κάλλος,κάλλεος,τὸ,pulchritudo.
Καλὸς vnico λ,honeſtus,bonus,acuitur.
Κάλως,κάλω,ὁ,funis,penac.
Καλῶς,aduerbium,bene,circunfl.
Καμπὴ,καμπῆς,ἡ,flexura,curuamen,acuitur.
Κάμπη κάμπης,ἡ,eruca,penac.
Κανθὸς,κανθοῦ,ὁ,angulus oculi,acuitur.
Κάνθος,κάνθου,ὁ,Canthus vir,penac.
Κέδρος,τοῦ κέδρου,ὁ,fructus cedri maſculinum.
Κέδρος,τῆς κέδρου ἡ,cedrus arbor,fœmin.
Κεῖνος pro ἐκεῖνος,ille penult.circunfl.
Κεινὸς,κεινοῦ,ὁ,pro κενὸς,vacuus,acuitur.
Κὴρ,τῆς κηρὸς ἡ Parca,mors,ſors,acuitur.
Κῆρ,τοῦ κῆρος,τὸ,cor,anima,circunfl. (cunf.
Κῆρος,τοῦ κήρου,ὁ, Cerus fluuius Armeniæ,penultim.cir-
Κηρὸς κηροῦ,ὁ,cera,acuitur.
Κίρρα,ας,ἡ,vrbs,penac.
Κιρρὰ κιρρᾶς,ἡ,ignea,acuitur.
Κίων,κίονος,ὁ,columna,penac.
Κιὼν,κιόντος ὁ,iens,acuitur.
Κλεῖτος τοῦ κλείτου ὁ,Cleitus,penult circunfl.
Κλειτὸς,τοῦ κλειτοῦ,ὁ,glorioſus,acuitur.
Κλειὼ κλειοῦς,ἡ,Clio muſa acuitur.
Κλείω,verbum,laudo,claudo,penac.
Κλῆρος,κλήρου ἡ ſors,penult.circunfl.
Κληρὸς,κληροῦ,ὁ,ſorte,datus,electus,acuitur.
Κλίσις,τῆς κλίσεως,ἡ,inclinatio ad dextram,penac.
Εξεὶς, part. ao 2. act. à th. ἐξίημι Ex quo eſt & infin. ἐξεῖναι ſicut ἐκθεῖναι ab ἐκτίθημι.

Εξεισι, tertia perſ. ſing verbi ἔξειμι.

Εξελον, aor. 2, act. verbi ἐξαιρέω, augmento carens pro ἐξεῖλον, Itidémque ἔξελε pro ἐξεῖλε. Vnde etiam infin. ἐξελεῖν, & part ἐξελών.

Εξελῶ, interdum eſt futur. 2, uerbi ἐξαιρέω, ab ἐξέλω: & tunc aſpero ſpiritu notandum eſſet in media ſyllaba, hoc modo ἐξελῶ interdum futurum Atticum pro ἐξελάσω, ab ἐξελαύνω ſeu ἐξελάω: Et tunc differentiæ cauſa tenui ſpiritu ſcribi poſſet ἐξελῶ. nam medias quoque ſyllabas in compoſitis admittere ſpiritum diſcriminis cauſa, Euſt. docet, vt inter alia videre eſt in iis quæ in ἄωρος, à nobis dicta ſunt.

Εξέμεν, infin. aor 2, act Doricus pro ἐξεῖναι, à the. ἐξίημι. itidem verò ἐξέμεναι Dorice dicitur pro ἐξεῖναι. Verùm ἐξέμεν & ἐξέμεναι, dici poſſent etiam pro ἐξεῖναι, ab ἔξεσι, ſicut ἔμεν & ἔμεναι pro εἶναι vſurpari ſuprà annotatum fuit.

Εξενεῖκαι, pro ἐξενέγκαι, Ionice, ab Ionico itidem th. ἐξενείκω pro ἐξενέγκω, refertur autem ad ἐκφέρω.

Εξέντο, tertia perſ. plur. aor. 2 med. ἐξέμην, ab act. them. ἐξίημι.

Εξεπλάγην, aor. 2, paſ. à th. ἐκπλήττω, faciente fut. 2. ἐκπλαγῶ.

Εξεπράθομεν, aor. 2, act. verbi ἐκπέρθω, habens literarum tranſpoſitionem, vt aor. 2, ἔδρακον ex δέρκω.

Εξέπτη, aor. 2, act verbi ἐξίπτημι, nam ἵπτημι, aor. 2, facit ἔπτην vt ἵςημι ἔςην.

Εξέσμων, præt. imperf. verbi ἐκσμάω.

Εξεσκληκα, præt. perf. verbi ἐκσκέλλω ſeu ἐκσκελέω, vel etiam verb. ἐκσκλῆμι, mutuantis fut. ab ἐκσκλέω.

Εξέςην, ao. 2, act. verbi ἐξίςημι aor autem 1, eſt ἐξέςησα præt. ἐξέςηκα ſiue ἐξέςακα. vnde aqud Varin. ἐξεςακέναι, quod exp. καταπλῆξαι.

Εξέταμον, aor. 2, act. verbi ἐκτέμνω.

Εξετμήθη, ao. 1, paſ. eiuſdem verbi, tanquam ab ἐκτμάω.

Εξετράπησαν, aor. 2, paſſ. verbi ἐκτρέπω, facientis fut. 2. ἐκτραπῶ. vnde aor 2, ἐξέτραπον.

Εξέτρωσε, aor. 1, act verbi ἐκτιτρώσκω, ab ἐκτρόω.

Εξεφαάνθη, pleonaſmo τοῦ α pro ἐξεφάνθη: aoriſt. 1, paſſ.

verbi actiui ἐκφαίνω.

Εξεφρείομεν, Ionicè pro ἐξεφέρομεν, tanquam à th. ἐκφρείω apud Ariſtop. Videtur autem ex φέρω factum primùm φρέω, per metatheſin deinde Ionica epentheſi τοῦ ι φρείω vnde poſtea compoſ. illud.

Εξέωσαν, Atticè pro ἐξῶσαν, à th. ἐξωθέω ſeu ἐξώθω.

Εξηγρόμην, per ſyncopen pro ἐξηγειρόμην vel ἐξηγερόμην, à th. ἐξέγρομαι, habente itidem ſyncopen pro ἐξεγείρομαι.

Εξήλατο, aoriſt. 1, med. verbi ἐξάλλομαι, vt à ψάλλω eſt ψῆλαι.

Εξῆλθον, per ſyncopen pro ἐξήλυθον: ao. 2, act. verbi ἐξέρχομαι facientis fut. 2, ἐξελυθῶ. ab ἐξελεύθω.

Εξήπλωτο, præt. pluſquamperfect. paſ. verbi ἐξαπλόω. ineptiunt enim qui ab ἐκπλώω detorquent.

Εξῆρα. aor. 1, act. verbi ἐξαίρω. vt ἐπῆρα ab ἐπαίρω.

Εξήραμμαι ſiue Εξήρασμαι, præt. perfect. paſ. verbi act. ξηραίνω. vnde & aor. 1, paſſ. ἐξηράνθην.

Εξίμεναι, Doricè pro ἐξιέναι, teſte Euſtach. et iam, necnõ Heſychio exponente ἐξελθεῖν. Idem exp. & ἐξαφεῖναι, pro quo ſcribendum potius eſſet ἐξίμεναι, de quo paulò ante.

Εξοιχνεῦσι, Ionicè pro ἐξοιχνοῦσι à poet. th. ἐξοιχνέω.

Εξαυῆκε, vide infra in Εσαυῆκε.

Εξύρημαι, præt. perf. paſſ. verbi act. ξυράω ſiue ξυρέω.

Εξω, futurum 1, act. verbi ἔχω: cuius med. fut. ἕξομαι.

Εξώδηκα, præt. perf. act. verbi ἐξοιδέω.

Εξώκισα, aor. 1, act. verbi ἐξοικίζω.

Εξωλώλει, præt. pluſquamp. act. verbi ἐξόλλυμι ab ἐξολέω

Εξώλισθον, aor. 2, act. verbi ἐξολισθαίνω ab ἐξολισθέω.

Εξώχοντο, præt. imperf. verbi ἐξοίχομαι.

Εοῖ, aor. 2, optatiui modi, à verbo εἰμὶ, mutuatitius ab ἔω facit enim aoriſt. 2, ἔον, Vnde optatiuus ille ἔοι, & cõiunctiuus ἔῃ poetis vſurpatus pro ᾖ, necnon participium ἐών, ita Euſtath.

Εοίγμεν, per ſyncopen, pro ἐοίκαμεν, exempto α & κ in γ conuerſo. Ambo præt. med. verbi εἴκω cum reduplicatione Attica, vt ἔωσα, ἐῳνοχόει.

Εοίκεσαν, Atticè pro ἐοίκεισαν, exempto ι ex diphthongo, præt. pluſquamp. med. eiuſdem them. Facit enim εἴκω præt. med. οἶκα, vt πείθω πέποιθα & Attica initialis literæ præſentis repetitione ἔοικα, vt ἐώνημαι. Vnde part. ἐοικώς.

Εοιμι, aor. 2 act. verbi ἵημι ex ἕω, ſicut εἰμὶ facit ἔοιμι, ex ἔω. Meminit autem huius ἕοιμι Heſychius, exponens ἐμβάλλοιμι.

Εοῖσα, Doricè pro ἐοῦσα, part. aor. 2, ab εἰμί.

Εολπα, præt. med. verbi poetici ἔλπω ſeu ἔλπομαι, vt enim εἴδω facit primum οἶδα ſic ἔλπω ὄλπα, & Atticè reduplicata initiali præſentis litera ἔοικα & ἔολπα

Εον. aoriſt 2, verbi εἰμὶ ab ἔω, augmento carens pro ἦον. Vnde opt. ἔοιμι. vt apud Hom. Πῶς γὰρ ἔοι τάδε ἔργα. Atque adeo hæc regularia ſunt vt & ἦον. Necnon ἔην ab εἰμὶ regularius eſt quam ἦν vt Euſtach. annotat

Εοργα, part. med. verbi ἔργω, eandem habens formationem quam ἔολπα.

Εοῦσα, part. fœm gen. ex maſc. ἐών. Ambo aor. 2, verbi εἰμὶ, vt in Εοῖ paulò antè annotaui.

Επάγην aor. 2, paſſ. verbi πήγνυμι ſeu πήσσω facientis fu. 2, act. verbi παγῶ, ex quo aoriſt. 2 act. ἔπαγον, & inde paſſ. ἐπάγην, vt ἐπλάγην à πλήσσω.

Επαθον, aor. 2. act. verbi πάσχω, ex inuſitato them. παθέω ſecundum alios ex πείθω.

Επαίχθη. aor. 1, paſſ. verbi act. παίζω.

Επάλμενος, per ſyncopen pro ἐφαλλόμενος, Æolicè mutato etiam ſpiritu aſpero in tenuem à th. ἐφάλλομαι.

Επαλτο eodem modo pro ἐφάλλετο, abiecto ſimul augmento.

Επάμειπτο, præt. pluſquamp. paſſ. verbi ἐπαμείβομαι. augmento carens.

Επανεθήσεται fut. 1, paſſ. verbi act. ἐπανίημι vt τεθήσεται. eſt à τίθημι. Ex quo ἐπανίημι eſt & part. aor. 2, act. ἐπανεὶς vt θεὶς à τίθημι.

Επανιτέον, aduerbium theticum ex verbo ἐπάνειμι, ex quo & part. ἐπανιών.

Επαυον, aor. 2. verbi παύω, vnde paſſ. ἐπάην.

Επάρη, aoriſt. 2 paſſ à verbo πείρω, vt ἐσπάρη à σπείρω. At ἐπάρῃ eſt aoriſt. 1 act. ſubiunctiui modi, à them. ἐπαίρω, ex quo & part. ἐπάρας.

Επαρήρει, præt. pluſquamperf. med. verbi ἐπάρω facit enim ἄρω præt. med. ἦρα, & Atticè reduplicatis duabus initialibus literis præſentis ἄρηρα.

Επαρθον, aor. 2. act. verbi πέρθω, pro quo & ἔπραθον dicitur tranſpoſitis literis. Sic δέρκω aor. 2. facit ἔδρακον ſimul & ἔδαρκον.

Επάσαντο, per ſyncopen quidam vſurpatum tradunt pro ἐπατήσαντο, à the. πατέω, ſignificante ἐσθίω. Alij præſenti carere aiunt, præſens enim mutuatitium eſſe δαίνυμαι, ex quo imp. ἐδαινύμην futur. πάσομαι aor. 1. med. ἐπασάμην, præter. paſſ. πέπασμαι, omnia autem hæc eſſe poetica. Επάσαι autem, eſt aor. 1 infi. modi, ex verbo ἐπάδω.

Επατήθην, aor. 1. paſſ. verbi πατέω.

Επαύρηαι, Ionicè pro ἐπαύρῃ, ſecunda perſona præſentis ſubiunct. à them. ἐπαύρομαι. Ex quo & infin. aor. 2. med. ἐπαυρέσθαι. At Επαυρέμεν, ſiue Επαυρέμεναι, Dorica ſunt pro ἐπαυρεῖν.

Επαύσω, ſecunda perſona aor. 1 med. indic. modi, à παύομαι.

Επαφαυάνθη, aor. 1. paſſ. indic. modi à them. ἐπαφαυαίνω.

Επάφησεν, aor. 1. act. indic. verbi actiui ἐπαφίημι ex ἐπαφέω, vnde & med. vocis part. ἐπαφησάμενοι. eiuſdem ἐπαφίημι tertia plur, eſt ἐπαφιᾶσι, præt. perf. ἐπαφῆκα & aor. 2. coniunct. ἐπαφῶ.

Επεβήσατο, aoriſt. 1. med. verbi ἐπίβημι ſeu ἐπιβαίνω. act. autem aor. 1. eſt ἐπέβησε, aor. 2, ἐπέβην.

Επέγρετο, per ſyncopen poeticam pro ἐπεγείρετο, ex poetico itidẽ & ſync. paſſo, th. ἐπέγρομαι pro ἐπεγείρομαι.

Επέδυν, aor. 2 vel pr. imp. act. verbi ἐπιδύμι.

Επεζάρησαν pro ἐπεβάρησαν dici κατά ξένην τινὰ γλῶσσαν annotat Euſt.

Επέζησα, aor 1 act. verbi ἐπιζάω.

Επέθετο & Επέθεντο, ao. 2. med. à verbo ἐπιτίθημι, à quo eſt & aor. 1. act. ἐπέθηκα, irregularis pro ἐπέθησα, vt ἔδωκα pro ἔδωσα itidem vſurpari ſcimus contra regulam.

Επειράσω, 2. perſ. aor. 1. med. indic. à th. πειράομαι.

Επείρη, Ionicè pro ἐπείρα: pr. imp. act. verbi πειράω.

Επείχθη Επείχθητι, Επειχθῶ, aor. 1. paſſ. verbi ἐπείγομαι at ἐπείχθη augmento carens pro ἠπείχθη à poetis vſurpatum eſt.

Επεμηνάμην, aor. 1. med. verbi ἐπιμαίνομαι.

Επενήνοθε, præt. med. ſecundum quoſdam ex ἐπανθέω. dicunt enim ἐπανθῶ facere præt. med. ἐπήνοθα, vnde fieri ἐπηνόθα, epentheſi τοῦ ο, & ἐπενήνοθα, reduplicatione Attica. Secundum alios eſt præt. med. verbi ἐπενθέω, dicentes primum pro θέω dici ἔθω per metatheſin, vnde ἐνέθω facere præter. med. ἤνοθα, ex quo fieri ἐνήνοθα, Atticè reduplicatis duabus initialibus literis præſentis & ἐπενήνοθα per compoſitionem.

Επέξιθι, imp. act. verbi ἐπέξειμι, vt ἄπιθι ab ἄπειμι.

Επέπιθμεν, per ſyncopen Æolicam pro ἐπίθομεν, Ionicè reduplicatis etiam primis duabus literis: aor. 2. act. verbi πείθω. Ita quidam, Sed aliorum probabilior videtur ſententia qui dicunt eſſe pr. pluſquamp. med. pro ἐπεπίθειμεν ſeu ἐπεποίθειμεν: nam πείθω, præt. perf. med. facere poteſt & πέπειθα, vt ἔοικα, & πέπιθα, vt ἐλήλυθα abiecto ε ex diphthongo. Paſſiuè certè accipitur, pro ἐπεπείθειμεν.

Επέπληγον, Syracuſana lingua pro ἔπληγον: vt ἐπέφευγε pro ἔφευγε, & ἐπέφραδον pro ἔφραδον: formato præſenti πεπλήγω, ex præt. πέπληγα, vt κεκλήγω ex κέκληγα.

Επέπλως,præt.imperf.act. verbi ἐπίπλωμι vt ἐδίδως:ſecundùm alios verò per apocopen dictum eſt pro ἐπέπλωσας,aor.1 verbi ἐπιπλώω.

Επεποίθειν,præt.pluſquamp.med.verbi πείθομαι,ſeu πείθω;facit n.id præt.perf.πέποιθα;vt λείπω λέλοιπα. Facit verò & πέπιθα ſine diphthongo.vt ἤλυθα:quemadmodum in Επέπιθμεν admonui paulo antè.

Επεπόνθη,Atticè vel Ionicè ἐπεπόνθειν, vt ἑωράκη pro ἑωράκειν,ᾔδη pro ᾔδειν præt. pluſquamperf.med.verbi πάσχω tanquam ex πένθω.Apud Suid.

Επέπταρε,aor.2.act.verbi ἐπιπταίρω.

Επεπτώκειν,pr.pluſquamp.act.verbi ἐπιπαίρω.

Επέπυστο,pr.pluſquamp.paſſ.verbi πυνθάνομαι, ex πεύθομαι ſeu πύθομαι.

Επερήρεισμαι,pr.perf.paſſ.verbi ἐπερείδομαι habens duarum initialium præſentis literarum reduplicationem Atticam. Itidem pro ἐπερήρεισθαι. quod Varin.affert pro ἐπιστηριχθῆναι, videtur ſcribendum potius ἐπερηρεῖσθαι vt ſit infi.eiuſdem præteriti.

Επερράγη,aor.1.paſſ.verbi ἐπιρρήγνυμι ſeu ἐπιρρήσσω.

Επερρίφη,aor.2 paſſ. verbi ἐπιρρίπτω,facientis,fut.2.act. ἐπιρριφῶ,tanquam ab ἐπιρρίφω.

Επερρώοντο & Επερρώσαντο,præt.imperf. paſſ.& aoriſt.1. med.verbi ἐπιρρώω ſignificantis ἐπισείω καὶ ἐπικινέω, vt Etym.annotat.

Επισον,aor.2.act.verbi πίπτω,ex inuſ.th.πεσέω.

Επέσπον,aoriſt 2.indic.verbi inuſ.ἐπισπέω.vnde & infin. ἐπισπεῖν & part.ἐπισπών:necnon med.vocis part.ἐπισπόμενος.Varin.

Επέσσεται,poetica geminatione τοῦ σ,metri cauſa pro ἐπέσεται,fut.1.med.verbi ἔπειμι deriuati ab εἰμί.

Επέσσυται, præt.perf.paſſ. verbi ἐπισεύομαι ſeu ἐπισύομαι,habens ὑπερβιβασμὸν τοῦ ε pro ἐπισέσυται, ſecundum quoſdam. Verum tamen vt dicitur ἐσσεύοντο & ἐπέσσευον, metri cauſa duplicato σ pro ἐσεύοντο,& ἐπέσευον,ita ἔσσυται dici poteſt eſſe pro ἔσυται hoc autem Ionice pro σέσυται,vt ἔκτημαι,pro κέκτημαι,ἐβούλευκα pro βεβούλευκα.

Επέσταλμαι,pr.perf.paſſ.verbi actiui ἐπιστέλλω.

Επετάσθην, aor.1 paſſ verbi act πετάννυμι ſeu πετάζω. ridiculi enim ſunt qui ex πέταμαι deriuant.

Επέτειλα.aor.1.act.verbi ἐπιτέλλω. (ἐπιτραπῶ.

Επετράπην,aor.2.paſ.verbi ἐπιτρέπω,facientis fut.2.act.

Επέτυχον,aor.2.verbi ἐπιτυγχάνω ex ἐπιτύχω.

Επεύχεο, Ionica diphthongi reſolutione pro ἐπεύχου: imperf.præſens verbi ἐπεύχομαι.

Επεφνον,per ſyncopen pro ἐπέφενον.hoc autem Syracuſanæ linguæ propria reduplicatione pro ἔφενον,aoriſt.2. verbi φένω deriuati ex φῶ ſignificante φονεύω. Ita Etym. qui etiam addit, imperitè quoſdam dicere eſſe pr.imperf.verbi πέφνω id enim πέφνω, non eſſe præſentis indic.ſed aoriſt,2.coniunctiui.

Επέφραδον, Syracuſana reduplicatione pro ἔφραδον facto them.πεφράδω ex præt.med.πέφραδα, quod eſt ex φράζω faciente fu.2.act φραδῶ.Sic ἐπέφρασαν pro ἔφρασαν,aoriſt.1.act.eiuſdem th.Ambo apud Heſ.

Επέφυκον, itidem Syracuſano more pro ἔφυον, facto th. πεφύκω,ex præt.act.πέφυκα, vt κεκλήγω ex κέκληγα. Legitur autem apud Heſiod.

Επέχθη,aoriſt.1.paſſ verbi actiui πέκω.

Επέχραον,aoriſt.2.act.verbi ἐπιχραύω ſeu ἐπιχράω.

Επήει & Επήεσαν,præt.imp.verbi ἔπειμι ſignificantis ἐπέρχομαι.

Επήϊσεν,aor.1.act.verbi ἐπαΐω,vt ἐπήϊξε eſt ab ἐπαΐσσω.

Επηθρηκυῖα,part.pr.perf.act.à th.ἐπαθρέω.

Επηλαν,aoriſt.1 act.verbi πάλλω vt ἔψηλαν à ψάλλω.

Επήμηναν,aor.1.act.verbi πημαίνω.

Επήνεον pro ἐπήνουν,præt.imper.act.verbi ἐπαινέω.Vnde & aor.1.ἐπήνεσα:& paſſ ἐπῃνέθην.Item præ act.ἐπήνεκα,vnde infin. ἐπῃνεκέναι ſed rarioris vſus, Apud Hom.verò & ἐπήνησε legitur pro ἐπήνεσαν.

Επηύνθη,aor.1.paſ.verbi actiui,ἐπαυνόω ſeu ἐπαυνύω:ex quo & actiuæ vocis aor.1.ἐπηύνωσα.

Επηρέσσατο,poeticè metri cauſa geminato σ pro ἐπηρέσατο,aor.1.med.verbi ἐπαρέσκω,ex inuſ th.ἐπαρέω.

Επῆρα,aor.1.act.verbi ἐπαίρω:vnde media voce ἐπηράμην:ac paſſ ἐπήρθην,ex præt.paſſ.ἐπῆρμαι.

Επήρετο, præt.imperf. verbi ἐπέρομαι,ſignificantis apud poetas ἐπερωτῶ.At ἐπῄρετο,cum ι,ſubſcripto,eſt imp. paſſ.verbi ἐπαίρομαι ſignificantis attollor.

Επήρθη, aor.1 paſſ.eiuſdem verbi ἐπαίρω,ex præt perf ἐπῆρμαι.

Επῆρσαν,aor.1.Æolicus verbi ἐπαίρω vt ἔκερσε.

Επῇσαν,per ſynæreſin pro ἐπήϊσαν,teſte Var. Ambo pr. imperf.verbi ἔπειμι ſignificantis ἐπέρχομαι.

Επησθεῖεν, Ionice pro ἐφησθεῖεν & ἐπιχαρεῖεν, ab Ionico th.ἐπήδομαι pro ἐφήδομαι.Itidémque ἐπησθέντες pro ἐφησθέντες Apud Suid.& Var.

Επήσθετο,aor.2.m.verbi ἐπαισθάνομαι ex ἐπαισθέομαι.

Επιβήσεο,imper.præſens ex them.ἐπιβήσομαι Ionica diphthongi reſolutione pro ἐπιβήσου. Thema autem illud ἐπιβήσομαι contra regulam è futuro in præſens eſt tranſlatum, ſicut πεπλήγω ex præter med. πέπληγα,κεκλήγω:ex κέκληγα.& ſimilia.

Επιδώμεθα & ἐπιδώμεθα,aor 2.ſubiunct.verbi ἐπείδω.

Επειμένος,particip præt.perf.paſſ. ex them.ἐπιέννυμι ſeu ἐπιέω: pro quo in proſa diceretur potius ἐφειμένος & ἐφέννυμι.

Επείσεται futur.1.med.verbi ἔπειμι ex ἐπείω.Interdum verò eſt fut.1.med.verbi ἐπείδω.

Επιέσσασθαι poetice metri cauſa geminato σ pro ἐπιέσασθαι,ſeu ἐφέσασθαι:aor.1 med. verbi ἐπιέννυμι facientis fut.1.act.ἐπιέσω ex ἐπιέω. Vnde part.ἐπιεσσάμενος. At ἐπιέσαι & ἐπιέσαμεν,ſunt itidem aor.1.ab eodem th. ſed actiuæ vocis.

Επήλεν.aor.1.act.verbi ἐπιπάλλω vt πάλλω facit ἔπηλε.

Επησθέντες,Ionice vel poetice pro ἐφησθέντες,à th.ἐπήδομαι,vſurpato pro ἐφήδομαι.

Επιθεῖτε, per ſyncopen pro ἐπιθείητε vt διακρινθεῖτε pro διακρινθείητε.aor.2.act.optat.modi à th.ἐπιτίθημι. At ἐπιθεῖναι, infinitiuus eſt eiuſdem temporis & ἐπιθείς,part ἐπίθες autem imper.

Επιθι,imper.præſens verbi ἔπειμι ſignificantis ἐπέρχομαι vt ἄπειμι quoque facit ἄπιθι.

Επιθον,aor.2.act.verbi πείθω.

Επίθωνται,aor.2.med. ſubiunct.modi,ex actiuo th.ἐπιτίθημι.facit enim aor.2.indic.ἐπέθηκα.

Επικρανεῖς,fut.1.vel 2.verbi act.ἐπικραίνω.Vnde & infi. aor.1 act.ἐπικρᾶναι.

Επικράνθη,aor.1 paſſ.verbi act.ἐπικραίνω.

Επικρήνωμεν,aor.1.act.ſubiun.ab ἐπικραίνω, facientis aor. 1 act ind.modi ἐπέκρηνα vt ἔφηνα ἔμηνα. Imper. autem eiuſdem temporis eſt ἐπικρήνον pro quo dicitur & ὑπίκρηνον. (ἐπικεράω.

Επικρῆσαι,Ion.pro ἐπικεράσαι tanquam ex ἐπικρέω,aut

Επιλήσομαι,f.1.m.verbi ἐπιλανθάνομαι ex ἐπιλήθομαι.

Επιμάσσασθαι,poetice metri cauſa geminato σ pro ἐπιμάσασθαι,ex th.act.ἐπιμῶ,vt Euſt.tradit.

Επιμέμφαι,Ionice pro ἐπιμέμφῃ,à th.ἐπιμέμφομαι.

Επίμπλω,ſecunda perſona præt.imperf.à th πίμπλαμαι per contractionem ex ἐπίμπλαο,id autem Ionico more ex ἐπίμπλασο factum eſt exempto σ, vt ἐκρέμω ex ἐκρέμαο,id verò ex ἐκρέμασο.

Επινενησμένος, part.præ.perf.paſſ.ex th.ἐπινήθω,vnde & aor.1.paſſ.ἐπινησθεῖσαι.

Επιον,aor.2.act verbi πίνω,ex th.πίω. (ἐπιπνέω.

Επιπνείῃσι,Ionica epentheſi τοῦ ι pro ἐπιπνέῃσι, ex th.

Επιπτέσθαι,aor.2.med.infi.modi ex ἐπιπτέω aut ἐπίπτημι,vt σχέσθαι ex σχέω vel σχῆμι, ἕσθαι ex ἵημι ſeu ἕω.éſtque aor.2.med.indic.mod.ἐπτόμην vnde apud Soph. ὑπὲρ χαρᾶς δ' ἀνεπτόμην,vt ἐσχόμην.itidem à σχέω.Niſi malis eſſe ſyncopen pro ἐπιπέτεσθαι Etym.

Επισμῇ,Ionicè pro ἐπισμᾷ à th.ἐπισμάω.

Επίστη, Atticè pro ἐπίστασαι, ſecunda perſ.præſ. indic.

ἐπίςαμαι. primum enim ex iſto ἐπίςασαι fieri tradūt ἐπίςαι Ionice exempto σ, vnde poſtea ἐπίςῃ eſſe per contractionem.

Ἐπιςήσῃ, itidem ſecunda perſona fut. 1. med. ab eodem ἐπίςαμαι tanquam ex ἐπιςήσομαι.

Ἐπισοβέεσκον, Ionicè pro ἐπεσόβουν, ſeu ἐπεσόβεον, ex th. ἐπισοβέω. Varin ex Apollonio.

Ἐπίςω, interdum eſt perſona ſecunda præt. imp. paſſ. ab ἐπίςαμαι: interdum imperatiuus præſens eiuſdem verbi. Dicitur autem per contractionem pro ἐπίςαο quod Ionico more factum eſt ex ἐπίςασο, exempto σ, vt ἐπίμπλω & ἐκρέμω ex ἐπίμπλαο & ἐκρέμαο, pro ἐπίμπλασο, ἐκρέμασο.

Ἐπίσχεο, Ionica diphthongi reſolutione pro ἐπίσχου, imper. aor. 2. med. à th. actiuo ἐπέχω, mutuante futurum 1. ab ἐπισχέω, Inde eſt particip. aor. 2. med. ἐπισχόμενος, necnon part. aor. 2 act. ἐπισχών.

Ἐπιτεῖλαι, aor. 1. act. infin. modi, à them. ἐπιτέλλω, vt ἐπιςεῖλαι eſt ab ἐπιςέλλω. Vnde & part. ἐπιτείλας. Inde Imper. quoque ἐπίτειλον, & ſubi. ἐπιτείλω.

Ἐπιτέλλεο, Ionica diphthong. diſſolutione pro ἐπιτέλλου: imper. præſens paſſ. ex eodem ἐπιτέλλω.

Ἐπιτέταται, præt. perf. paſſ. indic. verbi actiui ἐπιτείνω facit enim id præter. perf. act. ἐπιτέτακα, tanquam ex ἐπιτάω.

Ἐπιτετράφαται Ionicè pro ἐπιτετραμμένοι εἰσί, vt ἐρρύαται pro ἐρρυσμένοι εἰσί tertia perſ. plu. præt. perf. paſ. ἐπιτέτραμμαι, ex actiuo them. ἐπιτρέπω, facta ex tertia ſingulari, inſerto α ante ται finale, & tenui in aſpiratam conuerſa.

Ἐπλάγην, aor. 2 paſſ. verbi πλήττω, facientis fut. act. πλαγῶ ab ἔπλαγον, aor. 2. act. eiuſdem them. Dicitur & ἐπλήγην.

Ἐπλάγχθης, aor. 1. paſ. ab inuſ. th. πλάγζω. vnde & fut. 1. med. πλάγξομαι. Secundum alios verò per epentheſin τοῦ γ, pro ἐπλάχθη ex πλάζω.

Ἔπλασε, aor. 1. act. indic. modi ex act. them. πλάττω ſeu πλάσσω, vnde & aor. 1. paſſ. ἐπλάσθη, faciente præterito perf. paſ. tertiam perſ. πέπλασται.

Ἔπλεο, ἔπλευ, & ἔπλετο, per ſyncopen dicta ſunt pro ἐπέλεο, ἐπέλευ, ἐπέλετο, ex poetico verbo πέλομαι, priora verò duo Ionicam etiam terminationem habent pro ἔπλου ſeu ἐπέλου, vt σέο & σεῦ pro σοῦ, dici nouimus. Sic & ἔπλε affertur per ſyncopen vſurpatum pro ἔπελε, ex act. πέλω At ἔπλει eſt tertia perſona ſing. præt. imperf. verbi πλέω, per contractionem ex ἔπλεε.

Ἐπλήγην, aoriſt. 2 act. verbi πλήττω, facientis fut. 2. act. πληγῶ. Vnde paſſ. aor. 2. ἐπλήγην. Dicitur verò & ἐπλαγον, & ἐπλάγην ex fut. 2. πλαγῶ. Inter quæ diſcrimen ſtatuunt dicentes τὰ δι' η, ad corpus referri, τὰ δὲ διὰ τοῦ α ad animum.

Ἐπλήσθη, aor. 1. paſſ. verbi act. πίμπλημι, mutuantis futurum ſuum ab inuſ. th. πλήθω.

Ἔπλητο, Ionicè pro ἐπέπλητο, ſicut ἔδεκτο & ἔλεκτο pro ἐδέδεκτο & ἐλέλεκτο præter. plusquamp. paſſ. verbi act. πίμπλημι ex inuſ. them. πλάω. Nonnulli tamen præt. imperf. paſ. eſſe malunt ex themat. πλῆμι. facit enim id imperfect. paſſ. ἐπλήμην, ἔπλησο, ἔπλητο.

Ἐπλήσθη, aor. 1. paſ. verbi act. πλήθω facientis præt. paſſ. πέπλησμαι vt σήθω, σέσησμαι νήθω, νένησμαι.

Ἔπνευσε, aor. 1. act. verbi πνέω, ſicut ἔπλευσε à πλέω eſt aſſumpto υ ad ε in fut.

Ἐπνύνθη, aor. 1. paſ. tanquam à them. πνυνόω, vt ἐπλυνώθη à πλυνόω vnde compoſ. ἀμπνύνθη & ἐμπνύνθη, augmento carentia pro ἀνεπνύνθη & ἐνεπνύνθη Verum & ſine ν reperitur ἐμπνύθη & ἔμπνυτο, itidemq; ἔπνυτο tanquam à th. πνύω vel πνῦμι, vnde & πέπνυμαι. Omnium mentio apud Heſych. Vide & ἐσέχυντο paulo infra.

Ἐπίσαι, aoriſt. 1. infin. modi è verbo ἐπιπρήθω, mutuatius à themat. inuſ. ἐπιόω: vnde & fut. 1. act. ἐπιόσω & paſ. ἐποιθήσεται.

Ἐπομόσαι, aor. 1. act. infin. modi à th. ἐπόμνυμι. faciente fut. 1. act. ἐπομόσω, ex ἐπομόω.

Ἔπορσον, aor. 1. act. imper. modi, à th. ἐπόρω, faciente fut. 1. act. ἐπόρσω more Æolico.

Ἐπεπόρδειν, Ionice pro ἐπεπόρδειν, præt. plusquamperf. med. verbi πέρδω, facientis fut. 2. act. πραδῶ, aoriſt. 2. ἔπραδον, præt. med. πέπορδα, & plusquamperf. ἐπεπόρδειν ex quo ἐπάρδειν, imminuto augmento ſicut in ἔκτιπο Itidem verò πέρδω, facit fut. 2. πραδῶ & δέρκω δρακῶ, vnde itidem ἔδρακον & ἔπραδον. Apud Suid.

Ἐπράθη, aor. 1 paſ. verbi πιπράσκω, ex inuſ. them. πεάω per ſync facto ex περάω. vt ſuo loco docui

Ἔπραδον, aoriſt. 1. act. verbi πέρδω facientis fut. 2. πραδῶ, vt πέρδω πραδῶ, δέρκω δρακῶ.

Ἐπράσε, aor. 1. act. verbi πιπράσκω, itidem ex inuſ. them. πράω per ſyncopen facto ex περάω.

Ἔπρησε, aor. 1. act. verbi πρήθω, vel etiam verbi πίμπρημι, ex inuſ. th. πράω At paſ. aor. 1. ἐπρήσθην, eſt duntaxat à πρήθω, faciente pr. paſ. πέπρησμαι.

Ἐπρήχθην Ionice pro ἐπράχθην, ab Ionico itidem the. πρήσσω pro πράσσω. Sic ἐπρησσόμην pro ἐπρασσόμην dicitur & voce actiua ἔπρηξε pro ἔπραξε, itidémque in aliis temporibus & modis.

Ἐπρίω, ſecunda perſ. præt. imperf. à th. πρίαμαι: facta per contractionem ex ἐπρίαο, Ionice habente exemptum σ. Sic ἐκρέμω, ἐπίςω, & ſimilia facta ſunt ex ἐκρέμαο, ἐπίςαο hæc autem ex ἐκρέμασο ἐπίςασο.

Ἐπρήσσεν, quod Heſych. exp. ἐμείρασεν, per ſyncopen eſt ex ἐπεράτωσεν, ſi verum eſt quod Euſtach. dicit πεπρωμένος per ſyncopen eſſe pro πεπερατωμένος tanquam ex πρόω per ſyncopen itidem dicto pro περατόω.

Ἐπτάμην, aoriſt. 1 med. verbi ἵπταμαι, teſte Euſtathio: fortin per ſyncopen pro ἐπτησάμην. Sunt tamen qui dicant eſſe aor. 2. πτῆμι enim facere aor. 2 act. ἔπτην, vt ἵςημι, ἔςην. vnde media voce fieri ἐπτάμην vt ἐςάμην Inde infin. πτάσθαι. partic. πτάμενος: & in compoſ. διαπτάσθαι apud Eurip. initio Medeæ διαπταμένος apud Hom.

Ἔπταιρον, aor. 2. act. indic. verbi πταίρω.

Ἐπτερύγη, aor. 2. paſſ. verbi πτερύσσομαι.

Ἔπτην, aor. 2. act. verbi ἵπτημι ſeu πτῆμι, vt ἵςημι facit ἔςην, vnde infinit. πτῆναι, particip. πτάς, ſed rarioris vſus.

Ἐπτόμην, aoriſt. 2. med. eiuſdem them. vt teſtantur omnes ferè grammatici, quorum tamen nonnulli dicunt eū habere τροπὴν τοῦ α εἰς ο. regulariter enim debuiſſe dici ἐπτάμην. vt ἐςάμην, ab ἔπτην, alij verò dicunt per ſyncopen eſſe ex ἐπετόμην, à them. πέτομαι Vnde infi. πτέσθαι particip. πτόμενος: & in comp. ἐπιπτέσθαι, ἐπιπτόμενος.

Ἐπτωκώς, Ionicè pro πεπτωκώς, vt ἐκτημένος pro κεκτημένος: part. præt. perf. act. ἔπτωκα à them. πίπτω faciente fut. 1. πτώσω, ex inuſ. verbo πτόω.

Ἐπυθόμην, aor. 2. med. verbi πυνθάνομαι, ex πύθομαι, ſeu πεύθομαι.

Ἐπωρώρέχατο. Ionice pro ἐπωρεγμένοι ἦσαν, præt. pluſquamp. paſ. tertia perſon. plur. facta ex tertia ſingulari ἐπωρώρεκτο, inſerto α ante το, & tenui præcedente verſa in aſpiratam: ſicut ὀρωρύχατο, poſitum itidem pro ὀρωρυγμένοι ἦσαν, factum eſt ex ὀρώρυκτο. ac vt hoc eſt à them. ὀρύσσω, ita illud ab ὀρέγω: ambo habentia reduplicationem Atticam primarum duarum præſentis literarum: in eo tamen illud ab hoc differens quod augmentum tranſſumpſit in prius ο ſicut ὤρεξα regulariter enim ſcribi debebat ἐπωρωρέχατο. Legitur autem apud Heſyc.

Ἐρωχατο, itidem Ionice pro ἐρωγμένοι ἦσαν, tertia perſ. plur. præter. perf. paſſ. facta ex tertia ſingul. ἔρωκτο,

inſerto α ante το, & tenui verſa in aſpiratam à themate ſimplici οἴγω, faciente futurum 1.act. οἴξω preterit. perf. act. ᾧχα, paſſ. ᾦγμαι: & in compoſ. οἰποίξω ἐπῷχα ἐπῷγμαι. At ἐώχετο, eſt tertia perſona ſingul. præt. imperf. paſſ. à themate ἐποίχομαι. Ambo apud Homerum.

Ἐῤῥάϕθη, aor. 1. paſſ. verbi actiui ῥάπτω.

Ἐρχάθη, Ionicè vel poeticè pro ἠρχάθη, ſine augmento: aor. 1. paſ. verbi ἔρχαμαι ſeu ἔρχομαι.

Ἐργᾷ Boeticè pro ἐργάσῃ ſecunda perſona ſingul. fut. 1. medij ex ἐργάζομαι hoc autem modo formatur, eximitur primùm σ, vt itidem in ſecundis perſonis aoriſtorum 1. med. & præt. imperf. paſſiuorum in ασαι terminatorum, necnon imperatiuorum paſſ. in ασο finitorum deinde α & η in α contrahuntur, ſecundum regulam.

Ἔργαθεν, poeticè pro εἴργαθεν, ſine augmēto ex themate ἐργάθω.

Ἐρδέσκε Ionicè primùm augmento carens, deinde Ionicam illam paragogen σκε habens, vt τύπτεσκε: à poetico themate ἔρδω.

Ἔρειο, Ionicè itidem pro ἔρευ, ex them. ἔρομαι: primùm videlicet diphthongo ου in εο reſoluta, deinde ι aſcito ad ε metri cauſa.

Ἐρείω, itidem pro ἐρέω. dicitur metri cauſa aſſumpto ι: vnde ἐρειόμενοι itidem pro ἐρεόμενοι.

Ἐρέριπτο ſine augmento pro ἐρηρίπτο: præt. plusquamperfect. paſſ. verbi ἐρείπω, habens reduplicationem Atticam duarum initialium præſentis literarum, & dialyſin diphthongi quæ erat in penultima, ſicut λείφω facit ἀλήλιφα & ἀλήλιμμαι. Minus aptè quidam ex ῥίπτω deducunt.

Ἐρευόμενον, Ionicè pro ἐρευόμενον, apud Heſiodum à themathe εἴρω ſeu ἐρέω.

Ἐρέω, Ionica circumflexæ vocalis dialyſi pro ἐρῶ, fut. 1. verbi εἴρω.

Ἐρηρέδαται Ionicè pro ἐρηρεισμένοι εἰσί: tertia perſ. plu præt. perf. paſſ. ex them. ἐρείδω: facta ex tertia ſingulari ἐρήρεισται, inſerto primùm δα, deinde correpta ſyllaba præcedente. Sicut πεφράδαται, poſitum itidem pro πεφρασμένοι εἰσί fit ex πέφρασται, correpta penultima. & δα ante ται inſerto: aliis tamen ex præt. medio hæc formare malentibus.

Ἐρήρεικα, præt. act. verbi ἐρείδω, Atticam habens reduplicationem duarum initialium præſentis literarum pro ἤρεικα: vnde paſſ. ἐρήρεισμαι, ex quo infin. ἐρηρεῖσθαι

Ἐρήριχα præter perf. actiui verbi ἐρείζω, habens & ipſum Atticam duarum initialium præſentis literarum reduplicationem. Vnde paſſ. ἐρήρεισμαι.

Ἐρήριπα, præt. perf. actiui verbi ἐρείπω, præter Atticam iſtam duarum initialium præſentis literarum reduplicationem, habens etiam συστολὴν τῆς διφθόγγου: exemplo ι ex diphthongo, ſicut ἀλήλιφα ex ἀλείφω. Vnde præt. perf. paſſ. ἐρήριμμαι, ἐρήριψαι ἐρήριπται: & præt. plusquamperf. ἐρηρίμμην ἐρήριψο, ἐρήριπτο. vt ἀλήλιμμαι, ἀληλίμμην.

Ἐρηρώτηκα, præt. perf. actiuum verbi ἐρωτάω, Attico more habens & ipſum repetitas duas initiales literas præſentis. Vnde participium ἐρηρωτηκώς, apud Suidam.

Ἐρήσομαι. fut. 2. med. verbi ἔρομαι ſeu ἐρέομαι vnde & aor. 1. med. optatiui modi ἐρήσαιο apud Heſyc. quod exp. ἐρωτήσειας.

Ἐρήτυθεν Bœotica ſyncope pro ἠρητύθησαν, tertia perſ. plur. aor. 1. paſſ. indi. modi à them. ἐρητύω. habens συγκεκομμένον ἦσαν εἰς εν, deinde etiam augmento carēs, more poetico & Ionico,

Ἐρίδηνα, aor. 1. act. verbi ἐριδαίνω, carens augmento pro ἠρίδηνα.

Ἐριδήσασθαι poetico more pro ἐρίσαι ſeu ἐρίσασθαι, factum à them. ἐριδέω ex fut. 2. ἐριδῶ.

Ἐριδμαίνειν, poetico pleonaſmo τοῦ μ, metri cauſa, pro ἐριδαίνειν, à them. ἐριδαίνω.

Ἐριζέμεν, & ἐριζέμεναι Doricè pro ἐρίζειν, ex themate ἐρίζω.

Ἐριπεῖν infin. aor. 2. vel fut. 2. act. ex them. ἐρείπω, faciente fut. 2. ἐριπῶ, aor. 2. ἤριπον.

Ἔρξαν Ionicè pro εἶρξαν, omiſſo augmento, aor. 1. act. verbi ἔργω ſignificantis vel arceo, prohibeo: vel facio, ἐργάζομαι. Aliis tamen in hac poſtrema ſignif. malentibus eſſe à ῥέζω κατὰ μετάθεσιν τῶν τῆς δευτέρας συλλαβῆς γραμμάτων Itidem dicendum de fut. 1. act. ἔρξω, ἔρξεις, & de participio ἔρξας, cæteriſque vel à futuro vel ab aor. 1. deriuatis.

Ἐροίην, Atticè pro ἐροῖμι, vt ποιοίην pro ποιοῖμι.

Ἐροῦσι, tertia perſ. plur. fut. 1. act. ἐρῶ, ex them. εἴρω.

Ἔρραγον, aor. 1. act. verbi ῥήγνυμι ſeu ῥήσσω. facientis fut. 2. act. ῥαγῶ. vt πλήσσω, πλαγῶ. Vnde ar. 2. paſſ. ἐῤῥάγην: vt ἐπλάγην.

Ἐῤῥάδαται, & ἐῤῥάδατο Ionico more pro ἐῤῥασμένοι εἰσί & ἐῤῥασμένοι ἦσαν: tertia perſ. plur. præt. perf. & plusquamperfect. paſſ. ex tertia ſingulari ἔῤῥασται correpta primùm penultima, deinde ante ται & το inſerto δα, vt fiunt item πεφράδαται & πεφράδατο ex πέφρασται & πέφραστο. Niſi malis formare hæc ex præterito me. ἔῤῥαδα, adiecto ται & το Actiuum autem horum thema eſt ῥάζω ſignificans idem quod ῥαίνω, teſte Euſth. & Etym.

Ἐῤῥάφη, aor. 2 paſſ. verbi act. ῥάπτω, facientis fut. 2. ῥαφῶ, aſpirata ſumpta loco tenuis, vt in aliis quoque fieri docent exempla.

Ἔῤῥε, Imper. verbi ἔῤῥω, ſignificantis μετὰ φθορᾶς ἄπειμι, exiſtimatur enim ex φθείρω, factum eſſe aphæreſi duarum initialium literarum, Æolibus φθέῤῥω dicentibus.

Ἐῤῥέθην, contra regulam pro ἐῤῥήθην, vt εὑρέθην pro εὑρήθην aor 1 paſſ. verbi ῥῶ. Ambo apud Var.

Ἔῤῥηξαν, aor. 1 act. verbi ῥήγνυμι ſeu ῥήσσω.

Ἐῤῥήσω. fut 1. act. verbi ἔῤῥω tanquam ex ἐῤῥέω: apud Ariſtoph ἀλλ' ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε.

Ἔῤῥιγα, præt. med. verbi ῥιγέω, cuius tertia perſ. ἐῤῥίγει apud Homerum. Quidam tamen malunt dicere συγκεκόφθαι ἐκ τοῦ ἐῤῥίγηκα.

Ἐῤῥίγῃσι, Ionica ſeu poetica paragoge pro ἐῤῥίγῃ: tertia perſ. ſing. præt. perf. med. coniunctiui modi, ab eodem them.

Ἐῤῥίγοντος, particip. præſ. act. à th. ἐῤῥίγω, nouo & poetico more è preterito perfecto tranſſumpto in præſens quale eſt & κεκλήγω, πεφύκω.

Ἐῤῥίζωμαι, præt. perf. paſſ. verbi actiui ῥιζόω: vnde & ao. 1 ἐῤῥιζώθην.

Ἔῤῥιμμαι præter. perfect. paſſ. verbi actiui ῥίπτω, ex quo them & imperf. ἔῤῥιπτον, aoriſt. 1. ἔῤῥιψα, aoriſt. 2. ἔῤῥιφον, tenui in aſpiratam verſa, vt in ἐῤῥίφη, ex paſſiui autem præteriti perfecti ſecunda perſona ἔῤῥιψαι eſt imper. ἔῤῥιψο, cuius tertia dualis ἐῤῥίφθων apud Varinum.

Ἐῤῥύηκα, præt perf. act. verbi ῥυέω.

Ἐῤῥύην, aor 2. paſſ. eiuſdem them.

Ἐῤῥύπηνα, aorict. 1. act. verbi ῥυπαίνω. Idque Atticum eſſe tradunt non item ἐῤῥύπανα,

Ἐῤῥύσατο, aor. 1. med. verbi ῥύομαι: Ab ἐρύομαι enim eſt potius εἰρύσατο, vel ἐρύσατο ſine augmento apud poetas. Euſt.

Ἔῤῥωγα, præter. perfect. med. verbi ῥήγνυμι, ſeu ῥήσσω, habens η vel α verſum in ω regulariter enim dicendū foret ἔῤῥηγα vel ἔῤῥαγα, futuro ſecundo faciente ῥηγῶ & ῥαγῶ Vnde tertia perſona ἐῤῥώγασι: & particip. ἐῤῥωγώς.

Ἔῤῥωμαι, præt. perf. paſſ. verbi ῥώννυμι tanquam ex ῥόω. Vnde & aor. 1. paſſ. ἐῤῥώσθην, vt ἐχώσθην: imperf. præt. perf. ἔῤῥωσο, infin. ἐῤῥῶσθαι particip. ἐῤῥωμένος.

Ἐῤῥώσαντο, aoriſtus 1. med. verbi ῥώω, ex quo & præt.

imperf. ἐπεῤῥώοντο,

Ερσω, fut 1. Æolicum verbi ἔῤῥω.

Ερυγεῖν, aor. 1. vel fut. 2. act. infi modi à th ἐρεύγω, faciente fut. 2. ἐρυγῶ & aor. 2. ἤρυγον, exempto ε d. phthongo, vt in ἐλεύθω fit.

Ερυθήνας, part. aor 1. act. ex verbo ἐρυθαίνω.

Ερυκέμεν & Ερυκέμεναι, Doricè pro ἐρύκειν ex ἐρύκω.

Ερχαται & Ερχατο, Ionicè pro εἰργμένοι εἰσὶ, & εἰργμένοι ἦσαν, tertia perſ. plur præte & pluſquamperf. paſſ. à verbo εἴργνυμι ſeu εἴργω, facta ex tertia ſingulari, inſerto α ante ται, & præcedente tenui in aſpiratam verſa: deinde ι ex diphthongo ſublato & mutato ſpiritu.

Ερχατόωντο Ionicè pro ἐρχατῶντο, ex th. ἐρχατάω. nouo more facto ex Ionico iſto præterito ἔρχατο, vt ῥίγω, πεφύκω, κεκλήγω, ex ἔῤῥιγα, πέφυκα, κέκληγα.

Ερῶ, fut. 1. vel 2. verbi εἴρω.

Ερωτῷτο, per contractionem pro ἐρωτάοιτο, vt ἐρωτῷτο pro ἐρωτάοιτο & ἐρωτῴμην pro ἐρωτάοίμην præt. opt. paſſ. ab actiuo th. ἐρωτάω.

Ες, aor. 2. imperf. modi ex them ἵημι vt θὲς ex τίθημι δὸς ex δίδωμι. vnde comp. ἄνες, ἄφες, πρόες, & ſimilia alia.

Εσάλτο, ſecundùm quoſdam pro ἐσήλτο præ. pluſquamperf. paſſ. verbi ἄλλομαι, carens augmento: ſecundùm alios autem itidem augmento carens, ſed per ſyncopen pro imperf. εἰσήλλετο, aut ao. 1. med. ἐσήλατο.

Εσαν, tertia perſ. plur. præt. imperf. à them. εἰμὶ pro ἦσαν, facta ſyſtole: niſi potiùs eſt aoriſt. 2. vt ἔσαν, regulariter formatus. corripitur enim η illud aor. 2. verborum in μι, in duali & plurali numero. nam ab ἔθην dicitur ἔθεμεν, ab ἦν, ἦμεν, ab ἔδων, ἔδομεν.

Εσαν, aor. 2. act. indic. modi à th ἵημι interdum ab ἕννυμι ſeu ἕω eſt idipſum ἕσαν, ſed tunc eſt aor. 1. act. ex fut. ἕσω, carens augmento pro εἷσαν.

Εσαντο ſine augmento pro εἵσαντο, aor 1. med. eiuſdem th ἕω ſeu ἕννυμι.

Εσάπην, aor. 2. paſſ. verbi act σήπω.

Εσάωθεν pro ἐσαώθησαν, ſyncope Bœotica ſolent enim Bœoti tertias perſonas aoriſt. 1 paſſiui indicatiui modi, finitas in ησαν, terminare in εν. A themate poetico σαόω. vnde eſt & ἐσάωσε in voce actiua, à futur. σαώσω.

Εσβεσε, aor. 1. act. verbi σβέννυμι ex σβέω.

Εσβην, aor. 2. act. verbi σβῆμι, vt βῆμι facit ἔβην.

Εσδώμεθα, Doricè pro ἑζώμεθα, ex Dorico th. ἕσδομαι pro ἕζομαι.

Εσεαι Ionicè pro ἔσῃ: ſecunda perſona futur. 1. med. à th. εἰμί.

Εσῃ, autem Atticum eſt pro eodem ἔσῃ.

Εσείσατο, aor. 1. med. verbi σείω.

Εσεῖται, Doricè pro ἔσεται, fut. 1 med. verbi εἰμί. circumflectunt enim Dores futura act. & med. vt ἐσοῦμαι, ἐσῇ, ἐσεῖται.

Εσεσάχατο, præt. pluſquamperfect paſſ indic. modi, tertia perſ. plur. verbi σάττω, facta Ionico more ex tertia ſingulari ἐσέσακτο, inſerto α ante το & tenui quæ præcedit conuerſa in aſpiratam, vt ἔρχαται quoque paulo ante.

Εσεσήρει, præt. pluſquamper. med. th. σήρω potius quàm σαίρω.

Εσευα, aor. 1. act. verbi σεύω pro ἔσευσα, ablata characteriſtica conſonante futuri, ſicut in ἔχευα. Æolico more ſecundum quoſdam grammaticos.

Εσεῦμαι, Doricè pro ἔσομαι, fu. 1. med. verbi εἰμὶ ex inuſ. th. ἕω.

Εσέφθην, aor. 1. paſſ. indic. modi, ex th σέβομαι.

Εσέχυντο, Ionicè pro ἐσκέχυντο, vt ἔπληντο pro ἐπέπληντο, ἐκτίατο pro ἐκέκτηντο, præt. pluſquamperf. paſſ. verbi χέω, tanquam ex χύω, vt à πνέω eſt ἔπνυντο &

ἐπνύνθη, tanquam ex πνύω.

Εσηκάσθεν, Bœotica ſyncope pro ἐσηκάσθησαν: tertia perſona plur. ao. 1. paſſ. ex th. σηκάζω.

Εσήλατο, aor. 1. med. indic. modi, ex th. ἐσάλλομαι.

Εσημήναντο, aor. 1. med. ind. modi ex act. ἐσημήνατο, ambo à th. σημαίνω.

Εσθαι, aor. 2. med. infi. interdum ex th. ἵημι, interdum ex ἕννυμι ſeu ἕω.

Εσθορε poeticè pro εἰσέθορε: aor 2. act à ἐσθρέω ſeu εἰσθρέω.

Εσθω, poeticum them. factum ex ἔδω, pleonaſmo τοῦ σ. καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, vnde ἐσθίω in proſ. quanquam nonnulli ex hoc ἐσθίω, illud ἔσθω per ſyncopen factum dicere malint. Vnde partic. ἔσθων. Alioqui ἔσθω ſine εἴσθω eſt etiam, aor. 2. act. ſubiunctiui modi ex th. ὀ*θημι.

Εσθω, aoriſt 2. med imperf. tertia perſona ſing. ex ſecunda ου vt θοῦ facit θέσθω ex actiuo them. ἵημι. Εσθω autem eſt aoriſt. 1. paſſ. ſubiun. modi à verbo ἕννυμι ſeu ἕω.

Εσκαφα, verbi actiui σκάπτω præt. perfect. act. vel medium. nam σκάπτω, facit fut 2. σκαφῶ, vt ῥάπτω ῥαφῶ, ῥίπτω ῥιφῶ & ſimilia alia, tenui in aſpiratam mutata. vnde aor. 2. ἔσκαφον vt ἔῤῥαφον & ἔῤῥιφον. Ex actiuo autem ἔσκαφα eſt paſſ ἔσκαμμαι, vnde aor 1. paſſ. ἐσκάφθην.

Εσκε, Ionicè pro ἦν, vel potius pro ἔη, vt ὤθεσκε pro ὦθει. nam εἰμὶ facit non ſolum ἦν in imperfecto ſed etiam ἔον, (niſi aor. 2 eſſe malis) ſine augmento: cuius tertia perſona ἔε & ἔη per contractionem ex inuſ. them. ἕω. Sic ἔσκον infrà pro ἔον.

Εσκεμμαι, præt. perf paſſ. verbi σκέπτομαι.

Εσκευάδαται, Ionicè pro ἐσκευασμένοι εἰσί. Itidémque ἐσκευάδατο pro ἐσκευασμένοι ἦσαν, præt. perfect. pluſquamperf. paſſ ind. modi, perſona tertia plur. facta ex tertia ſingulari ἐσκεύασται & ἐσκεύαστο, primum correpta penultima, hoc eſt abiecto σ, deinde inſerto δα ante ται & το, vt in ἐρυρέδαται & πεφράδαται dictum eſt. Ex them. actiuo σκευάζω, cuius fut. 1 act. σκευάσω, præt. ἐσκεύασμαι.

Εσκίδναντο, præt. imperf paſſ. verbi σκίδναμαι.

Εσκλη, aor 2. act. vel præt. imperf. verbi σκλῆμι, vt ἔβην ex βῆμι eſt.

Εσκληκα, præt. perf. act. eiuſdem σκλῆμι, facti per ſyncopen ex σκελέω. vnde part ἐσκληκώς.

Εσκον, Ionicè pro ἦν eram: vel potius pro ἔον, imperf. verbi ſubſtantiui ἕω, vel etiam aoriſt. 2. vt quidam volunt.

Εσμεν, prima perſ plur. ind. ab eodem th. εἰμί.

Εσμηγμαι pr. perf paſſ. verbi act. σμήχω.

Εσο. ἔστω, ſecunda & tertia perſ. imper. præſentis à them. εἰμί.

Εσομαι, futur. 1. med. eiuſdem verbi εἰμί, ex inuſitato th. ἕω.

Εσορῆ, Doricè pro ἐσορᾷ apud Theocr. Itidémque ἐσορῇς pro ἐσορᾷς, à th. ἐσοράω.

Εσοῦμαι, Doricè itidem pro ἔσομαι, fut. 1. med. verbi εἰμὶ ex ἕω. Solent enim Dores circumflectere futura actiui & med. dicentes ἐσοῦμαι ἐσῇ, ἐσεῖται, & ſic deinceps.

Εσπακα, præter. perf. act. verbi σπάω.

Εσπαρκα, præt. perf act. verbi σπείρω, vnde paſ præ. perf. ἔσπαρμαι, & infin. ἐσπάρθαι. Itidem verò κείρω facit κέκαρμαι.

Εσπεικα, præt. perf. act. verbi σπένδω ex inuſ. th. σπείδω. Vnde præter. paſſ. ἔσπεισμαι, ex quo infi. ἐσπεῖσθαι, & partic. ἐσπεισμένος, aor. 2. act. ἔσπεισα, med. à ἐσπεισάμην,

Εσπεο, Vide in ſequente Εσπον.

Εσπετε, vide in Εσπομαι.

Εσπομαι, poeticè epentheſi pro ἕπομαι dicitur: vnde particip. ἑσπόμενος. Itidémque ἔσπω pro ἕπω. Vnde

impeг. ἔασπετε, pro εἴπετε, dicite, frequens apud Homerum, qui & præcedente ἔασπομαι, non minus crebro vtitur, ac inter alia optatiuo ἑσποίμην, & partic. ἑσπόμενος. Idem verò & imperfecto ἔσπετο vtitur ſine augmento. Od. α, Ὡς εἰπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη.

Ἕσπον, aor. 2. act. poetici verbi σπέω. Vnde infin. σπεῖν, & particip. σπών: & in compoſ. ἐπισπεῖν. ἐπισπών. Item media voce ἑσπόμην, σπέσθαι, σπόμενος. & in compoſ. ἐπεσπόμην ἐπισπέσθαι, ἐπισπόμενος. quod partic. præ aliis frequens eſt apud Homerum. Meminit verò & Heſychius huius aoriſt. 2. med. indicat. modi: afferens ἕσπετο pro ἠκολούθησε, & ἕσπετο pro ἠκολούθησε. Meminit & participij σπόμενος: afferens præterea σπείομεν & σπεῖο habentia inſertum ι reſolutionem Ionicam vocalis circumflexæ. illud enim pro σπῶμεν dicitur, primùm διαλυθέντος τοῦ ω εἰς εο, καὶ διὰ τὸ μέτρον ἐπενθέντος τοῦ ι hoc verò pro σποῦ diſſoluta itidem vocali circunflexa οὐ in εο & inſerto ι metri cauſa. Erant igitur qui ἔσπον eſſe aiunt aor. 2. verbi σπέω. quanquam iis Heſych. quoque aſtipulari videtur, dum ἐπίσπῃ exp. ἐπισπάσηται, καταλάβῃ.

Ἔσσα poeticè pro εἷσα, geminato σ metri cauſa, & abiecto augmento. aor. 1. act. interdum ab ἕω ſeu ἕννυμι ſignificante induo, interdum ab ἕω ſeu ἕζω, ſignificante, ſedere facio, καθίζω.

Ἕσσαι, poeticè itidem pro ἕσαι, σ geminato metri gratia: aor. 1. act. infi. modi ab iiſdem them. Vnde media voce ἕσσασθαι. interdum tamen ἕσσαι eſt ſecunda perſ. præt. perf. paſſ. eorundem them. pro ἕσαι, à prima perf. εἷμαι ſicut ἕσσο quoque pro ἕσο dicitur in pluſquamperf.

Ἔσσαν, poeticè rurſum pro ἔσαν duplicato σ vt metro ſuccurreretur: tertia perſona pluralis præt. imper. act. à them. εἰμί.

Ἕσσας partic. aoriſt. 1. ἕσσαι. Qui aor. 1. act. ἕσσα, media voce facit ἑσσάμην, vnde infinitiuus ἕσσασθαι, & partic. ἑσσάμενος.

Ἕσσε tertia perſona aoriſti illius ἕσσα de quo ſuprà.

Ἔσσεαι, poeticè pro ἔσῃ, geminato primùm σ metri cauſa, deinde η reſoluto in εαι more Ionico ſecunda perſona futuri ἔσομαι ex them. εἰμί.

Ἐσσεῖται, habet & ipſum metri gratia duplicatum σ, pro ἐσεῖται, quod ἐσεῖται Doricum eſſe pro ἔσεται, ſuprà dixi.

Ἔσσεται eodem modo geminato σ dicitur pro ἔσεται, tertia perſona ſingulari futuri ἔσομαι.

Ἔσσευαν, Ἐσσεύαντο, ſimiliter apud poetas duplicata litera σ proferuntur cogente metro, pro ἔσευαν & ἐσεύαντο, à them. σεύω. Ambo autem aor. 1. ſunt indicatiui modi, ſeu prius actiuæ, poſterius mediæ vocis: ambo etiam carentia σ characteriſtica litera futuri, vt ἔχευα. Similiter ἔσσευμαι (quod eſt prima perſ. ſing. præt. perf. paſſ. ex eodem them.) dici poteſt pro ἔσευμαι poſitum eſſe hoc autem Ionicè pro σέσευμαι, vt ἐβέβλευκα pro βεβέβλευκα, ἔκτημαι, pro κέκτημαι. licet alij malint in hoc ἔσσευμαι, vt & in ἔσσυμαι & reliquis eiuſmodi eſſe metatheſin. τῶν τῆς ἀρχούσης γραμμάτων

Ἔσσηται quoque pro ἔσηται dictum videtur, eſſéq. aor. 1. med. coniunctiui modi, à them. εἰμί, Heſ. tamen, in indicatiuo modo exp. futuro ἔσται.

Ἐσσί, poeticè & contra regulas grammaticis pro εἶ ſeu εἶς, es, ſecunda perſona præſentis indic. à them. εἰμί. licèt Varin. annotet poeticè vſurpari pro ἐστί quoque. Nunquam autem aſciſcit ν, ſequente vocali aliqua, vt annotat Euſt.

Ἕσσο poeticè rurſum geminatum metri cauſa σ habet pro ἔσο, eſtque imperf. præſens verbi εἰμί. At ἕσσο, itidem geminatum habens σ pro ἕσο, abiecto augmento pro εἷσο, eſt ſecunda perſona ſingul. præter. pluſquamperf. paſſ. à them. ἕννυμι ſeu ἕω, faciente fut. 1. act. ἕσω præt. εἷκα, paſſ. εἷμαι, & pluſquamperf. εἵμην.

Ἑσσόμενος, ſimiliter pro ἐσόμενος particip. fut. 1. à themate εἰμί.

Ἔσσον, itidem pro ἕσον geminato metri cauſa σ, imperf. aor. 1. act. ab eodem th. cuius aoriſt. 1. act. indic. eſt ἕσσα, vt paulo ſupra docui.

Ἔσσυθεν Bœoticè pro ἐσύθησαν, aoriſt. 1. paſſ. indic modi à them. σύω, habens & ipſe metri cauſa duplicatum σ.

Ἔσσυται & Ἔσσυτο, dici poſſunt & ipſa habere σ metri gratia geminatum, vt in ἔσσευαν paulo ſuprà admonui: afferens tamen & aliorum ſuper iis ſententiam. ſunt autem ab eodem th. σύω.

Ἐσσώμεθα, Ionicè pro ἡσσήμεθα ab ἑσσόομαι, Ionico themate pro ἡσσάομαι, caret autem augmento pro ἡσσώμαι.

Ἕστα, per ſyncopen pro ἕστηκα, verſo ſimul η in α, vt volunt nonnulli, præt. perf. verbi ἵστημι mutuantis fut. 1. à στάω.

Ἕσταθεν pro ἐστάθησαν Bœotica ſyncope, vt ἔσσυθεν pro ἐσύθησαν, aoriſt. 1. paſſ. eiuſdem verbi facientis præt. paſſ. ἕσταμαι, ex cuius tertia perſona fit aor. ille ἐστάθην.

Ἕσται per ſyncopen pro ἔσεται tertia perſ. ſing. fut. ἔσομαι ex εἰμί.

Ἑσταίην, opt. præſ. act. verbi ἕστημι, vnde & imper. ἕσταθι, infi. ἑστάναι, & part. ἑστάς & in comp. ἀφέσταθι & ἀφεστάναι. Varin.

Ἕστακα, per ſyſtolen & τροπὴν τοῦ η εἰς α pro ἕστηκα: itidémque ἑστακέναι pro ἑστηκέναι, pr. perf. verbi ἵστημι.

Ἑστάκτο, pluſquamp. perf. verbi στάζω, regulare.

Ἐστάλαδατο, Ionico pleonaſmo ſyllabæ δα pro ἐστάλατο, ſignificante ἐστολισμένοι ἦσαν ſeu ἐσταλμένοι. Apud Heſych.

Ἐστάλαται & Ἐστάλατο Ionice pro ἐσταλμένοι εἰσὶ & ἐσταλμένοι ἦσαν, tertiæ perſ. plur. pr. perf. & pluſquamp. paſſ. verbi act. στέλλω, factæ ex tertiis ſing. ἔσταλται & ἔσταλτο, inſerto α ante ται & το.

Ἔσταλκα, pr. perf act. eiuſdem th. στέλλω: vnde pr. perf. paſ. ἔσταλμαι, & inde præt. pluſquamp. ἐστάλμην, & aor. 1. paſſ. ἐστάλθην.

Ἔσταλον, aor. 2. act. eiuſdem verbi: ex quo paſſ. ἐστάλην.

Ἑσταμεν, ſecundùm Euſtath. per ſyncopen vſurpatum eſt pro ἑστήκαμεν, præt. perfect. act. verbi ἵστημι ex ἱστάω. Alij tamen dicunt eſſe præſentis temporis ex them. ἕστημι, de quo vide quæ in Ἑσταίην paulo antè tradidi ex Var.

Ἕσταν, Bœotica ſyncope pro ἔστησαν, vt ἔθεν pro ἔθεσαν ἔδον pro ἔδοσαν, tertia perſ. plur. aor. 2. act. ind. à th. ἵστημι. Scribitur & ἕσταν aſpirata prima litera, quod potius ex ἕστασαν videtur συγκεκόφθαι.

Ἑστάναι, ſecundùm quoſdam συγκέκοπται ἐκ τοῦ ἑστηκέναι ſeu ἑστακέναι, túncque eſt præter. perfecti actiui à them. ἵστημι: ſecundum alios autem præſens eſt infinit. modi, ex themate ἕστημι, vt ἱστάναι ex ἵστημι. vide Ἑσταίην.

Ἕστασαν, per ſyncopen pro ἑστήκεσαν, verſo etiam η in α, vt tradit Euſtath. vt alij, pro ἑστάκεσαν, itidem per ſyncopen Quidam tenui ſpiritu ἔστασαν ſcribunt, & habere dicunt τροπὴν τοῦ η εἰς α, eſſéque aor. 2. pro ἔστησαν.

Ἑστᾶσι, per contractionem pro ἑστάασι. hoc autem per ſyncopen & τροπὴν τοῦ η pro ἑστήκασι, vt tradunt nonnulli, innuentes eſſe pr. verbi ἵστημι. Poteſt tamen eſſe etiam præſ. temporis ex th. ἕστημι, vt ἱστᾶσι ex ἵστημι. de quo th. vide in Ἑσταίην ſupra.

Ἑστάτω, quoque nonnull. tradunt per ſyncopen eſſe pro ἑστακέτω. poteſt tamen & ipſum eſſe præſens imperatiuum ex ſecunda perſona ἕσταθι ab ἕστημι. Vide itidem Ἑσταίην.

Εϛακὼς, partic. præt. ἕϛακα, ex th. ἵϛημι.

Εϛειλε, aoriſtus 1. act. verbi ϛέλλω: vnde voce media ἐϛείλατο.

Εϛέρημαι, præt. perfect. paſſ. act. verbi ϛερίσκω ex ϛερέω. vnde aor. 1. paſſ. ἐϛερήθην.

Εϛεφάνιξα, aoriſt. 1. act. verbi ϛεφανίζω, Doricè pro ἐϛεφάνισα.

Εϛεὼς, pro ἑϛαὼς, apud Hom. ex pr. perf. ἕϛεα pro ἕϛακα, ab ἵϛημι. Dicit enim ἑϛεό τ' ἐιν αἴθρῳ.

Εϛη, aor. 1 act. verbi ἵϛημι, vt τίθημι facit ἔθην, habet tertiam perſ. pluralem ἔϛησαν communem cum aor. 1. ἔϛησαν, ſed in eo differentem quòd neutram habeat ſignif. at aor. 1. tranſitiuam.

Εϛηκα, præt perf. act. verbi ἵϛημι. vnde pluſquamperfect ἑϛήκειν, & part. ἑϛηκώς. Alij tamen med. vocis eſſe hæc volunt ex th. ἑϛήκω.

Εϛήκειν, apud Hom. pro ἑϛήκει facta contractione Ionici ἑϛήκεεν, in quo ν propter ſequentem vocalem aſcitum eſt. Ambo tertiæ perſonæ ſing. præt. pluſquamperf. à them ἵϛημι.

Εϛήκαντι, Doricè pro ἑϛήκασι, præteritum perf. verbi ἵϛημι.

Εϛήξω & Εϛήξεται, fut. 1. act & med. verbi ἑϛήκω, facti ex præt ἕϛηκα.

Εϛησε, aor. 1. act. verbi ἵϛημι facientis fut. 1. act. ϛήσω ex ϛάω. Tertia autem perſ. plur. ἔϛησαν, eiuſdem aor. eadem eſt terminatione cum tertia aor. 2. ſed non item ſignificatione, vt annotaui in ἔϛη paulò antè.

Εϛησάμην, aoriſt. 1. med. ex act ἔϛησα, ab eodem themate.

Εϛηὼς, quoque per ſyncopen dici pro ἑϛηκὼς, vt ἑϛαὼς pro ἑϛακὼς, κεκοπηὼς pro κεκοπηκὼς, κεχαρηὼς pro κεχαρηκὼς, annotant nonnulli recentiores grammatici.

Εϛιάθη, Ionicè pro εἱϛιάθη, omiſſo augmento, à them ἑϛιάομαι, apud Heſych

Εϛιβον, aor. 2. act. verbi ϛείβω facientis fut. 2. ϛιβῶ.

Εϛιχόωντο, poeticè pro ἐϛιχῶντο, præt. imperf. paſſ verbi ϛιχάομαι

Εϛο: poeticè ſeu Ionicè pro εἷϛο: tertia perſona ſingularis præteriti pluſquam perfect paſſ à them. ἕννυμι, ſeu ἕω, facientis futur. 1. act ἕσω, præt. perf. εἶκα, vnde paſſ εἷμαι.

Εϛον, ſecunda & tertia dualis numeri, præſ. temporis, ex th. εἰμὶ.

Εϛοργα, præt. perf. med verbi ϛέργω, vt ἔοργα.

Εϛόρεσα, aor. 1. act. verbi ϛορέννυμι ex ϛορέω faciente fut. 1. act. ϛορέσω. Vnde & aor. 1. paſſ. ἐϛορέσθη.

Εϛόρεϛαι, in tertia ſingulari perf. paſſ ab eodem them. Dor. pro ἐϛόρεϛαι dicitur, vt ex recentioribus quidam tradunt.

Εϛραμμαι, præt. perf. paſſ. verbi act. ϛρέφω, vt τέτραμμαι eſt ex τρέφω verſo ε in α.

Εϛρατόωντο, Ion. vel poet. pro ἐϛρατῶντο, pleonaſmo τοῦ ο, ex them. ϛρατάομαι.

Εϛράφατο, Ion. pro ἐϛραμμένοι ἦσαν: tertia perſ. pluralis præt. pluſquamperf. paſſ. à them. eodem, facta ex tertia ſingulari ἔϛραπτο, inſerto α ante το, & tenui præcedente commutata in aſpiratam.

Εϛρέφθην, aor. 1. verbi act. ϛρέφω, ex tertia præt. ἔϛραπται, α præteriti reuerſo in ε præſentis.

Εϛροφα, præt. perfect. med. eiuſdem verbi, vt τέτροφα, ex τρέφω eſt, ε verſo in ο, vt in aliis fieri ſolet biſyllabis ε in priore ſyllaba habentibus, vt ſunt λέγω, πλέκω, πέμπω, πείθω, σπείρω, & ſimilia.

Εϛρωμαι, præteritum perfect. paſſ. verbi act. ϛρώννυμι, ex ϛρόω, faciente fut 1. act. ϛρώσω, vt χώννυμι ex χόω faciente χώσω.

Εϛρωσα, aor. 1. act. eiuſdem thematis.

Εϛυγον, aor. 2. act. verbi ϛυγέω, facientis fut 2. ϛυγῶ.

Εϛω, tertia perſ. imperatiui præſ. à th. εἰμί.

Εϛωμυλάμην, aor. 1. med. verbi ϛωμύλλω.

Εϛων, Attica ſyncope pro ἔϛωσαν ponitur, vt φερέϛων quoque pro φερέϛωσαν: duali numero vſurpato pro plurali. eſt enim ἔϛων dualis numeri, perſonæ tertiæ imperatiui modi, à them. εἰμὶ: ἔϛωσαν autem pluralis numeri & tertiæ perſonæ, eiuſdem alioqui modi, & ab eodem them.

Εϛὼς, partic. præt. perf. ſyncopen itidem paſſum, factúmque ex ἑϛηκὼς ſeu ἑϛακὼς, vel potius ex ἑϛαὼς, aut ἑϛεὼς, abſorpta vocali præcedente. Itidem in comp. ἀνεϛὼς, ἀφεϛώς, διεϛὼς, ἐνεϛὼς, ἐφεϛὼς, καθεϛὼς, & cæteris.

Εσύθην, aor. 1. paſſ. verbi σύω, vt ἐχύθην eſt ex χύω.

Εσυνῆκεν, apud Alcæum, & ξυνῆκε apud Anacreontem Atticè pro συνῆκε ſeu ξυνῆκε, Attico more aſcito duplici augmento, vt in πεπαρῴνηκα, ἠνώχληκα, παρηνώχληκα, à παροινέω, ἐνοχλέω, παρενοχλέω. Etym. Eſt autem aor. 1. irre. verbi συνίημι ſiue ξυνίημι, facientis fut. 1. act. ξυνήσω, tanquam à ξυνέω ſeu συνέω.

Εσφάγην, aor. 2. paſſ verbi σφάττω facientis fut. 2. σφαγῶ, & aor. 2. ἔσφαγον.

Εσφάλην, aor. 2. paſſ. verbi act. σφάλλω, facientis fut. 2. act. σφαλῶ, & aor. 2. ἔσφαλον.

Εσφαλμαι, præter. paſſ. eiuſdem thematis, ex actiuo ἔσφαλκα.

Εσφαξα, aor 1 act. verbi σφάζω ſeu σφάττω.

Εσφηλα, aor. 1. act. verbi σφάλλω, vt ἔπηλα à πάλλω, ἔψηλα, à ψάλλω.

Εσχέθην, aor. 1. paſſ. verbi actiui ἔχω, ſeu σχέω, facientis fut. 1. act σχήσω, præt perf. ἔσχηκα, paſſ ἔσχημαι, ex cuius tertia perſona ἔσχηται fit hic aoriſtus ἐσχέθην, commutata vocali longa in breuem, vt in εὑρέθη, ἐρρέθη & ſimilibus. Εσχεθεν autem eſt tertia perſona ſingul. præt. imperf. act à them. σχέθω, nonnunquam tamen & Bœotica ſyncope vſurpatum eſſe poteſt pro ἐσχέθησαν, vt ἐμίανθεν pro ἐμιάνθησαν, & ſimilia: túncque rurſum eſt aoriſt. 1. paſſ. à them. σχέω. pluralis nu. & tertiæ perſonæ.

Εσχηκα, præt. per. act. eiuſdem them σχέω

Εσχον, aor. 2. act. verbi ἔχω, mutuatitius ab eodem verbo σχέω. Vnde aor. 2. med. ἐσχόμην.

Εσω, fut. 1 act. verbi ἕω ſignificantis vel induo, (pro quo ἕννυμι potius dicturi) vel ſedere facio: pro quo vſitatius eſt ἕζω, necnon ἵζω.

Εσώθην, aor. 1. paſſ. verbi act. σώζω, ex tertia perſ. ſing. præt. perf. σέσωϛαι, detracto σ.

Ετάγην aor. 2. paſſ. verbi act. τάσσω facientis fut. 2 act. ταγῶ, aor. 2. ἔταγον.

Ετάθην, aor. 1. paſſ. verbi act. τείνω, facientis præt. perf. act τέτακα, paſſ. τέταμαι tanquam ex th. τάω.

Ετάκην, aor. 2. paſſ. verbi act. τήκω, facientis fut. 2. act. τακῶ, aor. 1. ἔτακον.

Εταμον, aor. 2. act verbi τέμνω vel τάμνω.

Εταρίσσατο, aoriſt. 1. med. augmento carens & σ duplicatum habens metri cauſa: ex poetico the. ἑταρίζω pro quo in proſa dicitur ἑταιρίζω.

Ετασον, aoriſt. 1. act. imperatiui modi, ex themate act. ἐτάζω.

Ετάφην, aoriſt. 2. paſſ. verbi actiui θάπτω facientis futur. 2. act. ταφῶ, aoriſt 2. ἔταφον, tenui in aſpiratam verſa, vt ἐῤῥίφην, ἐσκάφην ex ῥίπτω, σκάπτω, ῥίπτω.

Ετεθήλει, præt. pluſquamperf. med. verbi θάλλω, ectaſin habens penultimæ ſyllabæ pro ἐτεθάλει, metri gratia ab Homero admiſſam. regulariter enim ex fut. 2. θαλῶ, fit præt. med. τέθαλα vnde participium τεθαλυῖα apud eundem frequentiſſimum. irregulariter verò propter metrum τέθηλα non minus crebrum apud eundem.

Ετέθην, aoriſt 1. paſſ verbi act. τίθημι, facientis futur. 1. act. θήσω, ex θέω, (verbo inuſ.) præterit. perf. τέθηκα, & voce paſſ. τέθειμαι ſeu τέθημαι: ex cuius

tertia perſ.ſing τέθηπτai ſeu τέθαπται,aor.hic ἐτέθην,correpta penultima & aſpirata verſa in tenuem propter aliam immediate ſequentem aſpiratam,vt in ἐτύθην, à θύω.

Ετέθηπε,Ionicè pro ἐτεθήπει:tertia perſona præter pluſquamperf.act. med. verbi θήπω, facientis præt.med. τέθηπα.

Ετεθνήκειν pr.pluſquamperfecti verbi θνήσκω, facientis fut.θνήξω,pr τέθνηκα.

Ετεινα,aor.1, act.verbi act.τείνω.

Ετεκον,aor.2.act verbi τίκτω,ex inuſ.them.τέκω.

Ετελέετο,Ionicè & poetice pro ἐτελεῖτο,nulla facta contractione ex imperfect.paſſ. Ετελέετο,& aſcito ι ad ε metri cauſa, vt & τελείω dicunt iidem Iones pro τελέω.

Ετέλεσε.aoriſt.1.act.eiuſdem verbi τελέω,facientis fut 1. τελέσω,retento ε.Ex quo eſt & paſſ aor 1. ἐτελέσθην, factus ex tertia perſona ſingulari præteriti paſſiui τετέλεσται.

Ετεμε, aor.2 act. verbi τέμνω ἔταμον potius à τάμνω eſt Vnde paſſ aor.2.ἐτέμην.

Ετερσε,aor.1.act. verbi τείρω Æolicè, vt ἔκερσε ex κείρω eſt. Alioqui eſt & à τέρσω ſignificante exſicco,vnde τερσαίνω etiam.

Ετετάλμην pr pluſquamp.paſſ. verbi act. τέλλω facientis præt perf.act.τέταλκα,vt ἔσταλκα.paſſ.τέταλμαι, vt ἔσταλμαι.

Ετετάχατο, verbi actiui τάσσω in præterito pluſquamperf paſſ.tertia perſ. plur. Ionicè pro ἐτεταγμένοι ἦσαν, ex tertia ſingulari ἐτέτακτο,inſerto α ante το & tenui præcedente verſa in aſpiratam.Sic ἐσεσάχατο ſuprà.

Ετετεύχατο, Ionicè vt præcedens ἐτετάχατο, tertia perſona plurali præteriti pluſquamperfect. paſſ. à themate act. τεύχω, facta ex tertia ſingulari ἐτέτευκτο, inſerto α ante το, & tenui præcedente verſa in aſpiratam Communi lingua dicitur ἐτετευγμένοι ἦσαν.

Ετετμεν imperf.inuſ.verbi τέτμω,facti ex τμῶ pleonaſmo ſyllabæ τε:pro quo in proſa dicitur τέμνω. Niſi pleonaſmum eſſe malis τοῦ τ pro ἔτεμε.

Ετετρήχει pr.pluſquamperf.med.tanquam ex τρήχω vel τρηχέω: cuius vſus apud poetas duntaxat eſt pro ἐτετράχυντο.

